S. THOMÆ

AQVINATIS

IN TRES LIBROS ARISTOTELIS

De Anima præclariſſima Expoſitio:

Cum duplici Textus Tranſlatione: Antiqua ſcilicet, & noua Argyropyli:

Nuper recognita, & Doctiſsimorum virorum cura & ingenio ab innumeris expurgata erroribus: necnon curioſis & ante hac non viſis exactiſsimis Adnotationibus copioſiſsimè referta: Cui etiam ſingularum Lectionum ſummæ mira breuitate collectæ, ad Studioſorum commodum additæ ſunt.

Accedunt ad hæc acutiſſimæ Quæſtiones Magiſtri Dominici de Flandria, à quamplurimis mendis recens caſtigatæ ad Textus & expoſitionis dilucidationem perutiles. Adduntur his, omnium in hoc opere contentorum, Tres accuratiſſimi, ac copioſiſſimi Indices: vnus in Textus expoſitionem, alter in Dominici Flandrenſis Quæſtiones, Tertius ad lectionum ſummas.



VENETIIS,

APVD HIERONYMVM SCOTVM.

M D L X X.

INDEX IN TRES LIBROS DE ANIMA ARISTOTELIS.

AC DIVI THOMÆ EIVS COMMENTATORIS AD FACILITATEM STVDENTIVM ADDITVS.

De litera A.

ANIMA eſt cõmunio quædam omnibus animatis, carte. 1
Apud antiquos Philoſophos duplex erat opinio de aĩa. 5
Animata ab inanimatis differunt per hoc ꝙ animata habent animam, inanimata vero non. 12
Antiq naturales arbitrati ſunt animam eſſe eorum, quæ mouentur. 13
Archelaus fuit magiſter Socratis. 15
Anima ineſt omnibus animalibus tam vilibus quàm honorabilibus, & tam magnis quàm paruis. 16
Alcineon dicebat animam eſſe qui mobiliſsimum. 24
Animæ tria attribuebant dicti Philoſophi, ſcilicet ꝙ ſit principium motus, principium cognitionis, & ꝙ ſit incorporaliſsimum. 26
Aliud enim eſt motus in loco, & aliud motum eſſe ſecũdum locum. 30
Anima habet ſenſum, id eſt cognitionem connaturalem armoniæ. 35
Ariſtote. plerunque non reprobat opiniones Platonis quantum ad opinionem eius, ſed quantum ad ſonum verborum. 37
Ariſtoteles hic occulte oſtendit ꝙ intellectus de natura ſua non eſt partibilis, ſed impartibilis. 39
Armonia proprie dicta, eſt conſonantia in ſonis. 46
Ariſtoteles quando inquirit veritatem aliquam ſoluendo & obijciendo, aliquando obijcit, & ſoluit poſt determinatam veritatem, & tunc obijcit & ſoluit ſecundum ſuam opinionem, aliquando vero ante determinatam veritatem, & tunc obijcit & ſoluit ſupponendo opinionem aliorum. 49
Anima aliquando eſt vt terminus motus. 51
Antiqui naturales venerunt in cognitionem animæ per tria. per motum, & cognitionem, & per eſſe incorporaliſsimum. 59
Ad demonſtrandum definitionem animæ oportet hoc quaſi principium accipere ꝙ animatum diſtinguitur ab inanimato in viuendo. 83
Ad hoc ꝙ vniuerſum ſit perfectum nullus gradus perfectionis intermittitur in rebus. 93
Animalia imperfecta habent quidem phantaſiam, ſed indeterminatam. 98
Aſperum eſt, cuius vna pars ſupereminet alteri. 102
Ab odorabili reſolui quidem poteſt fumalis euaporatio, quæ tamen non pertingit vſque ad terminum, vbi odor, percipitur. 157
Aer & aqua ſunt facile mutabilia ab extraneis qualitatibus. 168
Antiqui de intellectu dupliciter opinati ſunt. 208
Anima intellectiua eſt locus ſpecierum. 210
Anima humana propter ſuam nobilitatem ſupergreditur facultatem materiæ corporalis, & non poteſt totaliter includi ab ea. 217
Aliquis in actu habet quamlibet formam, quãdo poteſt operationem illius formæ explere. 217
Ad diuerſa cognoſcenda diuerſæ potentiæ cognoſcitiuę requiruntur. 215
Agens eſt nobilius patiente non niſi ſecundum ꝙ eſt in actu. 228
Actus eſt prior potentia natura, tempore vero in vno & eodem potentia prior eſt actu. 222
Anima eſt quodammodo omnia ſenſibilia & intelligibilia. 236
Animalia nõ iraſcuntur, neque pugnant, niſi propter delectabilia, ſcilicet propter cibos & venerea. 241
Appetibile eſt vere bonum, quando perſiſtit in iudicio intellectus recti, aut apparens bonum, quando declinat à iudicio intellectus recti propter appetitum vel phantaſiam. 247
Animalia imperfecta habent confuſam imaginationem, & concupiſcentiam. 251
Animalibus immobilibus exiſtit adiunctum illud, vnde nata ſunt nutriri. 255
Alimentum eſt quoddam corpus tangibile. 257

De litera B.

BOna, quædam ſunt laudabilia tantum, & quædam laudabilia & honorabilia. 1
Bene operari eſt proprium intellectus ſecundum prudentiam. 16

De litera C.

COgnitio de anima ad omnes Philoſophiæ partes inſignes dat occaſiones. 3
Cognoſcuntur res omnes iſtis quatuor, intellectu, ſcientia, opinione, & ſenſu, & has potentias dicitur habere anima ſecundum ꝙ participat naturam vnitatis, dualitatis, & ternarij, & quaternarij. 20
Concluſiones non ſunt circulares, quia non eſt circulo demonſtrare. 40
Conſiderandum quando ſenſus ſit ſingularium, ſcientia vero vniuerſalium, & quomodo vniuerſalia ſint in anima. 80
Color, odor, & ſapor, & qualitates tangibiles habent eſſe permanens & fixum, in ſuo ſubiecto. 102
Cur odoratũ peiorem multis animalibus habemus. 151
Cur excellens ſenſibile corrumpat ſenſum. 174
Cur plantæ non ſentiant. 175
Compoſitio propoſitionis non eſt opus naturæ, ſed eſt opus rationis & intellectus. 225
Complementum Metaphyſicę non peruenit ad nos. 235

Cor mouetur ad timēdū abſque imperio voluerūt. 244
Concupiſcentia eſt appetitus quidam. 246
Corpus, quod circulariter mouetur non mutat totaliter locum, niſi forte ratione. 251
Cor in eadem parte corporis confixū manet, ſed mouetur ſecundum dilatationem & conſtrictionem vt cauſet motum pulſus & tractus, & ſic quodammodo eſt mobile, & quodammodo immobile. 251
Conſiderare vtrum hoc ſit agendum aut hoc, quod eſt deliberare, opus eſt rationis. 252
Cōtinentis eſt per deliberationem rationis vincere paſſiones. 253
Corpora cœleſtia hñt de partibus animæ intellectū. 255
Corpora cœleſtia, quæ ſunt ingenerabilia & incorruptibilia, non ſunt tangibilia. 257

De litera D.

DE animali vniuerſali poſſumus loqui dupliciter. 5
Definitionum triplex genus. 6
Definitio, per quam deuenitur in cognitionē accidēnū, eſt realis, & ex proprijs, & eſſentialibus rei. 6
Definitio, quę eſt vtriuſque, ſcilicet ex materia & ex forma eſt magis naturalis. 11
Democritus dicit animam eſſe ignem quendam aut calorem. 14
Democritus fuit huius opinionis, ꝙ nulla veritas determinate haberetur de rebus, & ꝙ nihil determinate cognoſcitur. 15.16
Democritus ponebat animam eſſe naturæ corporeæ, vtpote ex principijs materialibus compoſitam. 12
Dubium videtur eſſe, ſcilicet ꝙ mouetur naturaliter moueatur violenter. 30
Differentia formæ ſubſtantialis ad accidentalem. 74
Definitio omnis, aut eſt concluſio demonſtrationis, aut eſt demonſtrationis principium. 72
Differentia inter definitionē ſubſtantię & accidentis. 71
Duobus enim dicimus ſcire, quorum vnum eſt ſcientia, & aliud eſt anima. 89
Duplex eſt etiam id vti diximus, cauſa cuius cætera fiūt. atque vnum eſt, quod, alterum quo. 103
Duplex eſt inſtrumētum quo alitur, ſicut duplex eſt inſtrumentum gubernationis. 113
Diaphanum eſt, quod non habet proprium colorem vt ſecundum ipſum videri poſsit ſed eſt ſuſceptiuū extranei coloris, ſm quem aliquo modo eſt viſibile. 89
Duplici ex cā bonitas mentis rñdet bonitati tactus. 152
Diſtinctio potentiarum & obiectorum proportionabilis eſt. 163
Differentia eſt inter intelligere & ſapere, nā ſapere pertinet ad iudicium intellectus, intelligere autē ad eius apprehenſionem. 225
Debilitatur intellectus ex læſione alicuius organi corporalis indirecte, inquantum ad eius operationem requiritur operatio ſenſus habentis organum. 211
Deus, qui eſt purus actus in ordine intelligibilium, & aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ ſunt media inter potentiam & actum, per ſuam eſſentiam, & intelligunt & intelliguntur. 219
Deſtructo corpore non remanet in anima ſeparata ſcientia rerū ſm eundem modū, quo modo intelligit. 232
Diuiſibile dicitur dupliciter actu & potentia. 226
Duplex eſt attendenda differentia inter intellectum & ſenſum. 231
Delectabile, quod eſt in præſenti eſt ſimpliciter delectabile. 266
Dæmones Apulei Platonici, ſunt animalia corpore aerea, mente rationalia, animo paſsiua, tpe æterna. 275

De litera E.

ERror quorundam, qui dicebant animam eſſe de natura diuina. 15
Empedocles poſuit ſex principia, quatuor materialia, ſcilicet terram, aquam, & aerem, & ignē, & duo actiua & paſsiua, ſcilicet litem & amicitiam. 17
Ex iſtis duobus, ſcilicet ex eodem & diuerſo Antiqui dixerunt animam eſſe compoſitam. 18
Exanguia, puta oſſa & vngues, & dentes ſine ſenſu ſunt, licet nerui ſine ſanguine exiſtentes maxime ſenſitiui ſint. 25
Empedocles dixit aīam componi ex oībus principijs. 25
Ex naturali ſerie numerorum poteſt aliquis accipere plures ſeries. 35
Empedocles dixit ꝙ, quia cognitio fit per ſimilitudinē, cum anima cognoſcat omnia, oportet animam eſſe compoſitam ex omnibus. 60
Ex notis oportet in cognitionem ignotorū deuenire. 81
Ex termino & fine ſpecificatur operatio, ſicut ſanatio & egrotatio. 99
Ex tribus cauſis, intellectus non præualet phantaſiæ. 206
Error illorū, qui poſuerunt intellm agentē ſubam ſeparatā, & ꝙ differt ſm ſubſtātiā ab intellectu poſsibili. 222
Empedocles opinabatur ꝙ omnia gñata ſunt à caſu, non propter aliquē finem, ſed ſm ꝙ cōtingit ex diuiſionē rerum per litem, & coniunctione per amicitiam. 234
Error Platonis de intelligentia, vide. 233
Eadem eſt potentia contrariorum, ſicut viſus albi & nigri. 241
Excellentia ſenſibilium corrumpunt ſenſum, & quādoque ipſum animal. 261

De litera F.

FOrma eſt tota eſſentia, vide. 214
Falſitas opinionis illorū, qui dixerunt ꝙ intellectus eſt vis imaginatiua, vel aliqua ꝑparatio in natura humana, conſequens corpis cōplexionē, vide. 211

De litera G.

GVſtabile eſt humidum aqueū, ꝙ eſt potabile. 160
Guſtus eſt alimenti, quo, ſcilicet diſcernitur alimentum vtrum ſit conueniens vel non. 276
Guſtus neceſſario in animalibus ponitur, inquantum eſt tactus quidam alimenti, non neceſſario vero inquantum eſt ſaporum diſcretiuus. 292

De litera H.

HEraclitus poſuit vaporem, qui eſt medius inter aerem & aquam, principium rerum. 24
Hippus de numero rudium dixit animam eſſe aquam. 25
Hoc mouetur per hoc poteſt dupliciter intelligi. 51
Hæc eſt differentia inter circulationem, & alios motus. quia impoſsibile eſt in alijs motibus vnum & eundē motū reiterari ſuper eandē quantitatē multotiens. 40

De litera I.

IN omni procœmio tria ſunt neceſſaria. Primo reddere auditorem beneuolum, ſicut oſtēdendo ſcientiæ vtilitatem. Secundo docilem, præmittendo ordinem ac diſtinctionem libri. Tertio attentum, ſicut atteſtando difficultatem eius. 2
In definitione oportet non ſolum cognoſcere principia eſſentialia, ſed etiam accidentalia. 6
Intelligere quodammodo eſt proprium animæ, quodammodo eſt coniuncti. 7.8

Intelligere

Intelligere non eſt per organum corporale, ſed indiget obiecto corporali. 8
Inuenimus in anima diuerſas potentias ad apprehenſionẽ entium, ſ. intellectum, ſcientiã, opinionẽ, & ſenſum. 20
In nurr eris ſunt diuerſæ propoſitiones, & infinitæ. 36
Intelligentia habet actu principium, & finem. 40
Impoſſe eſt vnius rei eſſe plures formas ſubſtantiales. 74
Idem eſt immateriam vniri formæ ꝙ materiam eſſe in actu. 77
Intellectus noſter poſsibilis eſt in potentia in ordine intelligibilium. fit autem actu per formam à phãtaſmatibus abſtractam. 99
Id, cuius cauſa agitur dicitur dupliciter. 102
In vniuerſo ſurſum & deorſum naturaliter diſtinguuntur. 105
In omnibus, quæ ſunt ſecundum naturam eſt certus terminus & determinata ratio magnitudinis & augmenti. 107
Inter tres operationes animæ vegetabilis eſt quidam ordo. 112
Ignorans dicitur dupliciter. vno modo ſecundum ſimplicem negationem, alio modo ſecũdum prauam diſpoſitionem. 126. 127
Illa, quæ in ſui compoſitione habent aerem bene diſpoſitum, ſunt bene ſonora, ſicut æs & argentum. in quarũ autem compoſitione aer non bene ſe habet non ſunt bene ſonora. 140
Intelligibrlia tantum, nõ cadunt in phantaſmatibus. 203
Intellectus diuinus non eſt in potentia, ſed eſt quodam modo intellectus omnium. 209
Intellectus poſsibilis eſt, quo hic homo formaliter intelligit. 211
Impoſsibile eſt ꝙ illud, quo aliquid formaliter operatur ſit ſeparatum ab eo ſecundum eſſe. vide. 211
In his, quæ omnino ſunt ſeparata à materia idem eſt res, & quod quid eſt eius. 216
Intellectus non cognoſcit directe ſingularia, ſed ſenſus vel imaginatio. 215
Intellectus poſsibilis non eſt vnus in omnibus. 215
Illud, quod eſt in materia eſt intelligibile, ſed in potentia tantum, quod vero eſt in intellectu eſt ſpecies intelligibilis ſecundum actum. 220
In omni natura, quæ eſt quandoque in potentia, quandoque in actu, oportet ponere aliquid, quod eſt ſicut materia in vnoquoque genere, quod, ſcilicet eſt in potentia ad omnia, quæ ſunt illius generis, & aliud, quod eſt ſicut cauſa agens & factiuum, quod ita ſe habet in faciendo, ſicut ars ad materiam. 220
Intellectus agens facit ipſa intelligibilia eſſe in actu, quæ prius erant in potentia per hoc ꝙ abſtrahit ea à materia. 2:0. 22t
Intellectus in actu conſiſtit in ipſo intelligere. 223
In cognoſcendo quod quid eſt, contingit eſſe deceptionẽ per accidens dupliciter, ratione compoſitionis interuenientis. 229
Iudicium ſenſus aſsimilatur ſpeculationi intellectus. 230
Intellectus mouetur aliquando ad fugiendum vel imitandum ex ſenſibili præſente, aliquando aũt ex phantaſmatibus, aut intelligibilium, quæ ſunt in anima, ratiocinatur, & deliberat futura aut præſentia tanquam ſi actu videret. 233
Intellectus ſpeculatiuus cõſiderat aliquid verum eſſe vel falſum in vniuerſali, quod eſt conſiderare ſimpliciter, intellectus autem practicus applicando ad particulare operabile, quia operatio in particularibus eſt. 244
Intellectus abſtrahit ea, quæ ſunt in ſenſibilibus, nõ quidem intelligens ea eſſe ſeparata, ſed ſeparatim vel ſeorſum ea intelligens. 234
Irrationale tripliciter eſt, vel quod eſt rationi contrariũ, vel quod eſt natum habere rationem & non habet, & quod rationem non habet. 239
Intellectus apprehendit bonum ſecundum rationem vniuerſalem boni ſenſus autem apprehendit bonum ſub determinata ratione boni. 240
Ira à triſtitia cõmouetur, & in delectationẽ finitur. 238
Irati puniendo delectantur. 241
Incontinentes, qui habent rationem rectam non inhærẽt rationi recte. 244
Intellectus ſpeculatiuus ſpeculatur veritatem propter ſeipſum, Practicus vero propter operationem. 245
Ita habet aliquid rationis. 246
Inanimalibus duplex eſt mouens, vnum immobile, & aliud mobile. 248
Impoſsibile eſt aliquod corpus ſimplex eſſe corpus animalis. 254

De litera L.

LEucippus fuit ſocius Democriti. 16
Lene eſt, cuius vna pars nõ ſupereminet alteri. 147
Lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis. 236

De litera M.

MOtus, & operatio differunt, quia motus eſt actus imperfecti, & operatio eſt actus perfecti. 30
Motus augmenti & decrementi eſt ſecundum contraria loca. 252
Manifeſtum eſt enim ꝙ corpora noſtra ſortiuntur locũ naturalem, ſicut & motum naturalem ex natura elementi prædominantis. 168
Manifeſtum eſt quod corpora noſtra nata ſunt immutari à qualitatibus elementorum, & ſentire eas. 168
Manus eſt organum organorum, quia manus date ſunt homini loco omnium organorum, quę data ſunt alijs animalibus ad defenſionem, vel impugnationem, vel cooperimentem. 237
Motus proceſsiuus ſecundum locum eſt propter aliquid imaginatum & deſideratum. 242
Mouentia, duo eſſe videntur, ſcilicet appetitus & intellectus, ita tñ ꝙ ſub intellectu phantaſia comprehẽdatur quæ habet aliquid ſimile intellectui inquãtum mouet ad abſentiã ſenſibiliũ ſicut intellectus. 244. 245
Multi homines prætermiſſa ſcientia intellectus ſequuntur ſuis motibus phantaſiam: ſicut illi, qui non ſecundum rationem agunt, ſed impetu mouẽtur ad aliquid agendum. 236
Motus animalis componitur ex tactu & pulſu. 243
Medium patitur & mouetur à ſenſibili, ſenſus autem à medio. 257

De litera N.

NVllus dignatus eſt ponere ſolam terram. ſed alij poſuerunt ignem Primum principium, alij aerem, alij aquam terram vero nullus poſuit, niſi qui poſuit omnia elementa, quatuor eſſe primum principium. 22
Natura non mouet ad contraria loca. 79
Nihil proprie nutritur, niſi animatum. ignis autem videtur quidem per quandam ſimilitudinem nutriri, non autem proprie nutritur. 110
Non ſimpliciter dicitur id, quod eſt in potentia. 124
Natura ſpeciei indiuiduatur per materia. 214

Natura nihil facit fruſtra, neq; deficit in neceſſarijs, niſi in animalibus orbatis & imperfectis: ſicut ſunt animalia monſtruoſa, quæ quidem monſtra animalibus accidunt præter intentionem naturę ex corruptione alicuius principij in ſemine, 218
Natura facit membra propter aliquas operationes. 255

De litera O.

OMnis ſcientia bona eſt, & non ſolum bona, verumetiã honorabilis, tamen in hoc vna ſcientia ſuperexcellit aliam. carte. 1
Omnis actus laudatur ex duobus, ex obiecto & qualitate, ſeu modo, 2
Omnis forma, quæ eſt in materia determinata, niſi in ſua definitione ponatur materia, illa definitio eſt inſufficiens, 11
Omnes exiſtimauerunt animam eſſe id, quod maxime motiuum eſt, 22
Omne quod mouetur, mouetur dupliciter, quia vel ſecundum ſe, vel ſecundum alterũ, ſeu per accidens. 29
Operatio animę eſt actus perfectus, motus vero eſt actus imperfectus, 53
Os habet octo partes, quæ non æqualiter attribuuntur omnibus elementis, 65
Operationes animæ, ſcilicet ſentire, intelligere, appetere, moueri ſecundum locum, & augeri, poſſunt dupliciter accipi, 68
Orthogoniorum, quædam conſiſtit ex omnibus lateribus æqualibus, & vocatur quadratum, ſiue tetragoniſmum. quoddam aũt non habet omnia latera ęqualiam in quo tamen qualibet duo latera ſibi oppoſita ſunt æqualia, & vocatur huiuſmodi orthogonium altera parte longius, 81.82
Omnis potentia dicitur ad actum proprium, 92
Odor cõſiſtit in ſicco aereo aliqualiter contẽperato. 154
Oportet enim quod vox ſit ſonus quidã ſignificans vel naturaliter, vel ad placitum, 150
Odor & ſapor cauſantur ex determinata cõnexione qualitatum elementarium. 153
Omne, quod eſt in potentia ad aliquid & receptiuũ eius ſciret eo, ad quod eſt in potentia, & cuius eſt receptiuum. 208
Opinio Auicennæ de ſpeciebus intelligibilibus & eius impugnatio. 213
Oportet enim ea, quæ agunt adinuicẽ & patiuntur communicare in materia. 218
Opinio Platonis & Antiquorum de aĩa excluditur. 215
Operationes intellectus ſunt binæ. 224
Omnia, quæ tranſcendunt ſenſibilia hæc nota nobis nõ cognoſcuntur à nobis niſi per negationem. 224
Ordo naturalis eſt vt ſuperior appetitus moueat inferiorem, & ſi econuerſo accidit, hoc eſt præter ordinem naturalem. 251
Omnia elementa poſſunt eſſe organa ſenſus tactus præter terram. 259

De litera P.

PAſsionem, quædam videntur eſſe paſsiones animę tantum, ſicut intelligẽtia & ſpeculatio, quædam vero propter ipſam animam ineſſe vidẽtur communiter animalibus, ſicut delectatio & triſtitia, ſenſus & phantaſia. carte. 2
Plato dicit animã ex principijs rerum compoſitã eſſe. 18
Plato poſuit ꝙ intelligibilia eſſent per ſe ſubſiſtentia, & ſeparata, & eſſent ſemper in actu, & eſſent cauſa cognitionis & eſſe. quod Ariſt. tanquam inconueniens volens euitare coactus eſt ponere intellectũ agẽtem. 19
Plato dixit ideas eſſe ex numeris, ſ. ex vnitate & dualitate, quæ ponebat principia rerum. 20
Plato poſuit ſubſtantiã omnium rerum eſſe numerũ. 34
Proprietates animę deducebat ex proprietatibus numerorum. 25.36
Partes dicuntur bene armonizatæ, & ipſarum compoſitio vocatur armonia, quando ſunt ſic inuicem ſimul poſitæ, & ordinatæ, vt nullus effectus eiuſdem generis ibi ſit, 46
Poſitio Auicebron in lib. Fontis vitæ tollitur. 74
Phantaſia inuenitur indeterminata in animalibus imperfectis, in animalibus vero perfectis determinata. 87
Per ſe dupliciter dicitur. 87
Piſces non reſpirant aerem, & ideo nõ habent proprium ſonum, qui ſit vox. 148
Phos idem eſt quod lux, & inde venit phanos quod eſt apparitio, vel illuminatio & phantaſia. 206
Potentia animæ, quæ eſt actus alicuius organi, conformatur illi organo, ſicut actus ſuſceptibili. 210
Plato ponebat quiditates rerum eſſe ſeparatas à ſingularibus, quas dicebat ideas vel ſpecies. 213.214
Proprium obiectum intellectus eſt quiditas rei, quę non eſt ſeparata à rebus. 215
Plato in alia parte corporis ponebat organum appetitiui, & alia organum ſenſitiui. 247
Plato, non cõſiderans modum abſtractionis coactus fuit ponere mathematica, & ſpecies ſeparatas loco cuius ad prædictam abſtractionem faciendam Ariſto. poſuit intellectum agentem. 231
Phantaſmata ſunt ſimilitudines particularium, intellecta autem ſunt vniuerſalia ab indiuiduantibus cõditionibus abſtracta. 238
Partes animæ quomodo diſtinguantur. 239
Potentiã diſtinguuntur ſecũdum rõnes obiectorũ. 240
Plato poſuit animas eſſe ſubiecto diſtinctas. 235
Partes animæ ſunt plures quàm ponant Antiqui. 246
Phantaſia apparitio quædam eſt. 254
Peccata ſunt monſtrat in natura. 251
Peccatum in actionibus accidit, quando opinio in particulari operabili corrumpitur propter aliquã delectationem, vel propter aliquam aliam paſsionem, quę tamen vniuerſalem opinionem non corrumpit. 253
Plantæ nullum habent ſenſum, quia habent multum de terreſtri. 260
Per priuationem tactus neceſſe eſt animalia mori. 243

De litera Q.

QVare ſcientia, quę eſt de rebus melioribus & honorabilioribus, minus tamen certis dicitur melior quàm illa, quæ eſt de rebus minus honorabilibus, magis tamen certis. carte. 2
Quando inuenimus aliqua duo differre ſecundũ aliquid manifeſtum, & ſecundum aliud immanifeſtum, certum eſt quòd ſecundum id, quod eſt manifeſtum venimus in notitiã illius, quod eſt immanifeſtũ. 12.13
Quia magnes mouet ferrum, ideo dixit illam habere animam. 23
Quidam dixerunt quòd lumen neceſſarium eſt ex parte ipſius coloris. 133
Quare quædam lucida in tenebris videantur & non in lumine. 133.134
Quare diſtantia localis impedit viſum. 136
Quidã ſoni inanimatorũ aſsimilãtur voci in tribus. 147

Quomodo conueniant vel non conueniant guſtus & tactus. 149
Quanto magis aliquis elongatur à primo agente, tanto minus recipit de virtnte, & ſimilitudine eius. 154
Quomodo intelligendum eſt naturalia & mathematica ſuas concernere materias. 214
Quod quid eſt carnis dupliciter diſcernitur. 211
Quid induxerit Ariſt. ad ponendum intellectum agentem. 220
Quomodo intellectus poſsibilis eſt in potentia ad intelligibilia, & quomodo intelligibilia ſunt in potentia reſpectu intellectus agentis. 221
Quáuis appetere, vel ſugere, vel ſentire ſint diuerſi actus tamen principium eorum eſt idem ſubiecto, licet ratione differat. 230
Quæ ſunt in rebus coniuncta contingit vnum ſine altero intelligi, & vere, dummodo vnum eorum non ſit in ratione alterius. 234
Quomodo intelligatur intellectum eſſe ſeparabilem, & non eſſe ſeparabilem à corpore. 235
Quęcunque non ſunt ſuſceptiua ſpecierum ſine materia non habet ſenſum. 254

De litera R.

Ratio & intellectus non ſunt diuerſæ partes animę ſed ipſe intellectus dicitur ratio, inquantũ per inquiſitionem quandam peruenit ad cognoſcendum intelligibile veritatem. 250
Ratio practica, quædam eſt vniuerſalis, & quædam particularis. 252
Radij egredientes à viſu repercutiuntur à viſibili, vt Platonici poſuerunt. 260

De litera S.

Scientiæ, quædam ſunt practicæ, & quædam ſunt ſpeculatiuæ. ſpeculatiuæ ſunt & bonæ & honorabiles, practicæ vero laudabiles tantum. cart. 2
Subiectum ſemper cadit in definitione paſsionis. 9
Si intellectus eſt circularis de neceſsitate intelligẽtia erit circulatio. 39
Senſus eſt particulariũ, Intellectus vero vniuerſaliũ. 92
Secundum triplex eſſe diſtinguitur communiter anima, ſcilicet vegetabilis, ſenſibilis, & rationalis. 92
Sapor cõſiſtit in humido aqueo aliqualiter digeſto. 166
Secundũ diuerſitatẽ actuum diſtinguuntur potentię. 205
Sentire non eſt proprie pati, patitur enim aliquid à contrario. 205
Species intelligibilis non eſt forma intellectus poſsibilis, niſi ſecundum quod eſt intelligibilis actu. 211
Species intelligibilis ſecundum quod eſt vnum cum intellectu poſsibili, eſt abſtracta à phantaſmatibus. 212
Sicut res ſunt ſeparabiles à materia, ita ſe habent ad intellectum. 216
Species intelligibiles quibus intellectus poſsibilis fit in actu non ſunt obiectum intellectus. 217
Species rei intellectæ in actu, eſt ſpecies ipſius intellectus & ſic per eam ipſum intelligere poteſt. 219
Scientiam ſecundum actum, eſt idem rei ſcitæ ſecundum actum. 229
Sentire, ſi dicatur motus, eſt alia ſpecies motus ab ea, de qua determinatum eſt in lib. phyſi. 230
Senſus exteriores ſunt plures, & vltimum, ad quod terminantur immutationes horum ſenſuum eſt vnũ. 232
Sine ſenſu homo non poteſt addiſcere, quaſi de nouo acquirere ſcientiam, neque intelligere quaſi vtens ſcientia habita. 237
Spes de bono, & timor de malo pertinet ad iraſcibilem. carte. 241
Secunda mouentia non mouentur niſi inquantum participant Primum. 248
Senſus tactus eſt ille ſine quo nullus alius ſenſus eſſe poteſt. 253
Sapor confert ad alimentum inquantum eſt ſequela cõplexionis. 257

De litera T.

Tota ratio diuiſionis Philoſophiæ ſumitur ſecundum definitionem, & modum definiendi. 11
Thales fuit vnus de ſeptem ſapientibus. 23
Tripliciter inuenitur motus in operationibus animæ, in quibuſdam enim inuenitur proprie, in quibuſdam minus proprie in quibuſdam vero minime proprie. 51
Tribus modis aliquis abijcit veram opinionem. 202
Tota pars intellectiua dicitur ſeparata ex hoc quòd habet operationem ſuam ſine organo. 223

De litera V.

Veritas eſt ꝙ cognitio fit per ſimilitudinẽ rei cognitæ in cognoſcente. 21
Viuentium tres ſunt gradus. 85
Viuentia inferiora, quorum actus eſt anima, habent duplex eſſe, vnum quidem naturale, in quo conueniunt cum alijs rebus materialibus, aliud autem immateriale, in quo communicant cum ſubſtantijs ſuperioribus aliqualiter. 91
Vniuerſale poteſt accipi dupliciter. 122
Viſus eſt ſpiritualior, & ſubtilior inter omnes ſenſus. 132
Virtus coloris in agendo eſt imperfecta reſpectu virtutis luminis, nam color nihil aliud eſt quàm lex quædam quodammodo obſcura ex admixtione, corporis opaci. cart. 133
Veritas vel falſitas conſiſtit in quadam adæquatione, vel comparatione vnius ad alterum. 224.225
Volentes aliquid deliberare de agendis primo ſupponimus finem, deinde procedimus per ordinem ad inquirendum illa, quæ ſunt propter finem. 246
Voluntas, ſecundum quam mouet intellectus eſt quiddam appetitus. 246
Vti alimento pertinet ad animam vegetabilẽ, quam omnia animalia neceſſe eſt habere. 253.254
Viuentia generabilia habentia intellectum ſunt tantum homines. 255

Index in Tres libros de Anima Ariſtotelis, Finis.

INDEX IN QVAESTIONES DOMINICI FLANDRENSIS IN LIBROS DE ANIMA.

In quo iuxta, Textus & Expoſitionis dilucidationem, primo notatur ſingularum Quæſtionum proprius titulus, moxq; ſub eo propoſitæ quæſtionis propria concluſio, vt ea omnia quis cõmode inueniat quę inuenire cupiat.

INDEX QVAESITORVM, & Concluſionum in Proœmio libri Primi de Anima contentorum.

AN DE Anima ſit ſcientia. 263 Quæſtio.
De anima eſt ſcientia. 264 Cõcluſio.
An ſcientia de Anima ſit nobilior & præſtantior cæteris partibus Philoſophiæ naturalis. 263
Scientia de anima nobilior & præſtantior eſt cæteris partibus Philoſophiæ Naturalis. 272
An ſcientia de Anima ſit prior, cęteris partibus Philoſophiæ. 263
Scientia de anima eſt prior cæteris Philoſophiæ partibus. 263.
Scientia quælibet, de numero bonorum honorabilium, eſt excepta prąctica. 263
An ſcientia de Anima ſit vna numero. 264
Scientia de Anima eſt vna numero. 264
An ſcientia de Anima ſit vna vnitate ſpecifica. 265
Scientia de Anima eſt vna ſpecie. ibidem.
An ſcientia de Anima ſit vna, vnitate generis. 265
Scientia de Anima eſt vna vnitate generis ſcibilis. 266
An corpus animatum, ſiue potius anima ſit ſubiectum huius libri. 266
Anima & non corpus animatum eſt huius ſcientiæ adæquatum ſubiectum. 266
An ſcientia de Anima vtilis ſit ad omnes ſcientias & artes. 266
Stientia de Anima vtilis eſt ad omnes partes Philoſophiæ. 266. 267
An prius de Animæ ſubſtantia, quam de conſequentibus eam accidentibus tractandum ſit. 266
Prius de ſubſtantia Animæ tractãdum eſt, quàm de eius accidentibus. ibidem.
An Animæ notitia ſit poſsibilis, & facilis. 266
Notitia animæ (cum difficillimorum ſit) poſsibilis eſt aliquo modo, & de ea mouentur, quatuordecim Quęſtiones. 271
An vniuerſalia poſteriora ſint ſingularibus. 268
Vniuerſale, vel nihil eſt, aut eſt ſingularibus ipſis poſterius. 267. 268
An accidentia magnam partem conferant ad cognoſcẽdum quod quid eſt. 268
Accidentia, plurimum conferunt ad cognoſcẽdum quod quid eſt. ibidem.
An ſit animæ aliqua propria operatio, cui corpus non communicet. 268
Anima babet aliquam operationem propriam, cui non communicet corpus, & aliquam, cui non communicat corpus. 267
Quædam ſuot paſsiooes animæ tantum, quædam vero totius coniuncti. 268
An ſi conſideratio de anima ad Philoſophum naturalem ſpectet. 266
Anima & pręſertim humana, ſpectat ad Philoſophum naturalem. 265
Anima definitione formarum & paſsionum naturalium, recte ponatur materia. 269. 270
Definitio formarum & paſsionum naturalium, non includens materiam, eſt inſufficiens. 271

INDEX QVAESTIONVM & Concluſionum Primi libri.

AN conſideratio de anima, à prioprijs, an à communioribus incipere debeat. carte. 273 Quæſtio.
Conſideratio de anima à communioribus incipere debet, & ex motu & ſenſu, Philoſophi Antiqui cognouerunt animam, & in his diuerſificantur, & opinionibus diſtinguuntur diuerſis. 273 Cõcluſio.
Opiniones Philoſophorum de anima declarãtur & reijciuntur. 275. vſque 313
An ignis ſit immaterialiſsimum corporum. 276
Ignis eſt immaterialiſsimum corporum. ibidem.
An Philoſophus, ſufficienter arguat Antiquos Pphiloſophos, determinantes aoimam tribus, videlicet motu ſenſu, & incorporeo. 280
Philoſophus ſufficienter Arguit antiquos, ex motu & ſenſu determinantes animam. 278
An Philoſophus, ſufficienter diſtinguat motum dupliciter, communiter, ſcilicet & proprie. 279
Philoſophus recte diſtinguit duplici acceptione motus, communiter, ſcilicet & proprie, omnem ſpecies motus. 278
An omnis motus fiat in loco. 279
Fiunt omnes motus in loco aliquo modo, & aliquo modo non. 279
An Album moueatur per ſe, vel per accidens. 279
Albũ mouetur per ſe aliquo modo, & aliquo modo non, videlicet in ſenſu compoſito non mouetur per ſe, in ſenſu vero diuiſo mouetur. 279
An omne, quod mouetur naturaliter poſsit moueri violenter. 280
Quod mouetur motu, cui quies opponitur, moueri poteſt violenter. 279

INDEX IN SECVNDVM LIBRVM.

AN anima ſit ſubſtantia, & actus corporis organici habentis vitam in potẽtia. 294 Quęſtio.
Anima eſt ſubſtantia & actus corporis organici habentis vitam in potentia. carte. 291. 302. 303 Cõcluſio.
An in inſtanti introductionis animæ in corporibus corrumpantur aliquæ diſpoſitiones. 294
In inſtanti introductionis animæ, corrumpuntur diſpoſitiones conſequeotes formam abijciendam, & anima introducitur in corpore diſpoſito, & diſpoſitionibus, conſequentiam formam introducendam. 294
An anima ſit actus primus. 295
Anima eſt actus primus, ſicut ſcientia. 295. 296
An anima ſit actus corporis organici. 295. 296
Anima eſt actus corporis organici. 295
An definitio Animæ, qua dicitur ꝙ eſt actus primus corporis pbyſici orgaoici &c. 295
An anima immediate vniatur corpori organico. 295

Anima cum ſit corporis propria profeſtlo, vnitur corpori immediate. 295
An corpus conuenienter ponatur in definitione aĩæ. 295
Corpus, cum ſit ſubiectum animæ, conuenienter ponitur in eius definitione. 295
An anima, inter formas naturales, ſit per ſe ſubſiſtẽs. 296
Anima rationalis inter formas naturales, eſt per ſe ſubſiſtens. 300
An illud dicatur habere vitam, quod per ſeipſum habet augmentum & decrementum & alimentum. 299
In generabilibus & corruptibilibus, illud viuere dicitur, quod per ſeipſum habet alimentum & augmentum & decrementum. 299
An in eodem compoſito ſint plures formæ ſubſtantiales eſſentialiter diſtinctæ. 299
In vno & eodem eſt tantum ſubſtantialis forma. 299
An anima ſit forma corporis viuentis. 304
Anima eſt viuentis corporis actus & forma. 304
An quatuor ſint tantum modi viuendi. 304
Quatuor tantum ſunt modi viuendi, videlicet per intellectum, per ſenſum, per motum localẽm, per motum alimenti, decrementi, & augmenti. 304
An animæ definitio poſsit demonſtrari. 305
Materialis definitio animæ demonſtrari poteſt à priori ſecundum naturam, formalis vero quo ad nos. 305
An anima ſit tota in toto, & tota in qualibet parte corporis. 305
Anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, ſed non totaliter. 306
An partes animę, videlicet vegetatiuum, ſenſitiuum, motiuũ, appetitiuũ, ſint ſeparabiles loco & ſubiecto. 307
Partes prædictæ non ſunt ſeparabiles, loco, nec ſubiecto cum in eadem parte ſemper reperiantur. 307
An prædictæ partes habeant aliquam diſtinctionem in eo in quo ſunt. 307
Dictæ animæ partes ſeparantur, ſeu diſtinguuntur ratione, id eſt ſpecie. 307
An diſtinctionis potẽtiarũ ratio, ex actibus ſumatur. 307
Potentiæ diſtinguuntur per actus. 307
An vegetatiuum, Senſitiuum, Motiuum, & Appetitiuũ, nominent animam vnam eſſentialiter aut potentiales partes eius. 308
Prædicta principia, In diuerſis ſeorſum accepta, animas diuerſa nominant, in vno varo & eodem, animam eſſentialiter vnam, poteſtate vero plures dicunt. 308
An definitio ſecũda Animæ, qua dicitur ꝙ eſt actus corporis phyſici organici ſit conueniens. 308.309
Definitio animæ, qua dicitur ꝙ eſt actus corporis &c. conueniens eſt omni animæ, propriæ vero animæ rationali, quæ eſt ſicut actus & forma, & eſt in corpore organico vt in proprio ſubiecto. 309
An ſint tantum quinque genera potẽtiarum animæ. 311
Quinque tantum ſunt genera potentiarum animę, videlicet vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, ſecundũ locum Motiuum, & intellectiuum, ex quibus appetitiuum omnibus animalibus ineſt. 311
An potentiæ animæ diſtinguantur per obiecta. 313
Potentiæ aliquo modo diſtinguuntur per obiecta, & aliquo modo non, ſpecie enim per obiecta, numero vero, potius ſubiecto quam obiecto diſtinguuntur. 315
An in potentijs animæ aliquis ordo reperiatur. 315
In potentiarum dependentia duplex ordo, originis videlicet & perfectionis attenditur, obiecto vero alius in eis reperitur ordo. 315
An prius de obiectis & actibus determinandum ſit quã de potentijs. 316
In proprie & ſpeciali ſpeculatione, prius de actibus, & obiectis quam, de potentijs conſiderandum eſt ſecus in communi conſideratione. 316
Potẽtiæ animę realiter ab eius eſſentia diſtinguũtur. 316
An oẽs potentias animę ſint in anima vt in ſubiecto. 317
Potentia animæ intellectiua eſt in anima vt in ſubiecto, cæteræ vero vt in principio. Ibidem.
An potentiæ animæ fluant ab eius eſſentia. 317
Potentiæ animæ fluunt ab eius eſſentia. 317
An prius de potentia vegetatiua animę quam de alijs tractandum ſit. 316
Prius de vegetatiua potentia tractandum eſt, quam de alijs. 318
An, Generare tale quale ipſum, naturaliſsimum ſit cunctis viuentibus. 318
Generare tale quale ipſum eſt, quod eſt opus proprium animæ vegetatiuæ, cunctis viuentibus naturaliſsimum eſt. 317.318
An anima ſit finis corporis viuentis. 319
Anima, nedum corporis viuentis, ſed omnium corporũ naturalium finis eſt. 319
An anima ſit principium vnde motus. 319.320
Anima eſt principium vnde motus. 319
An Quælibet operatio animæ vegetatiuæ ſit ab aĩa. 320
Operationes, quę ſunt animę vegetatiue ſunt ab aĩa. 320
An Alimentum, ſit contrarium ei, quod alitur. 321
Alimentum eſt contrarium ei, quod alitur. 321
An ſubſtantiæ ſit aliquid contrarium. 321
Licet in genere ſubſtantiæ non ſit contrarietas proprie & phyſicæ, tamen contrarietas communiter in ea reperitur. 321
An potentia nutritiua ſit principium nutritionis. 322
Tria cõcurrunt in nutritione, ex quibus id quo quid inſtrumentaliter alitur, eſt alimentum, quod vero alij anima vegetatiua. 324
An definitio animæ vegetatiuæ, qua dicitur quod eſt generatiua ſibi ſimilis ſit competens. 322
Prædicta vegetatiui deſcriptio recta eſt. 321
An tres ſint diſtinctæ vegetatiui partes, videlicet nutritiua, augmentatiua, & generatiua. 321
Tres ſunt partes vegetatiui, nutritiua, augmentatiua, & generatiua abinuicem diſtinctæ. 322
An inanimata nutriantur. 321
Animata tantum proprie nutriuntur. Ibidem.
An generatio conueniat tantum animatis. 323
Generatio proprie, prout aliquid viuens ex principio viuente coniuncto procedit ineſſe in identitate naturæ & eſſe, diuinis tantum conuenit, id vero, quo aliquid ineſſe procedit in ſimilitudine identitatis talis animatis tantum conuenit. 323
An ſenſus ſit potentia paſsiua. 321
Senſus eſt potentia paſsiua. 321.326
An ſenſus in actu, ſit ipſa ſenſibilia. 321
Senſus in actu non eſt ipſa ſenſibilia. 322
An ſenſus ſine ſenſibilibus ſit in actu. 322
Senſus in actu non eſt ſine exteriori ſenſibili. 328
An quod reducitur de potentia ad actum ſcientiæ dicatur pati. 328
Quod reducitur eſſentiali potentia ad ſcientiam, patitur & alteratur aliquo modo. 328
An ſciens in potentia, ſemper reducatur in actum à pręceptore. 326

Sciens

Sciens in potentia, in actum ſcientiæ reducitur à præceptore addiſcens, inueniens vero à ſeipſo. 326
An ſenſus ſingularium, ſcientia vero vniuerſaliũ ſit. 328
Scientia eſt vniuerſalium, ſenſus autem ſingularium. 328
An vniuerſale habeat eſſe in anima tantum. 328
Vniuerſalia ex vniuerſalitatis intentione, ſeu formaliter, in intellectu tantum eſſe habent. Ibidem.
An numerus ſit ſenſibile commune. 329
Numerus eſt ſenſibile commune. 329
An per ſe ſenſibile dicatur illud, quod per ſe & non alterius ratione ſenſum immutat. 329
Senſibile per ſe eſt illud, quod per ſe & non ratione alterius immutat ſenſum. 329
An ſenſibilia cõmunia, per ſe ſenſibilia dici poſſint. 330
Senſibilia communia, quandoque propria & per ſe ſenſibilia dicuntur quandoque per accidens. 330
An color ſit viſibilis per ſe. 331
Color eſt viſibilis per ſe. 331. 333
An lumen ſit corpus. 332
Lumen non eſt corpus. 331
An lumen ad videndum requiratur ex parte coloris, an ex parte medij. 334
Lumen, ad videndum requiritur ex parte medij & non ex parte coloris. 332
An color ſit obiectum viſus. 335
Color eſt obiectum viſus. 333
An ſonus ſit quandoq; in actu, quãdoq; in potentia. 335
Sonus quandoque in actu, quãdoque in potentia eſt. 335
An in generatione ſoni, tria hæc requirantur, videlicet percutiens percuſſum, & medium. 337
Tria hæc, percutiens, percuſſum, & medium, in generatione ſoni requiruntur. 336
An aer ſit proprium medium ſoni. 336
Aer non ſonat, ſed eſt medium in quo ſonus fit. 336
An in omni ſonatione fiat repercuſſio ſoni à corpore oppoſito corpori ſonãti, ſiue an in omni ſonatione fiat, ſonus echon. 336
In quacunque ſonatione fit ſoni repercuſſio à corpore oppoſito corpori ſonanti, ſiue echon. 336
An ſint duæ differentiæ ſeu ſpecies ſoni, ſcilicet graue & acutum. 337
Graue & acutum formaliter ſunt differentiæ ſoni, materialiter vero ſpecies. 337
An tã percutiẽs quã percuſſum, ſint cauſę ſoni. 337. 338
Tam percutiẽs quam percuſſum, ſunt cauſæ actiuæ ſoni.
An ſonus ſit obiectum auditus. 338
Sonus eſt proprium, & per ſe obiectum auditus. 338
An vox ſit aeris repercuſſio, ſeu reuerberatio aeris reſpirati ab anima. 337
Vox eſt aeris reuerberatio ad arteriam vocalẽ. 337. 338
An homo præ cæteris animalibus habeat peiorem olfactum. 339
Homo inter cętera animalia habet peiorem olfactũ. 340
An ex ſenſu tactus bonitas mentis oſtendatur. 344
Et ſi viſus nobilior ſit, tactus tamen bonitas, intellectus bonitatem arguit. 340
An odor ſit proprium obiectum olfactus. 339
Odor eſt obiectum olfactus. Ibidem.
An ſenſus olfactus ſit omnibus animalibus idem ſecundum ſpeciem. 340
Idem omnibus animalibus ſecundum ſpeciem ineſt olfactus. 340
An odor trãſfundat ſpeciem ſuam in medio realiter, vel intentionaliter. 341
Licet odor trãſfundat in aliqua parte medij ſpeciem ſuam realiter, in toto tñ medio nõ ſic, ſed intẽtionaliter. 341
An guſtus ſit quidam tactus. 342
Guſtus eſt quidam tactus. Ibidem.
An guſtus percipiat ſuum obiectum per medium intraneum, an per medium extraneum. 342
Guſtus percipit obiectum ſuum per medium intraneũ ſicut tactus quidam exiſtens, cęteri vero ſenſus percipiunt per medium extraneum. Ibidem.
An ſapor ſit obiectum guſtus. 342
Sapor inquantum ſapor eſt proprium obiectum ipſius guſtus. 342
An ſenſus tactus ſit, vnus vel plures ſenſus. 344
Senſus tactus, non eſt vnus. 344
An ſenſus plurium, contrarietatem perceptiuus ſit vnus vel plures. 344
Senſus plurimum contrarietatũ vnam rationem formalẽ vnius ſubiecti participans, eſt vnus formaliter. 344
An qualitatem tangibilium ſit vnum cõe ſubiectũ. 344
Qualitatum tangibilium, eſt aliquod commune ſubiectum aliquo modo, eſt aliquo modo non. Ibidem.
An caro ſit organum tactus. 344
Caro eſt organum ſenſus tactus. Ibidem.
An inter tãgens & tactum cadat medium extraneũ. 344
Inter tangens & tactum cadit medium extraneum. 344
An corpora noſtra poſſint pati ab elementis, vt inquit Auer. 345
Eſto q̃ corpora noſtra ſe habeant ad elementa in ratione locantis, poſſunt tamen ab his pati & alterari. 345
An viſus & diaphanum ſimul immuiẽtur à lumine. 346
Senſus viſus & diaphanum non ſimul immutantur à lumine. 346
An Organũ tactus habeat in ſe qualitates tangibiles. 345
Senſus tactus expers eſt qualitatum tangibilium in actu complero cum ipſarum perceptiuus ſit. 346
An proprium ſit ſenſus, eſſe ſuſceptiuum ſpecierum ſine materia. 346
Propriũ eſt ſenſus, eſſe ſuſceptiuum ſpecierum ſine materia. 345
An excellens ſenſibile, corrumpat ſenſum. 345. 348
Senſus proportio corrũpitur ab excellenti ſenſibili. 345
An plantis aliquis ſenſus inſit. 348
Plantæ nullum habent ſenſum. Ibidem.
An aer patiatur ab odore. 353
Licet aer patiatur odorem, non tamen odorat. Ibidem.

INDEX IN TERTIVM LIBRVM.

AN quinque ſint duntaxat exteriores ſenſus. 350 Quæſtio.
Quinq; ſunt tm̃ exteriores ſenſus 349. 350 Cõcluſio.
An viſus percipiat ſe videre. 351
Viſus percipit ſe videre aliquo modo; & aliquo modo non. 355
An ſenſus viſus ſupra ſeipſum reflectatur. 350
Senſus viſus ſupra ſe reflexus ſentit viſionem. 351
An ſenſus & ſenſibile ſimul generẽtur & corrũpant. 351
Senſus in actu, & ſenſibile in actu ſimul ſunt & nõ ſunt. Ibidem.
An actio ſit ſubiectiue in agente, vel in paſſo. 353
Actio immanens in agente, actio vero tranſiens in paſſo dicitur eſſe. 353
An ſenſus communis ſit neceſſarius. 353
Præter quinque exteriores ſenſus, alia quædam potentia neceſſaria eſt, quæ ſenſus communis dicitur. 354

An ſenſus

An ſenſus communis ſenſibilium differentias diſcernẽs, ſenſibilia diuerſa cognoſcat. 354
Senſus communis, differentias ſenſibilium cognoſcens, ſimul cognoſcit diuerſa ſenſibilia. 354
An ſenſus exterior ſit perfectior ſenſu communi. 354
Communis ſenſus ſimpliciter perfectior eſt. 354
An præter quinque exteriores ſenſus & ſenſum communem, alij ſint interiores ſenſus neceſſarij. 354
Præter quinque exteriores, quatuor ſunt alij interiores ſenſus. 356
An ſapere & intelligere ſint idem cum ſentire. 356
Sapere & intelligere, non ſunt idem cum ſentire. 356
An opinio ſit idem cum phantaſia. 356
Opinio non eſt idem cum phantaſia. 356
An phantaſia ſit ſenſus in actu, vel in potentia. 356
Phantaſia, neque eſt ſenſus in actu, neque in potentia. 356
An intellectus aliquo poſsit pati. 359
Intellectus nec per ſe nec per accidens patitur. 360
An intellectus poſsibilis ſit potentia paſsiua. 361
Intellectus poſsibilis eſt potentia paſsiua. 361. 362
An intellectus poſsibilis ſit ſubſtantia ſeparata. 362
Intelſm poſsibilem eſſe ſubſtam ſeparatã, eſt impoſſe. 362
An ſingularia per ſe intelligantur ab intellectu. 362
Singularia intelliguntur non directe, ſed reflexe. 362
An rei materialis quiditas ſit proprium & per ſe obiectũ intellectus, an ens. 364
Quiditas rei materialis, proprium & per ſe obiectum intellectus eſt. 362
An poſt actualem conſiderationem, ſpecies intelligibiles in intellectu remaneant. 362
Poſt actualem conſiderationem remanent ſpecies intelligibiles in intellectu poſsibili. 364
An ſpecies intelligibilis ſit id, quod intelligitur. 365
Species intelligibilis non eſt illud, quod intelligitur, ſed quo intelligitur. 365
An poſsibilis intellectus intelligere poſsit. 366
Intellectus poſsibilis intelligere poteſt. 366
An intellectus poſsibilis ſeipſum intelligat. 365
Intellectus poſsibilis, non per ſuam eſſentiam, ſed per ſpeciem intelligibilem intelligit ſeipſum. 365
An neceſſe ſit ponere intellectum agentem. 366
Præter intellectum poſsibilem, neceſſe eſt ponere intellectum agentem. 366
An intellectus agens ſit habitus. 368
Intellectus agens eſt ſicut habitus. 368
An intellectus agens ſit ſeparatus ab anima. 368
Intelſs agens non ſeparaẽ ab aĩa, ſed eſt aliquid eius. 368
An intellectus agẽs ſit perpetuus & incorruptibilis. 369
Intellectus agens perpetuus & incorruptibilis. 369
An intellectus agens ſit vnus in omnibus. 369
Intellectus agens non eſt vnus in omnibus. 369
An duæ tantum ſint operationes intellectus, indiuiſibilium intelligentia & compoſitio & diuiſio. 369
Tantum duæ ſunt operationes intellectus, videlicet incomplexorum, ſeu indiuiſibilium intelligentia, & compoſitio & diuiſio. 369
An in prima operatiõe intelſs aliquis error cõtingat. 369
In prima operatione intellectus, non cõtingit errare. 369
An intellectus noſter prius indiuiſibile attingat, quam diuiſibile. 373
Indiuiſibilium, aliquod prius attingitur quam diuiſibile & aliquod eſt, quod econuerſo ſe habet. 370
An intellectus moueatur ab intelligibili. 372
Intellectus ab intelligibili mouetur. 372
An intellectus intelligat ſine phantaſmate. 372
Nequit intellectus abſque phantaſmate intelligere. 372
An practicus & ſpeculatiuus intellectus, duæ ſint potentiæ animæ realiter diſtinctæ, an potius ratione. 372
Speculatiuus & practicus intellectus, non ſunt duæ potẽtiæ animæ realiter diſtinctæ ſed ratione. 372
An ſicut ſenſus à ſenſibili, ita intellectus ab intelligibili moueatur. 372
Sicut intellectus ab intelligibili ſic ſenſus à ſenſibili mouetur. 372
An intelſs abſtrahendo à phantaſmatibus intelligat. 370
Intelſs intelligit à phãtaſmatibus aliqd abſtrahendo. 374
An plantæ moueantur motu locali. 375
Plantæ non mouẽtur motu locali progreſsiuo, & ſuo modo mouent ad quãcunque poſitionis differentiã. 375
An appetitus intellectiuus, à ſenſitiuo diſtinguatur. 374
An appetitus intellectiuus, qui dicitur volũtas, ſpecie diſtinguitur à ſenſitiuo. 374
An appetitus intellectiuus, in iraſcibilem & concupiſcibilem diuiditur. 374
An ſuipſius motiuum, habeat phantaſiam. 375
Vnumquodque ſeipſum mouet, in quantum phantaſiam habet. 375
An homo moueat ſeipſum, in quantũ habet rõnem. 375
Homo mouet ſeipſum mediante ratione. Ibidem
An ratio & intellectus ſint duæ potentiæ. 376
Ratio & intellectus licet idem eſſentialiter ſint, officijs nihilominus diſtinguuntur diuerſis. 376
An quodlibet viuens habeat animam vegetatiuam. 376
Quodcunque viuens, quamdiu viuit, neceſſe eſt ꝙ habeat animam vegetatiuam. 376
An omne viuens ſenſum habeat. 374
Non quodcunque viuens ſenſum habet. 376
An omnibus animalibus ſenſus inſit. 377
Animalia cuncta ſenſum aliquem habent. 377
An corpora tantum, quibus ineſt anima vegetatiua, vitam habeant. 379
Corpora quibus, ineſt aĩa vegetatiua vitã hñt. 379. 380

Index in Quæſtiones Dominici Flandrenſis in Tres libros de Anima Finis.

INDEX ACCVRATISSIMVS CONCLVSIONVM,

In libros Ariſtotelis de Anima nuper additus eſt.

LECTIO Prima. Dignitatem, ordinem ac difficultatem huius ſcientiæ ad alias oſtendit. cart. 1

Lect. 2. Huius ſcientiæ præmiſſa difficultate, ac varijs diffiniendi & ſciendi generibus, oſtendit de anima contemplationem ad quā Philoſophiæ partem ſpectet. 7

Lect. 3. Motu & ſenſu animam fuiſſe cognitam à Philoſophis dicit: & illorum affert ſententias ac reprobat qui ſe animam ex motu cognouiſſe exiſtimarunt. 12

Lect. 4. Empedoclis & Pla. ſententias exponit, qui ex parte cognitionis animam cognouerunt: quod item fuere nonnulli, qui animam eſſe numerum ſeipſum mouentem diffinierunt. 17

Lect. 5. Varias philoſophorum opiniones adducit, qui animam ipſam vnum aliquod ſenſibilium elementorum, eſſe exiſtimauerunt. 20

Lect. 6. Aduerſus illos pluribus rationibus contendit, qui animam ſecundum ſubſtantiam moueri opinabantur. 27

Lect. 7. Reprobat Democ. ſententiam de anima, qui eā voluit moueri ex athomis: & adducit de anima Plat. ſententiam. 32

Lect. 8. Aduerſus Platonem varias adducit rationes, quibus probat animam nullam penitus magnitudinem habere. 36

Lect. 9. Quorundam minus recte de anima philoſophantium opinionē varijs argumentis reprobat, quia eam eſſe harmoniam exiſtimauerunt. 43

Lect. 10. Deſtruit illorum ſententiam, qui animam per ſe moueri phyſicæ exiſtimauerunt. 48

Lect. 11. Eorum opiniones varijs argumētis, reijcit, qui animam diffiniuerunt eſſe numerum ſeipſum mouentem. 53

Lect. 12. Multis rationibus redarguit Empedoclem, qui ex omnibus principijs & elementis animam, vt omnia cognoſceret, componi aſſeruit. 58

Lect. 13. Eorum ſententiam exponit, ac reprobat, qui animam ipſis elementis attribuere auſi ſunt. 65

Lect. 14. Duas quæſtiones proponit, & ſoluit: videlicet, num variæ animæ operationes vni tantum animę cōueniant, vel diuerſis eius potentijs: & vitę ipſius quod nam ſit principium. 67

INDEX IN SECVNDVM LIBRVM.

LEctio Prima. Proponit dicenda: deinde nōnullis diuiſionibus propoſitis, deducit deſinitionem animæ: & demū exponit quomodo ipſi corpori vniatur. 70

Lect. 2. Explicata animæ definitione, exponit quomodo ea non ſit à corpore ſeparabilis. 77

Lect. 3. Ponit duplicem demonſtrandi modum, vnum à priori, alterū à poſteriori: quo concludit animam eſſe primum viuendi principium in tribus viuentium generibus eſſentialiter ordinatis. 80

Lect. 4. Quo pacto diſtinguantur potentiæ ab ipſa anima, & abinuicem in rebus animatis: ex hoc deducens animam eſſe id, quo primo viuimus, ſentimus, mouemur & intelligimus. 85

Lect. 5. Quot nam ſint & quæ animæ vires, & quomodo ſe inuicem ordine quodam conſequantur exponit: ac quo pacto ſingulis earum animæ ratio conueniat, quam proxime explicauerat. 91

Lect. 6. De animæ viribus ſingulis dicendum eſſe proponit: & incipiendum eſſe ab obiectis: ex quibus ipſi actus, & ex his potentiæ, & ipſa anima pateſiunt. 96

Lect. 7. De ipſo alimento, ac generatione, quæ ad vegetatiuam animæ partem vt obiectum, & opus ſpectāt: dicendum eſſe oſtendit hinc probat animam ipſam omnium viuentium cauſam eſſe in triplici cauſarum genere, videlicet, formæ, finis, & efficientis. 99

Lect. 8. Duas minus recte philoſophantium ſententias refellit: vnam, qua Empedocles viuentium augmentum, decrementumq́; terræ, ac igni attribuebat, alteram, qua tantum igni, hoc ipſum, non autem animæ, attribuendum, vt par erat, exiſtimabat. 104

Lect. 9. Alimentum quomodo ei, quod alitur, ſit contrarium, & quid nam ſit oſtendit: quo item pacto, nutritioni, augmento, & generationi animatorum conueniat exponit: ex quo animæ vegetabilis definitionem deducit: qua item demum ratione alimentum ſit ipſius nutritionis inſtrumentum declarat. 108

Lect. 10. Quomodo ſimile à ſimili patiatur: ex quo deducit ſenſum non in actu eſſe ipſa ſenſibilia, ſed in potentia, eſt etiam in actu, quo ipſo ſuo opere fungitur, ſenſibilia ipſa cognoſcendo. 113

Lect. 11. Diſtinguit quippiam eſſe in potentia bifariam vel ſimpliciter, vel ſecundum quid: & ad intellectum applicans oſtendit quo modo ex potentia reducatur in actum non quidem patiendo ſed potius ſeipſum perficiendo. 116

Lect. 12. Quam differenter ab intellectu ſenſus educatur de potentia in actum. oſtendit, & ea, quæ dixit, epilogat. 120

Lect. 13. Primum de ſenſibilibus vniuſcuiuſque ſenſus dicendum eſſe proponit. Deinde ſenſibilia diuidit in tria: in ſenſibilia per accidens, & ſenſibilia per ſe, quorū alia propria, alia cōmunia iure ſunt appellata. 124

Lect. 14. Quod color ſit proprium obiectum viſus ac viſibile per ſe: Quid item diaphanum, ac lumē ſit exponit, & lumen ipſum non eſſe corpus probat. 127

Lect. 15. Proprium viſibile in lumine, & perſpicuo videri & in debita diſtantia, quamuis & alia nonnulla in tenebris videantur oſtendit. 134

Lect. 16. Diuidit ſonum in ſonum in actu & in potentia, & exponit quomodo, & quot modis, & in quo ſubiecto fiat, & declarat quomodo generetur Echo, & duas illius ponit ſpecies. 138

Lect. 17. Quomodo fiat ſonus in medio aere vno & cōtinuo exiſtenti: quod in aure item ſit aer ædificatus & immobilis vt fiat auditus probat: quæ etiam demū cauſa ſit ſoni, & illius differentias, & acuti & grauis ex ſimilitudine ad qualitates tangibiles, declarat. 142

Lect. 18. Quibus nam conueniat vocem habere, & quo modo formetur. 146

Lect. 19. Quam difficile ſit de odorabili tractare dicit: cuius naturam & differentias ex ſaporum differentijs patefacit, concludens quomodo odoratiuum ſit odorabilis perceptiuus, & appoſiti. 150

F I N I S.

DIVI THOMAE AQVINATIS ORDINIS PRÆDICATORVM

IN LIBROS ARISTOTELIS DE ANIMA.

LIBER PRIMVS.

Cum duplici textu, antiqua, videlicet, tranſlationis & Argyropyli.

LECTIO PRIMA.

Dignitatem, vtilitatem, ordinem ac difficultatem huius ſcientię ad alias oſtendit.

ARGY.

Scientia de aïa eſt præſtantiſſima.

Vm omnem ſcientiam rem eſſe bonam arbitremur ac honorabilem, & aliã magis, ex eo talẽ eſſe putemus, quia vel exactior eſt, vel rerum eſt earum, quæ magis præſtabiles, magisq; ſunt admirabiles: ſciẽtiam animæ nimirum ob hæc vtraque nõ iniuria ponendam in primis eſſe cenſemus.

ANTI. Text. comment. 1.

BONORVM, & honorabilium notitiam opinantes, magis autem alteram altera, aut ſecundum certitudinem, aut ex eo quòd & meliorum, & mirabiliorũ eſt: propter vtraque hæc, animæ hiſtoriam rationabiliter vtique in primis ponemus.

Cap. 1.

Sicut docet Philoſophus in 11. de aïalibus, in quolibet genere rerum neceſſe eſt prius conſiderare cõmunia & ſeorſum, & poſtea propria vnicuique illius generis. quem quidem modum Ariſt. ſervat in Philoſophia prima. In Metaphy. n. primo tractat & cõſiderat communia entis inquantum ens, poſtea vero conſiderat propria vnicuiq; enti. Cuius rõ eſt, quia niſi hoc fieret, idem diceretur frequẽter. Rerum aũt animatarum oĩum quoddam genus eſt, & ideo in conſideratione rerum animatarum oportet prius conſiderare ea, quę ſunt communia omnibus animatis, poſtmodũ vero illa, quę ſunt propria cuilibet rei aĩatæ. Cõe aũt oĩbus rebus aĩatis eſt anima. in hoc. n. oĩa aĩata conueniunt. Ad tradendum igitur de rebus aĩatis ſcĩam, neceſſariũ fuit primo tradere ſcĩam de aĩa tanquã cõem eis. Ariſt. ergo volens tradere ſcĩam de ipſis rebus aĩatis, primo tradit ſcĩam de aĩa. poſt modũ vero determinat de proprijs ſingulis aĩatis in ſequẽtibus libris. In tractatu aũt de anima, quẽ habemus præ manibus, primo ponit procemiũ, in quo facit tria, quæ neceſſaria ſunt in quolibet procemio. Qui. n. facit procemiũ tria intẽdit, primo. n. vt auditorẽ reddat beneuolum. Scdo vt reddat docilem. Tertio vt reddat attentum. Beneuolum quidem reddit, oſtendendo vtilitatẽ ſciæ: docilem, præmittendo ordinem & diſtinctionem tractatus: attẽtum atteſtando difficultatẽ tractatus. Quę quidẽ tria Ariſt. facit in procemio huius tractatus. Primo. n. oñdit dignitatẽ huius ſcientiæ. Scdo vero ordinẽ huius tractatus, Quis ſit, ſ. & qualiter ſit tractãdum de anima. ibi {Inquirimus aũt.} Tertio vero oñdit difficultatẽ huius ſciæ ibi. {oĩno aũt & penitus & difficiliorũ &c.} Circa primũ duo facit. Primo. n. oñdit dignitatẽ huius ſcię. Scdo vtilitatẽ eius, ibi {Videt aũt & ad veritatẽ &c.} Circa primũ ſciẽdũ eſt quòd oĩs ſcia bona eſt, & non ſolũ bona, verũ ẽt honorabilis.

Docet idem Thomas in proemio phyſicorum.

Ariſt. in lib. Rhet. ad Alexandrum & in 2. libr. Rhe. ca. 14.

Nihilominus tñ vna ſcĩa in hoc ſuperexcellit aliã. Quod aũt oĩs ſcia ſit bona, patet. quia bonũ rei eſt illud, ſm qđ res hẽt eſſe perfectũ, hoc. n. vnaquęq; res quęrit & deſiderat. Cũ igit ſcĩa ſit perfectio hoĩs inquãtũ hõ, ſcĩa eſt bonũ hoĩs. Inter bona aũt quædã ſunt laudabilia, illa. ſ. quæ ſunt vtilia in ordine ad finem aliquẽ. laudamus. n. bonum equũ, quia bene currit. quædã vero ſunt ẽt honorabilia, illa. ſ. quæ ſunt pp ſeipſa. honoramus. n. fines. In ſcientijs aũt quædã ſunt practicæ, & quædam ſpeculatiuæ, & hæ differunt, qa practicæ ſunt pp opus, ſpeculatiuæ aũt pp ſeipſas. Et iõ ſciarum, ſpeculatiuæ, & bonæ ſunt & honorabiles, practicæ vero laudabiles tñ. Oĩs ergo ſcĩa ſpeculatiua bona eſt & honorabilis. Sed & in ipſis ſcientijs ſpeculatiuis inuenit gradus quãtũ ad bonitatẽ & honorabilitatẽ. Scĩa nanq; oĩs ex actũ laudat, oĩs aũt actus laudat ex duobus, ex obiecto, & qualitate ſeu mõ. ſicut ædificare eſt melius quàm facere lectũ, quia obiectũ ædificationis eſt melius lecto. In eodẽ aũt, reſpectu eiuſdẽ rei, ipſa qualitas gradũ quendã facit, quia quanto modus ædificij eſt melior, tanto melius eſt ędificiũ. Sic ergo, ſi cõſideret ſcĩa, ſeu actus eius ex obiecto, patet, ꝙ illa ſcĩa ẽ nobilior, quæ eſt meliorũ & honorabiliorũ. Si vero conſideret ex qualitate ſeu mõ, ſic ſcĩa illa eſt nobilior quæ eſt certior. Sic ergo dicitur vna ſcĩa magis nobilis altera, aut quia eſt meliorũ & honorabiliorũ, aut quia eſt magis certa. Sed hoc eſt in quibuſdã ſcientijs diuerſum. quia aliquæ ſunt magis certæ alijs, & tñ ſunt de rebus minus honorabilibus, aliæ vero ſunt de rebus magis honorabilibus & melioribus, & tñ ſunt minus certæ. Nihilominus tñ illa eſt melior, quę de rebus melioribus & honorabilioribus eſt. Cuius rõ eſt, qa ſicut dicit Phs in lib. 11. de aĩalibus: Magis concupiſcimus ſcire modicũ de rebus honorabilibus & altiſsimis, ẽt ſi topicè & probabiliter illud ſciamus, q̃ ſcire multum & per certitudinẽ, de rebus minus nobilibus. Hoc. n. hẽt nobilitatẽ ex ſe & ex ſua ſubã, illud vero ex mõ & ex qualitate. Hæc aũt ſcĩa, ſ. de aĩa, vtrunq; hẽt, quia & certa eſt, hoc. n. quilibet experitur in ſeipſo, ꝙ. ſ. habeat aĩam, & ꝙ aĩa viuificet. Et qa eſt nobilior, aĩa. n. eſt nobilior inter inferiores creaturas. Et hoc eſt quod dicit. Nos {opinantes notitiam,} id eſt ſcĩam ſpeculatiuam omnium eſſe {bonorum,} id eſt de numero bonorũ {& honorabilium} ſed altera ſcientia eſt magis bona & honorabilis altera, dupliciter, aut quia eſt magis certa, vt dictum eſt, vnde dicit {ſecundum certitudinem, aut ex eo ꝙ meliorum} illorum ſcilicet, quæ ſunt in ſua natura bona {& mirabiliorum,} id eſt illorum quorum cauſa ignoratur {propter vtraque,} i. propter hęc duo {animę hiſtoriam.} Et dicit {hiſtoriam.} quia in quadã ſumma tractat de aĩa nõ perueniendo ad finalem inquiſitionem omnium, quę pertinent ad ipſam aĩam, in hoc tractatu.

Ariſto. in 1. lib. magnorum moralium cap. 1. & 2.

Bonitas actionis ex duobus, pendet, ex obiecto, & qualitate ſeu mõ.

Vel 1. lib. de parti. animalium. cap. 5.

Scientia de anima, cæteras partes naturalis philoſophiæ, vtroque mõ antecellit, hoc eſt, materia & certitudine.

Hoc.n.eſt de ratione hiſtoriæ {in primis} hoc ſi accipiaẗ quantũ ad totam ſciam naturalem, non dicit ordinẽ, ſed dignitatẽ: Si vero ad ſcientiam de rebus animatis tantũ, ſic in primis dicit ordinem. Conſequenter cum dicit.

Scientia de anima mirũ in modũ vtilis eſt.
Tex. cõ. 2.

Videtur aũt & ad veritatem oẽm, ipſius animæ cogni tio vehemẽter cõferre, & maxime ad ipſius naturæ ſcien tiam. Eſt enim anima quaſi principium oĩum animalium.

Videtur autem & ad veritatem omnẽ, cognitio ipſius multum conducere, maxime autem ad naturam. Eſt enim tanquam principium animalium.

Oſtendit vtilitatem.

Ratione intellectus, ducit nos in diuinorum notitiam: moralium vero notitiam ex ipſis pendet potẽtijs, ex illius vero eſſentia, naturalia cognoſcimus.
Lib. 1. Phyſ.

Reddit auditorem beniuolum ex vtilitate huius ſciẽ dicens, ꝙ cognitio de anima vr̃ multum proficere ad omnem veritatem, quę traditur in alijs ſcientijs. Ad oẽs.n. partes philoſophię inſignes dat occaſiones. quia, ſi ad philoſophiam primam attendamus, non poſſumus deuenire in cognitionẽ diuinarum & altiſſimarũ cãrum, niſi per ea quę ex virtute intellꝰs poſſibilis acquirimus. Si.n. natura intellꝰs poſſ eſſet nobis ignota, nõ poſſumus ſcire ordinem ſubarum ſeparatarum, ſicut dicit Cõmentator ſuper. 11. Metaph. Si vero attendatur quãtum ad moralẽ. non poſſumus perfecte ad ſciam moralem peruenire, niſi ſciamus potentiis animę. Et inde eſt ꝙ Philoſophus in Ethic. attribuit quaſlibet virtutes diuerſis potentijs aĩæ. Ad naturalem vero vtilis eſt, quia magna pars naturaliũ eſt hñs animam, & ipſa anima eſt fons & principium oĩs motus in rebus animatis. Eſt enim anima tanquam principium animalium, ly {tanquam} non ponitur ſimilitudinarie, ſed expreſſiue. Conſequenter cum dicit.

Atque perſpicere, cognoſcereq; naturam eius & ſubſtantiam quærimus: deinde ea, quæ circa ipſam accidunt. Quorum quædam affectus ipſius eſſe proprij, quędam animalibus etiam per ipſam ineſſe, competereq; videntur.

Tex. cõm. 3.
Hic docilem reddit Lectorem.
Subſtantia principiũ, demum vero & affectiones conſiderandæ ſunt.

Inquirimus autem cõſiderare, & cognoſcere naturam ipſius & ſubſtantiam, poſtea quęcunque accidunt circa ipſam. Quorum aliæ propriæ paſſiones animæ eſſe videntur, aliæ autem cõmunes & animalibus propter illam ineſſe.

Oſtendit ordinem huius tractatus dicens ꝙ intendimus cõſiderare per ſigna, ſ. {& cognoſcere per demõſtrationem, ſ. quid ſit aĩa, ſeu naturã ipſius & ſubam {& poſtea quęcunq; accidunt circa ipſam,} .i. paſſiones eius. Et in hoc eſt quædã diuerſitas, quia quædã videnẗ paſſiones aĩę tm̃, ſicut intelligẽtia & ſpeculatio: quędã vero per ipſam aĩam ineſſe videnẗ cõiter aĩalibus, ſicut delectatio & triſtitia, ſenſus & phantaſia. Conſequenter cum dicit.

Hic attentũ facit, prima difficultas.

Verum.n. omni ex parte, atque omnino difficilium eſt, fidem aliquam de ipſa tandem accipere. Nam, cum hæc quæſtio communis ſit etiam cum alijs rebus compluribus, de ſubſtantia dico, & quid eſt, cupiam fortaſſe modus, vna via quędam eſſe videtur, qua cognoſcere quidnam ſit vnaquæque poſſumus rerum, quarum ſubſtantiam percipere volumus, & perinde atque modus vnus eſt hiſce, quo proprij rerum demonſtrantur affectus. Quapropter quærendum eſt, quænam ſit illa via, quis ille modus vnus, quo rerum ſubſtantiæ percipi poſſunt. Quod ſi non vnus quidam, atque communis ſit ille modus, longe difficilior ipſa pertractatio fit. Oportebit.n. de vnaquaque rerum accipere, quis ad vnamquanque modus accommodabitur. Si vero pateat, illum, demonſtrationem, vel diuiſionem, vel ẽt quendam alium modum eſſe, complures inſuper difficultates erroreſq; emergunt, in ijs ex quĩ ẽdis, ẽ quibus vniuſcuiuſque conficienda eſt diffinitio. Aliarum nanque rerũ alia principia ſunt, vt numerorum, ſuperficierumque. Primum autem fortaſſe neceſſarium eſt, diuidere atque accipere in quonam generũ collocetur, quicque ſit aĩa, vtrum ſit ſubſtantia, an in qualitate, vel in quãtitate, vel in alio quodam prædicamẽtorum genere, collocetur. Deinde peruestigandum eſt, vtrum eorum ſubeat rationem, quæ potẽtia ſunt, an potius quidam ſit actus. Non enim parum intereſſe videtur. Conſiderandum eſt præterea, ſi partibilis ſit, necne. Et vtrũ eiuſdem ſit anima ſpeciei omnis, an non. Si autem non ſimilis ſpeciei, vtrum ſpecie tantum, an etiã genere differat. Nunc enim ij, qui dicunt atq; quærunt de aĩa, de humana tantum quærere perſcrutariq; videntur. At cauendũ eſt ne nos prætereat, vtrũ vna ſit eius ratio, vt aĩalis, an vniuſcuiuſq; ſit alia ratio, vt equi, canis, hominis, aut dei. Animal aũt vniuerſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt. & quicquid indẽ aliud communiter prædicaẗ.

Tex. cõ. 4.

Omnino autem & penitus difficillimorum eſt, accipere aliquam fidem de ipſa. Cum.n. ſit quæſtio communis & multis alijs (dico autem eam, quæ eſt circa ſubſtantiam, & eam, quæ quid eſt) fortaſſis alicui videbitur vna quædam methodus eſſe de omnibus, de quibus volumus cognoſcere ſubſtantiam ſicut & eorum, quæ ſunt ſecundum accidens, propriorum demonſtrationem. Quare quærendum vtique erit methodum iſtam. Si autem non eſt vna quædam & communis methodus de eo quod quid eſt, amplius difficilius eſt negotiari. Oportebit.n. accipere circa vnũquodque, quis modus. Si autem manifeſtum ſit, vtrum demõſtratio ſit, aut diuiſio, aut ẽt aliqua alia methodus, adhuc multas habet dubitationes & errores, ex quibus oportet quærere. Alia.n. aliorum principia, ſicut numerorum & planorum. Primum autem fortaſſis neceſſarium eſt diuidere in quo generum, et quid ſit. Dico autem, vtrum hoc aliquid & ſubſtantia ſit, aut qualitas, aut quantitas, aut etiam quoddam aliud diuiſorum prædicamentorum. Adhuc autem, vtrum eorum quæ in potentia ſunt, an magis entelechia quædam ſit, differt enim non aliquid parum. Conſiderandum autem & ſi partibilis, & vtrum ſit ſimilis ſpeciei omnis anima, an non. Si autẽ non ſimilis ſpeciei, vtrum ſpecie differant, aut genere. nunc quidem enim dicentes & quærentes de anima, de humana ſolum videntur intendere. Formidandum autem quatenus nos lateat vtrum vna ratio ipſius eſt, ſicut animalis, aut ſecundum vnumquodque altera: vt equi, canis, hominis, aut dei. Animal autem vniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius. Similiter autem & ſi aliquod commune aliud prædicetur.

Tex. cõ. 5.
Tex. cõ. 6.
Tex. cõ. 7.
Tex. cõ. 8.

Oſtẽdit difficultatem.

Oñdit difficultatẽ huius tractatus. Et hoc quantũ ad duo. Primo quantũ ad cognoſcendũ ſubam animæ. Scd̃o quantũ ad cognoſcendũ accidentia, ſeu proprias paſſiones ibi. {Dubitationẽ aũt &c.} Quantũ aũt ad primum, oſtendit duplicẽ difficultatẽ. Et primo quantum ad modum diffiniendi ipſam. Secundo quantum ad ea, quæ intrant diffinitionem ibi. {Primum autem fortaſſis &c. Dicit ergo, quamuis ſit vtilis ſcĩa de aĩa, tñ difficile eſt ſcire de anima quid eſt: & hæc difficultas eſt in qualibet re, cũ ſit vna cõis quæſtio animæ & multis alijs, circa ſubam eorum, & circa quod quid eſt. Eſt ergo prima difficultas, quia nos neſcimus per quam viam procedendum ſit ad diffinitionẽ, quia quidã dicunt, ꝙ demonſtrando: quidam ꝙ diuidendo: quidã vero ꝙ componendo. Ariſt. aũt voluit, ꝙ componẽdo. Scd̃a difficultas eſt de his, quę ponuntur in diffinitione. Diffinitio.n. notificat eſſentiã rei: quæ non põt ſciri niſi ſciantur principia. ſed diuerſorum ſunt diuerſa principia, & ideo difficile eſt ſcire ex quibus ſumanẗ principia. Illa ergo, quæ ingerunt difficultatẽ ponentibus & inquirentibus diffinitionẽ, reducunẗ ad tria: quorũ primum eſt circa ſubam animæ. Secundum circa partes eius. Tertiũ circa adiutoriũ, quod neceſſariũ eſt in

diffinitionibus ex accidentibus animæ. Circa ſubam eſt dubitatio de genere. Hoc.n.primo quęrimus in diffinitione cuiuſlibet rei, vt.ſ.ſciamus genus. Et ideo quęrendum eſt in quo genere ſit ponẽda anima, vtrum.ſ.in gñe ſubſtantiæ, vel inquanto, vel in quali. Et non ſolum eſt accipere genus ſupremum, ſed propinquum. Neque enim quando hominem diffinimus, ſubſtãtiam accipimus, ſed animal. Et ſi anima inuenitur in genere ſubſtãtiæ, adhuc cum vnumquodque genus dicatur dupliciter, hoc quidem potentia, hoc autem actu, quęrendum erit vtrum ſit potentia, vel actus. Item quia ſubſtantiarum quædã ſunt compoſitæ, quædam ſimplices, & quærendum erit, vtrũ anima ſit cõpoſita, aut ſimplex, & vtrũ partibilis vel impartibilis. Eſt ẽt qõ vtrum ſit vnius ſpeciei omnis anima ad omnem animam, aut non. Et ſi non ſit vnius ſpeciei, adhuc eſt qõ vtrum differant ẽt genere vel nõ. Item adhuc dubitatio eſt circa ea, quæ participant diffinitione. Quædam.n.diffiniuntur vt genus, quædam vero, vt ſpecies. Et ideo videtur eſſe quęſtio, vtrum diffinitio animę ſit ſicut generis, aut ſicut ſpeciei ſpecialiſsimæ. Nã aliqui quærentes de anima videntur intẽdere ſolum de anima humana. Et quia apud antiquos Philoſophos erat duplex opinio de anima. Platonici.n.qui ponebãt vſia ſeparata, ſ. ꝙ eſſent formæ & ideę, & erant cauſæ rebus particularibus cognitionis & eſſe, volebant ꝙ eſſet quædam anima ſeparata per ſe, quæ eſſet cauſa & idea animabus particularibus, & ꝙ quicquid inuenitur in eis, deriuatur ab illa. Naturales aũt Philoſophi volebãt, ꝙ nõ eſſent ſubæ vſes niſi particulares tñ, & ꝙ vſia nihil ſint in rerum natura. Et propter hoc eſt quæſtio, vtrum ſit quęrenda ſolũ vna cõis ratio animæ, ſicut dicebant Platonici: vel huius, vel illius animæ, ſicut dicebant Naturales, ſ. vt animæ æqui, vel hominis, aut Dei. Et dicit {Dei} quia credebãt corpora cœleſtia eſſe Deos, & dicebant ea eſſe animata. Ariſt. autem vult ꝙ quæratur ratio vtriuſque, & cõis animæ, & cuiuſlibet ſpeciei. Quod autem circa hoc dicit, Animal autem vſe, aut nihil eſt, aut poſterius: ſciendum eſt, ꝙ de animali vſi poſſumus loqui dupliciter: quia, aut ſm ꝙ eſt vſe, quod.ſ.eſt vnum in multis: aut ſm ꝙ eſt animal: & hoc, vel ſm ꝙ in rerum natura, vel ſm ꝙ eſt in intellectu. Secundum autem, quod eſt in rerum natura, Plato voluit animal vſe aliquid eſſe, & eſſe prius particulari, qa vt dictum eſt, poſuit vſia ſeparata & ideas. Ariſt. autem vult ꝙ vt ſic, nihil eſt in rerum natura. Et ſi aliquid eſt, dixit illud eſſe poſterius. Si autem accipiamus naturam animalis non ſecundum ꝙ ſubiacet intentioni vniuerſalitatis, ſic aliquid eſt & prius, ſicut quod eſt in potẽtia, prius eſt quàm id quod eſt in actu. Conſequenter cum dicit.

Quomodo vniuerſalia aliquid ſint, aut nihil lege interpræte infra lib. 2. & cõ. 60.

Præterea, ſi non plures ſint animæ ſed partes, vtrum animam totam, aut partes quærere prius oporteat. Difficile autem eſt id quoque determinare, quænam, inquã, partes à quibus diuerſæ ſint. Et vtrum ipſas partes, au ipſarum partium operationes prius quærere perſcrutarique oporteat: ceu intelligere, aut intellectiuum: & ſentire, aut ſenſitiuum, & eodem modo de cæteris. Quòd ſi operationes ſint exquirendæ, prius, rurſus profecto quiſpiam dubitabit, ſi obiecta horum prius ſint inquirenda, vt ſenſibile priuſquam ſenſitiuum, & intelligibile, quam intellectiuũ.

Tex. cõ. 9. – *Amplius autem & ſi non multæ animæ, ſed partes, vtrum oporteat quærere prius totũ animam, aut partes.*
Tex. cõ. 10. *Difficile autem eſt determinare quæ nam partes natura alteræ ab inuicem ſint. Et vtrum partes oporteat quærere primum, aut opera ipſarum, vt intelligere, aut intellectum, & ſentire, aut ſenſitiuum. Similiter autem & in alijs. Si autem opera prius, iterum vtique dubitabit aliquis, ſi obiecta horum prius quærendum, ſicut ſenſibile ſenſitiuo, & intelligibile intellectiuo.*

Tangit difficultates, quæ emergunt circa potẽtias animæ. In anima.n.ſunt partes potentiales, ſ. intellectiuum, ſenſitiuum, & vegetatiuum. Eſt ergo qõ, vtrum hæ ſint diuerſæ animæ, ſicut Platonici volebant, & etiam ponebant: an ſint partes potentiales animæ. Et ſi ſint partes potentiales animę, quęritur etiam, vtrum primo debeamus quærere potentias ipſas quàm actus, aut primo actus ꝗ̃ potẽtias, vt intelligere ante intellm̃, & ſentire ꝙ eſt actus, ante ſenſitiuũ quod eſt potentia, & ſimiliter in alijs potẽtijs & actibus. Et ſi primo debemus quærere actus quã potentias, adhuc erit qõ vtrũ ſint prius quærenda obiecta horum actuum quàm potentiæ: vt puta prius debeat quæri ſenſibile quam ſenſitiuum, aut intelligibile quam intellectiuum. Conſequenter etiam cum dicit.

Non ſolum autem ipſius quid eſt cognitio conferre videtur ad perſpiciendas eorum cauſas accidentiũ, quæ per ſe ſubſtantijs inſunt, vt in mathematicis confert quid eſt rectum & quid curuũ, vel quid linea, quid ſuperficies, ad cognoſcendum: quod rectis trianguli anguli ſunt æquales: nam ipſum quid eſt, omnis eſt principium demõſtrationis, ſed econuerſo etiam accidẽtia magnam afferunt opem ad illum percipiendum. Nam cum per imaginationem de accidentibus, aut omnibus, aut pluribus reddere poſſumus, tum aliquid etiam de ſubſtãtia dicere poterimus optime. Quare patet eas omnes diffinitiones, differendi modo, vaneq; dictas & aſſignatas eſſe, quibus non fit, vt accidentia percipiantur, aut de ipſis coniectura facilis habeatur.

Videtur aũt non ſolum quod quid eſt cognoſcere, vtile eſſe ad cognoſcendas cauſas accidẽtium ſubſtantijs, ſicut in mathematicis quid rectum & quid obliquum, & quid linea, et quid planum, ad cognoſcendum quod rectis triãguli anguli ſunt æquales, ſed & econtrario accidentia cõferunt magnam partem ad cognoſcendum quod quid eſt. Omnis.n.demõſtrationis principium eſt, quod quid eſt. Cũ enim habeamus tradere, ſecundum phantaſiam de accidẽtibus, aut omnibus, aut pluribus, tunc & de ſubſtantia habebimus dicere aliquid quã optimè. Quare ſecũdũ quaſcunque diffinitiones non contingit accidentia cognoſcere, ſed neque cõiecturari de ipſis facile, manifeſtum eſt quòd dialecticæ fictæ ſunt & vanæ omnes.

Ponit difficultates, quæ emergunt quantũ ad illa, quæ ſunt in adiutorium diffinitionis aĩæ: Quia in diffinitione oportet nõ ſolum cognoſcere principia eſſentialia, ſed ẽt accidentialia. Si.n.recte diffinirent, & poſſent cognoſci principia eſſentialia, diffinitio nõ indigeret accidentibus. Sed quia principia eſſentialia rerũ ſunt nobis ignota, iõ oportet ꝙ vtamur differẽtijs accidẽtalibus in deſignatione eſſentialiũ. bipes.n.non eſt eſſentiale, ſed ponitur in deſignatione eſſentialis. Et per eas, ſ. per differẽtias accidẽtales, peruenimus in cognitionem eſſentialiũ. Et iõ difficile eſt, quia oportet nos prius cognoſcere, quod quid eſt aĩæ, ad cognoſcẽdũ facilius accidẽtia aĩæ. ſicut in mathematicis valde vtile eſt præaccipere quo quid erat eſſe recti & curui & plani ad cognoſcẽdũ quod rectis trianguli, anguli ſint æquales. Econuerſo ẽt accidẽtia, ſi præaccipiantur, multum cõferunt ad cognoſcẽdũ quod quid erat ẽe, vt dictum eſt. Siquis ergo aſsignet diffinitionẽ, per quam non deueniatur in cognitionẽ accidentium rei diffinitę, illa diffinitio non eſt realis, ſed remota & dialectica: Sed illa diffinitio, per quam deuenitur in cognitionem accidentium, eſt realis & ex proprijs & eſſentialibus rei.

Vera & realis definitio rei ea ẽ quæ infert, ꝓprio priorum accidentiũ notitiam.

LECTIO II.

Huius ſcientiæ præmiſſa difficultate, ac varijs diffiniendi & ſciendi generibus, oſtendit de anima contemplationem ad quam philoſophię partem ſpectet.

Lege inferius, lect. 10. Tex. cõ. 12.

E St etiam de affectibus animæ dubitatio, vtrum omnes communes ſint cum eo quod habet animam, an ſit & ipſius animæ proprius aliquis.

Dubitationem autem habent & paſſiones animæ, vtrũ ſint omnes communes & habentis, an ſit aliqua & animæ propria ipſius.

Poſtquã philoſophus oñdit difficultatẽ, quę eſt in ſcia de anima ex parte ſubæ. & quod quid eſt aïæ, hic conſequenter oñdit difficultatẽ, quę eſt ex parte paſsionũ & accidentium aïæ. Et circa hoc duo facit. Primo mouet dubitationẽ circa paſsiones aïæ, & ſoluit eam. Secundo ex hmõi ſolutione oñdit, ꝙ cognitio de anima pertinet ad philoſophum naturalẽ, ſeu ad phyſicum. ibi. {Et pp hoc agitur iam phyſici &c.} Dicit ergo primo ꝙ dubitatio eſt circa paſsiones animę & operationes, vtrum. ſ. eſſent animæ propriæ ſine communicatione corporis, vt Platoni videbatur: vel nulla ſit propria animæ, ſed omnes ſint cõmunes corporis, & compoſiti. Deinde cum dicit.

Hoc enim ipſum accipere quidem neceſſarium eſt, non tamen accipi facile poteſt. Atque plurimi ſunt, quorum ſine corpore nullum aut agere, aut pati videtur, vt iraſci, confidere cupere, & omnino ſentire. Maxime autem ipſum intelligere proprio ſimile eſt. Quod ſi hoc etiam imaginatio ſit quædã, aut ſine imaginatione non ſit, nec iſtud eſſe ſine corpore poteſt.

Hoc. n. accipere quidẽ neceſſariũ eſt, non aũt facile. Videtur aũt plurimorum quidem, nullum ſine corpore pati, neque facere, vt iraſci, confidere, deſiderare, & oĩno ſentire. Maxime autem videtur propriũ ipſum intelligere. Si autem eſt & hoc phantaſia quædam, aut non ſine phantaſia, non continget vtique neque hoc ſine corpore eſſe.

Circa hoc duo facit. Primo. n. oñdit difficultatẽ hmõi qõnis. Scdo vero neceſsitatẽ. ibi. {Si quidem igiẽ eſt aliquid.} Dicit ergo primo, ꝙ accipere hoc. ſ. vtrum paſsiones & operationes aïæ ſint cõmunes, vel proprię, eſt neceſſarium, & nõ eſt leue, ſed valde difficile. Et ꝙ ſit difficile oñdit dicẽs: ꝙ cã difficultatis eſt, quia in apparẽti videtur, ꝙ multæ paſsiones ſint cões, & nõ ſit pati ſine corpe, vtputa iraſci, & ſentire, & hmõi, quorum nihil patitur aïa ſine corpe. Sed, ſi aliqua operatio eſſet propria aïæ, appareret hoc de operatione intelľs. Intelligere. n. quæ eſt operatio intelľs, maxime vr̃ proprium eſſe aïæ. Siquis tñ recte cõſideret, nõ vr̃ proprium aïæ intelligere. Cum. n. intelligere vel ſit phantaſia, vt Platonici ponebãt: aut nõ ſit ſine phantaſia, fuerunt. n. quidã (ſicut antiqui naturales) qui dicebãt ꝙ intelľs non differebat à ſenſu, & ſi hoc eſſet, tunc intelľs in nullo differret à phantaſia. & iõ platonici moti ſunt ad ponendum intelľm eſſe phantaſiam. Cum ergo phãtaſia indigeat corpore, dicebãt ꝙ intelligere nõ eſt proprium aïæ, ſed cõe aïæ & corpori. Si autẽ detur, ꝙ intelľs non ſit phanſia, nihilominus tñ nõ eſt intelligere ſine phantaſia. Reſtat igiẽ ꝙ intelligere nõ eſt proprium aïæ, cum phantaſia indigeat corpore. Nõ ergo cõtingit hoc. ſ. intelligere eſſe ſine corpore. Quãuis autem hoc Ariſto. ſatis aperte maniſeſtet in tertio huius, nihilominus tñ quãtum ad hoc aliquid exponemus. Nã intelligere quodãmõ eſt propriũ aïæ, quodãmõ eſt coniuncti. Sciendum eſt igitur, ꝙ aliqua operatio aïę aut paſsio eſt, quę indiget corpore, ſicut inſtrumento, & ſicut obiecto, ſicut videre indiget corpe, ſicut obiecto, quia color, qui eſt obiectum viſus, eſt in corpore: Itẽ ſicut inſtr̃o, quia viſio & ſi ſit ab aïa, non eſt tñ niſi per organum viſus, ſ. pupillã, quę eſt vt inſtr̃m, & ſic videre nõ eſt aïę tm̃, ſed ẽt organi. Aliqua aũt operatio eſt, quæ indiget corpore, non tñ ſicut inſtr̃o, ſed ſicut obiecto tm̃. Intelligere. n. nõ eſt per organum corporale, ſed indiget obiecto corporali. Sicut. n. philoſophus dicit in tertio huius, hoc mõ phãtaſmata ſe hñt ad intelľm, ſicut colores ad viſum. Colores aũt ſe hñt ad viſum, ſicut obiecta, phantaſmata ergo ſe hñt ad intelľm ſicut obiecta. Cũ aũt phantaſmata non ſint ſine corpore, vr̃ ꝙ intelligere nõ eſt ſine corpore, ita tñ ꝙ ſit ſicut obiectũ & non ſicut inſtr̃m. Et ex hoc duo ſequuntur. Vnum eſt, ꝙ intelligere eſt propria operatio aïę, & nõ indiget corpore niſi vt obiecto tm̃, vt dictũ eſt: videre aũt & alię opationes & paſsiones nõ ſunt aïę tm̃, ſed cõiuncti. Aliud eſt ꝙ illud, qđ hẽt operationẽ per ſe, hẽt ẽt eẽ & ſubſiſtẽtiã p ſe, & illud, ꝙ nõ hẽt opationẽ p ſe, nõ hẽt eſſe per ſe. Et ideo intelľs eſt forma ſubſiſtens, aliæ potentiæ ſunt formæ in materia. Et in hoc erat difficultas hmõi qõnis, quia. ſ. oẽs paſsiones aïę ſ̃m apparentiam videntur eſſe coniuncti. Conſequenter cum dicit.

Lect. 12. Tex. cõ. 30.

Anima propriam habet operationẽ quam ſola ac ſine vllo organo exercet, igiẽ immortalis eſt.

Si igitur operationũ animæ, vel affectuum aliquis proprius, fuerit ipſius, fieri põt vt ipſa anima ſeparetur. Sin vero nullus ſit eius proprius, non ſeparabilis eſt, ſed eſt de ipſa perinde atque de recto, cui multa quidem, vt rectum eſt, competunt, veluti puncto pilam æneam tangere, non tamen ipſum vnquam ſeparatum tanget. Eſt enim inſeparabile, quippe cum ſemper aliquo cum corpore ſit.

Siquidem igitur eſt aliquid animæ operum, aut paſſionum proprium continget vtique ipſam ſeparari: Si vero nullum eſt proprium ipſius, nõ vtique erit ſeparabilis, ſed ſicut rectum, inquantum recto, multa accidunt, vt tangere æneam ſphæram ſecundum punctum, non tamen tanget hoc, ſeparatum ipſum rectum, inſeparabile enim, ſiquidẽ, ſemper cum quodam corpore eſt.

Aſsignat cãm neceſsitatis huius qõnis, quia. ſ. ex hoc habeẽ vnum, ꝙ oẽs maxime ſcire deſiderãt circa animã, vtrũ. ſ. contingat aïam ſeparari dicẽs, ꝙ ſi cõtingat aliquã propriã opationẽ, aut paſsionẽ, aïæ eſſe, vtiq; cõtinget ipſam aïam ſeparari à corpe, qa (vt dictũ eſt) ꝙ hẽt opationẽ per ſe, hẽt ẽt eſſe & ſubſiſtentiã per ſe. Si vero nõ eſſet aliqua propria opatio ſeu paſsio aïæ, eadẽ rõnẽ nõ cõtingeret ipſam aïam ſeparari à corpe, ſed erit de aïa, ſicut de recto. Licet. n. multa accidãt recto inquantũ rectum. ſ. tãgere æneam ſphæram ſ̃m punctum, nõ tñ accidit ei niſi in materia. non. n. tangit rectum in puncto æneam ſphęram, niſi in materia. Sic erit de anima ſi non habet propriam operationem, ꝙ licet ei multa accidant, non tamẽ accidunt ei niſi in materia. Conſequenter cum dicit.

Videntur autem omnes affectus animæ cum corpore eſſe, ira, manſuetudo, timor, miſericordia, confidentia, gaudium odium denique, atque amor. Nam vna cum his ipſum corpus aliquid patitur. Quod quidem ita eſſe ex eo patet. Interdum enim non iraſcuntur neque timent, etiam ſi ſe vehementes ipſis manifeſtaue cauſæ offerant. Interdum à paruis quibuſdam mouentur, atque exiguis. ſi feruet concitaturque corpus, & perinde ſe habet atque cum afficiẽ ira. Hoc magis ex eo patet, quia nõnulli nulla repentinus accidẽte, qua quidẽ poſſit terrere, nulloq; imminẽte periculo vt hi qui metuũt, perturbanẽ ac afficiunẽ timore.

Quæ ſi ita ſint, patet affectus rationes eſſe materiales. Quare & diffinitiones ipſorum ſunt tales. Iraſci nanque motus quidam talis eſt corporis, aut partis, aut potentiæ, ab hoc, huius gratia.

Videntur

Tex. cõ. 15.

Videntur autem & animæ paſſiones oẽs eſſe cũ corpore ira, manſuetudo, timor, miſericordia, cõfidentia, adhuc gaudium, & amare & odire. Simul enim cum his patitur aliquid corpus. Indicat autem hic, aliquando quidem duris & manifeſtis paſſionibus concidentibus nihil exacerbari, aut timere. Aliqñ aũt & à paruis & debilibus moueri, cũ accendatur corpus: & ſic ſe habeat ſicut cũ iraſcitur. Adhuc aũt magis hoc manifeſtũ. Nullo n. terribili imminente, in paſſionibus fiunt, iis inquam quibus timens. Si aũt ſic habet, manifeſtum quoniã paſſiones rões in materia ſunt. Quare termini tales, vt iraſci, motus quidã talis corporis, aut partis, aut potentiæ, ab hoc, & gratia huius.

Manifeſtat illud, quod ſupra ſuppoſuerat, q. ſ. quædã paſſiones animæ ſunt coniuncti, & non animæ tm̃. Manifeſtat aũt hoc ex vno, quod conſiſtit ex duobus. Cuius rõ talis eſt. Omne ad quod operaẽ cõplexio corporis, nõ eſt aĩæ tm̃ ſed ẽt corporis: ſed cõplexio corporis operaẽ ad oẽs paſsiones aĩæ, vtputa ad irã, mãſuetudinẽ, timorẽ, cõfidentiã, miſericordiã, & hmõi, videnẽ ergo aĩæ paſsiones oẽs eſſe cum corpore. Et q ad hmõi paſsiones operetur cõplexio corporis probat dupliciter primo ſic. Quia nos videmus, q aliqñ ſuperueniunt duræ & manifeſtæ paſsiones, & hõ nõ prouocatur, neq; timet, ſed ſi accendatur ex furore, ſeu ex cõplexione corpus à valde paruis & debilibus mouẽ, & ſic ſe habet ſicut cum iraſciẽ. Secundo probat dicẽs. Adhuc fit magis manifeſtum q ad huiuſmodi paſsiões opereẽ cõplexio corporis. Videmus. n. q ẽt ſi nullũ immineat periculũ, fiunt in aliquibus paſsiones ſiẽs his paſsionibus, quæ ſunt circa aĩam, vt puta melancholici frequenter, ſi nullum periculum immineat, ex ipſa cõplexione inordinata fiunt timẽtes. Ergo quia ſic ſe hẽt. ſ. q cõplexio operetur ad paſsiones hmõi, manifeſtũ eſt q hmõi paſsiones {ſunt rões in materia} .i. hñtes eſſe in materia. Et pp hoc termini tales .i. diſſinitiões harum paſsionum nõ aſsignantur ſine materia, ſicut ſi diſſiniatur ira. dicetur q eſt motus talis corporis ſiue cordis, aut partis, aut potẽtiæ. Et hoc dicit quãtum ad ſubam ſeu cãm materialẽ {ab hoc} quãtum ad cãm efficiẽtẽ {gratia huius} quantum ad cãm finalẽ. Conſequenter cum dicit.

Naturales definitiões.

Idcircò Naturalis eſt de anima, vel omni, vel tali conſiderare.

Et propter hæc igitur iam Phyſici eſt conſiderare de anima, aut omni, aut huiuſmodi.

Cõcludit ex his, quæ dicta ſunt, q cõſideratio de anima pertinet ad Naturalẽ. Et hoc ex mõ diffiniendi cõcludit. Et ideo hic duo facit. Primo probat propoſitum. Secundo inſiſtit circa diffinitiones ibi. {Differẽter autẽ diffiniet &c.} Probat autẽ propoſitum hoc modo. Operationes aĩæ & paſsiones ſunt operationes corporis & paſsiones, vt oſtẽſum eſt. Oĩs autẽ paſsio, cum diffiniẽ, oportet q habeat in ſui diffinitione illud, cuius eſt paſsio. nã ſubiectum ſemper cadit in diffinitione paſsionis. Si ergo paſsiones hmõi non ſunt tm̃ aĩæ, ſed ẽt corporis, de neceſsitate oportet q in diffinitione ipſarum ponatur corpus: ſed omne, in quo eſt corpus, ſeu materia, pertinet ad naturale: ergo & paſsiones hmõi pertinẽt ad naturalẽ. Sed cuius eſt cõſiderare paſsiones, eius eſt cõſiderare ſubm ipſarum. Et ideo iam phyſici eſt conſiderare de aĩa {aut omni} ſimplr {aut hmõi} .ſ. de ea, quæ eſt affixa corpori. Et hoc dicit, quia reliquerat ſub dubio vtrum intellectus ſit potentia affixa corpori. Conſequẽter cum dicit.

Diuerſo autem modo Naturalis, & diſſerendi artifex vnumquodque ipſorũ diffiniet. Nam alter iram appetitionem eſſe dicet doloris viciſſim aduerſatio inferẽdi, aut aliquid tale. Alter ſanguinis aut caloris eius, qui circa cor eſt, feruorem, ebullitionemue, atq; alter materiem, alter formã hoc pacto reddit & rationem. Hęc. n. eſt rõ rei, quàm neceſſe eſt ſi fuerit, in tali materia eſſe. Sic. n. & domus aſſignari diffinitio ſolet. Nam quidam talem eius rationem aſſignat, eſſe dicens tegmentum quod quidem prohibere propulſareq; poteſt incommoditates eas, quę tum à ventis tum ab imbribus, tum etiã ab æſtu fieri euenireq; ſolẽt. Quidã dicit lapides eſſe, lateres atq; ligna, at alius formam in hiſce ponit horum dicẽdo gratia. Quis igitur iſtorum eſt naturalis? Is ne qui materiam aſſignat, & rõnem ignorat, an is qui ſolam rationẽ reddit, & materiã ipſam amittit, an is potius qui vtranque cõplectitur? At illorum vterque quis eſt? At. n. conſtat neminem eſſe qui circa materiæ verſetur affectus non ſeparabiles et vt nõ ſeparabiles ſunt, præter ipſum Philoſophum naturalem. Etenim naturalis circa omnia ea verſatur, quæ talis corporis taliſq; materiei ſunt operationes atque affectus. Circa autem ea, quæ talia non ſunt nõ naturalis, ſed alius ſolet verſari. Atque de nonnullis quidem conſiderat ſi forte fuerit artifex, faber inquam vel medicus. De his autem quæ ſeparabilia quidem non ſunt, attamen non, vt affectus corporis talis, ſed abſtractione ſumuntur, mathematicus, at ea quæ ſunt ſeparata, & vt talia ſunt, ipſe primus Philoſophus contemplatur.

Alterũ exeplõ de domo.

Lege. 2. libi phyſi.

Tex. cõ. 16.

Differenter autem diffiniet Phyſicus & Dialecticus vnumquodq; ipſorum: vt ira quid eſt. Hic quidem. n. appetitum recontriſtationis, aut aliquid huiuſmodi, ille autem feruorem ſanguinis, aut calidi circa cor. Horum aũt alius quidem aſſignat materiam, alius vero ſpeciem & rationem. Ratio quidem enim hæc ſpecies rei. Neceſſe eſt autẽ hanc eſſe in materia huiuſmodi, ſi erit, ſicut domus, ratio quidem talis quædam, quia operimentum prohibens corruptiones à ventis & imbribus et caumatibus. Hęc autẽ dicit lapides & lateres et ligna. Alia vero in his, ſpeciẽ, propter iſta. Quæ igitur naturalis harum? vtrum quæ circa materiam, rationem autem ignorans, aut quæ circa rationem ſolum, aut magis, quæ eſt ex vtriſque? Illorum autem quis vterque. An non eſt aliquis, qui circa paſſiones materiæ non ſeparabiles, & quatenus nõ ſeparabiles verſetur, ſed phyſicus circa omnes tali corporis, & talis materia, actiones & paſſiones verſatur. Quæcunque autem non quatenus talia, alius. Et de quibuſdam quidem eſt artifex ſi contingat, vt ſtructor, aut medicus. At non ſeparabilium quidem inquantum autẽ non talis corporis paſſiones, ſed ex remotione, mathematicus. Secundum autẽ quòd ſeparatæ primus Philoſophus.

Inſiſtit circa diffinitiones. Quia. n. oſtendit, quod in diffinitionibus paſsionum aĩæ, aliquæ ſunt, in quibus ponitur materia & corpus: aliquæ vero, in quibus non ponitur materia, ſed forma tm̃, oſtendit quod hmõi diffinitiones ſunt inſufficientes. Et circa hoc inueſtigat differẽtiam, quæ inuenitur in iſtis diffinitionibus. Aliqñ. n. datur aliqua diffinitio, in qua nihil eſt ex parte corporis: ſicut quod ira eſt appetitus vindictæ: aliqñ aſsignaẽ aliqua diffinitio, in qua eſt aliqd ex parte corporis ſeu materię, ſicut quod ira eſt accẽſio ſanguinis circa cor. Prima ẽ dialectica, Secunda vero eſt phyſica, cum ponaẽ ibi aliqd ex parte materiæ, & iõ pertinet ad naturalẽ. Hic. n. ſ. phyſicus aſsignat materiã cum dicit, q eſt accenſio ſanguinis circa cor. Alius vero. ſ. dialecticus ponit ſpẽm & rationẽ. Hoc. n. ſ. appetitus vindictæ eſt rõ iræ. Qđ autẽ diffinitio prima ſit inſufficiẽs manifeſte apparet. Nã oĩs forma, quę eſt in materia determinata, niſi in ſua diffinitione pona-

Finitio dialectica, quid phyſica, qd.

tur materia, illa diffinitio eſt inſufficiẽs: ſed hęc forma, ſ. appetitus vindictæ eſt forma in materia determinata, vnde cum non ponatur in eius diffinitione materia, conſtat quod ipſa diffinitio eſt inſufficiẽs. Et ideo neceſſe eſt ad diffinitionẽ ꝙ in diffinitione ponaꝭ hoc. ſ. formã eſſe in materia hmõi. ſ. determinata. Et ſic habemus tres diffinitiones, quia vna aſsignat ſpẽm & ſpeciei rõnẽ, & eſt formalis tm̃, ſicut ſi diffiniaꝭ domus ꝙ ſit operimentũ prohibens à ventis & imbribus & cauſmatibus. Alia aũt aſsignat materiã, ſicut ſi dicaꝭ ꝙ domus eſt operimẽtũ quoddã ex lapidibus, lateribus, & lignis. Alia vero aſsignat. i. in diffinitione ponit, vtrũque, materiã. ſ. & formã dicens, ꝙ domus eſt operimentũ tale conſtans ex talibus, & ꝑꝑ talia. ſ. vt prohibeat ventos &c. & iõ dicit, quod alia diffinitio. ſ. tria ponit {in his}. ſ. in lignis lapidibus quę ſunt ex parte materiæ {ſpẽm}. i. formã {ꝑꝑ iſta}. ſ. vt prohibeat ventos. Et ſic cõplectiꝭ materiã. cum dicit {in his} & formã cũ dicit {ſpẽm} & cãm finalẽ cũ dicit {ꝑꝑ iſta} q̃ tria requiruntꝭ ad ꝑfectã diffinitioẽ. Sed ſi quęraꝭ q̃ iſtarum diffinitionũ ſit naturalis, & quę nõ. Dicendũ, ꝙ illa, quæ cõſiderat formã tm̃, non eſt naturalis, ſed logica: Illa aũt, quę eſt circa materiam, ignorat aũt formã, nullius eſt niſi naturalis. Nullus. n. habet cõſiderare materiã niſi naturalis. Nihilominus tñ illa quæ ex vtriſq; eſt, ſ. ex materia & forma, eſt magis naturalis. Et duæ harũ diffinitionũ pertinet ad naturalẽ, ſed vna eſt imperfecta. ſ. illa quæ ponit materiã tm̃, alia vero perfecta. ſ. illa quæ eſt ex vtriſque. Non. n. eſt aliquis qui cõſideret paſsiones materiæ, nõ ſeparabiles, niſi phyſicus. Sed quia ſunt aliqui, qui aliter cõſiderãt paſsiones materiæ, ideo oñdit qui ſint & qualiter cõſiderent, & dicit ꝙ ſunt tres. Vnũ genus eſt ꝙ differt à naturali quãtũ ad principiũ, licet cõſideret paſsiones prout ſunt in materia. ſicut artifex, qui cõſiderat formam in materia, ſed differũt, quia hmõi principiũ eſt ars, phyſici vero principiũ eſt natura. Aliud genus eſt ꝙ quidẽ conſiderat ea, quæ hñt eſſe in materia ſenſibili, ſed non recipit in diffinitione materiam ſenſibilẽ, ſicut curuũ rectum, & hmõi, licet habeant eſſe in materia & ſint de numero nõ ſeparabiliũ quantũ ad eſſe, tñ mathematicus non determinat ſibi materiam ſenſibilẽ. Cuius rõ eſt, quia res aliquæ ſunt ſenſibiles per qualitatẽ, quantitates aũt præexiſtunt qualitatibus, vnde mathematicus concernit ſolũ id quod quãtitatis eſt abſolute, non determinãs hãc vel illã materiam. Aliud genus eſt quod quidem conſiderat illa quorũ eſſe vel non eſt in materia oĩno, vel quorũ eſſe põt eſſe ſine materia & hic eſt Philoſophus primus. Et notandũ ꝙ tota rõ diuiſionis philoſophiæ ſumitur ſ̃m diffinitionẽ & modũ diffiniendi, cuius ratio eſt, quia diffinitio eſt principium demonſtrationis rerum, res aũt diffiniuntur per eſſentialia. Vnde diuerſæ diffinitiones rerum diuerſa principia eſſentialia demonſtrant, ex quibus vna ſcientia differt ab alia. Conſequenter cum dicit.

Tres diffinitiones formalis ſeu logica. Materialis & naturalis.

Artifex. Mathematicus.

Metaphyſicus.

Diuiſio philoſophiæ in phyſicã, Mathematicã, & Metaphyſicam, ex diuerſa ratione, modoq; definiẽdi oritur.

Sed eo redeundum eſt, vnde noſtra deflexit oratio, Dicebamus aũt affectus animæ eſſe inſeparabiles ab animaliũ naturali materia vt tales ſunt, et non vt ſeparatur linea, ſuperficiesq; ſic iram et metum à ſubiecta ſibi materia ſeparari. Verum. n. vero neceſſe eſt conſiderantes de aĩa, et de his dubitantes ac ambigentes, quæ nos oportet procedentes inuenire, atq; percipere, in medium eorũ antiquorum afferamus opiniones, qui de anima tractarũt aliquid atq; dixerũt, vt ea quidẽ accipiamus quæ bene ſunt dicta, ab his autem caueamus quæ non bene recteq; dicta fuere.

Tex. cõ. 18.

Sed redeundum eſt vnde ſermo. Dicebamus aũt, quod paſſiones animæ non ſeparabiles à phyſica materia animalium, inquantum tales exiſtunt furor, & timor, & non ſicut linea & planum. Intendentes autem de anima, neceſſe eſt, ſimul dubitantes de quibus bene dubitare oportet, pertranſeuntes priorum opiniones, comprehendere quicũque aliquid de ipſa enuntiauerunt, vt bene quidem dicta accipiamus, ſi vero aliquid non bene, hoc vereamur.

Interpres legiſſe videt. ... id eſt bene dubitare cum ... legendum ſit hoc modo neceſſe eſt ſimul dubitantes de iis, quibus abundare oportet.

Quia videbatur feciſſe quaſdam digreſsiones ex hoc ꝙ inſtitit ad inquiſitionẽ diffinitionũ, reducit ſe ad materiã propriã, dicẽs ꝙ redeundum eſt ad materiã propriã vnde eſt ſermo habitus. ſ. ꝙ paſsiones aĩę, vt amor, timor, & hmõi, nõ ſunt ſeparabiles à phyſica materia aĩalium, inquãtum tales exiſtunt. ſ. inquãtum paſsiones, quę nõ ſunt ſine corpe, & nõ ſunt ſicut linea & planũ, i. ſuꝑficies, quę rõne pñt ſeparari à materia naturali. Si ergo ita eſt, ad naturalẽ ſpectat cõſideratio earum, & ẽt aĩæ, ſicut ſupradictũ eſt. {De qua}. ſ. aĩa intẽdentes ad pñs neceſſe eſt accipere opiniones antiquorũ, quicũq; ſint qui aliquid enunciauerint de ipſa. Et hoc quidẽ ad duo erit vtile: primo, q͂a illud, ꝙ bene dictũ eſt ab eis, accipiemus in adiutoriũ noſtrũ. Scđo quia illud, ꝙ male enũciatũ eſt cauebimus.

LECTIO III.

Motu & ſenſu animam fuiſſe cognitam à philoſophis dicit: & illorum affert ſententias ac reprobat, qui ſe animam ex motu cognouiſſe exiſtimarunt.

INitium aũt inquiſitionis hoc erit profecto congruũ, ſi prius poſuerimus ea quæ maxime videntur animæ cõpetere ſuapte natura. Animatum itaque duobus his ab inanimato maxime differre videtur, motu ac ſenſu. A maioribus ẽt noſtris hæc duo fere de anima accipimus.

Animatum ab animato, motu & ſenſu maxime diſtinguitur, infra lib. 2. text. 13. & lib. 3. te. 40.

Principium autem quæſtionis præponere quæ maxime videntur ipſi ineſſe ſecundum naturam. Animatum igitur ab inanimato in duobus maxime differre videntur, motu & ſenſu. Accipimus autem & à progenitoribus fere duo hæc de anima.

Supra poſuit Philoſophus proœmium, in quo intentionẽ ſuã, quid agẽdum, & difficultatẽ huius operis oſtẽdit, hic vero proſequitur tractatum ſ̃m ordinẽ promiſſum. Diuiditur autẽ tractatus iſte in duas partes. Primo. n. tractat de natura aĩæ ſ̃m opinionẽ aliorum Philoſophorũ. Scđo vero ſ̃m veritatẽ, & hoc in ſcđo lib. Prima pars diuidiꝭ in duas partes. Primo. n. narrat opiniones aliorum Philoſophorum de aĩa. Scđo vero inquirit de opinionibus illis. ibi. {Cõſiderãdum eſt aũt &c.} Prima pars diuiditur in duas. Primo. n. oñdit ex q̃bus Philoſophi habuerunt viã ad inueſtigãdũ de aĩa. Scđo vero oñdit quõ diuerſi deuenerũt in diuerſas opiniões de aĩa ibi. {Dñt. n.} Dicit ergo primo ꝙ principiũ nrę q̃õnis. i. inquiſitionis, eſt apponere oĩa, quę ſ̃m naturã videnꭍ ineſſe aĩæ. Circa quod ſciendũ eſt ꝙ q͂ñ inuenimus aliqua duo differre ſ̃m aliquid manifeſtum, & ſ̃m aliud immanifeſtũ, certũ eſt ꝙ per id, quod eſt manifeſtũ, venimus in notitiam illius, quod eſt immanifeſtũ. Et hunc modũ tenuerunt Philoſophi ad inueniẽdũ naturã de aĩa. Aĩata. n. ab inaĩatis differunt, per hoc ꝙ aĩata hñt aĩam, inanimata vero nõ. Sed quia natura aĩæ erat immanifeſta, & non poterat inueſtigari niſi per aliqua manifeſta, in quibus differũt aĩata ab inanimatis, inuenerunt illa, & ſ̃m illa conati ſunt deuenire in cognitionem naturæ animæ. Illa autem manifeſta, in quibus aĩata differunt ab inanimatis, ſunt duo. ſ. ſentire & moueri. Nam animata vidẽtur differre ab inanimatis maxime motu, vt. ſ. moueant ſeipſa, & ſenſu ſeu cognitione. Vnde credebant ꝙ quando ſcirent principia illorum duorum, ſcirẽt, quid eſt anima. Vnde laborauerunt cauſam motus & ſenſus ſcire, vt per hoc ſcirent naturam

Ignota niſi per ea quæ ſunt non innoteſcunt.

animæ,

animæ, & credebant q̄ id quod eſt cauſa motus & ſenſus eſſet aīa, & in hoc oēs antiqui philoſophi conueniebant. Sed ex hoc antiqui in diuerſas opiniones diuiſi ſunt. Nā aliqui conati ſunt deuenire in cognitionem animæ per motum, aliqui vero per ſenſum. Et ideo cum dicit.

Inquiunt enim nonnulli animam id eſſe quod maxime primoq́; mouet. Atque exiſtimantes fieri non poſſe: vt id aliud quicquam moueat, quod non moueatur, animam vnum quid eorum eſſe putarunt, quæ motu mouentur.

Tex. cō. 20. *Dicunt enim quidam & maxime & primo animam eſſe id quod eſt mouens. Exiſtimantes autem quod non mouetur ipſum non contingere mouere alterum aliquid eorum, quæ mouentur animam ſic arbitrati ſunt eſſe.*

Oſtendit horum diuerſitatem. Et primo de illis, qui inquirebant naturā aīæ à motu. Secundo de illis qui inquirebant eam à cognitione ſeu ſenſu ibi. {Quicunq; aūt ad cognoſcere & ſentire.} Tertio eorū qui inquirebant naturam eius ex vtroq; ibi. {Quidā aūt & motiuū.} Circa primum ſciendum eſt, q̄ illis, qui inquiſierunt aīę naturā à motu, erat vnum cōe, ſ. q̄ ſi mouent aīata, q̄ aīa ſit mouens & mota. Et huius rō eſt, quia exiſtimabant q̄ id, qđ non mouetur, non contingit mouere alterū. i. q̄ nihil mouet niſi moueatur. Si ergo alia mouet aīata, & nihil mouet alterum, niſi moueatur ipſum, manifeſtum eſt q̄ aīa maxime mouetur. Et hoc eſt, propter quod antiqui Naturales arbitrati ſunt aīam eſſe eorū, quæ mouentur. Sed ex hoc ēt diuerſæ opiniones prouenerunt. Et ideo cū dicit.

Quocirca Democritus ignem, atque calorem ipſam cenſuit eſſe. Nā, cū ſint infinitæ figuræ, ac indiuidua, corpora rotunda dicit ignem & animā eſſe. Hæc indiuidua corporum ſimilia corpuſculis ijs eſſe, quæ in aere fieri videntur, in ipſis, inquam, radijs, quæ per feneſtram ingrediuntur, & rerum elementa generādarum, ſeminaq́; totius eſſe naturæ dixit. Eadem & Leucippus ille cenſebat. Horum igitur corporum ea, quæ ſunt rotunda, ignem ac animam aſſerunt eſſe, propterea quòd maxime omnium figuræ tales totum corpus ingredi penetrareq́; poſſunt, atq; cętera mouere cum moueantur & ipſa. Arbitrantur enim animam id eſſe quòd motū animalibus præbet. Quapropter & reſpirationem, viuendi rationem, atque cauſam eſſe putant. Nam eo quòd continet contrahente corpora, comprimēteue, ac extrudente figuras eas, quæ præbent animalibus motū, quia nec ipſæ vnquā quieſcunt ſuccurſum auxiliūq; reſpiratione fieri dicunt, ingredientibus alijs figuris ſimilibus, & quę quidem egredi prohibent ipſas quæ animalibus inſunt, id repellendo quòd contrahit atque premit, & touſque viuere animalia, quouſque id facere poſſunt.

Opinio Democriti de anima. *Vnde Democritus ignem quendam, aut calorem dicit eſſe ipſam. Infinitis enim exiſtentibus figuris et athomis, quæ ſpecies rotūda, ignem & animam dicit. vt in aere mota corpora, quæ vocantur deciſiones, quę videntur per portas in radijs, quarum omne ſemen, elementa dicit totius*

Oppi. Leucippi. *naturæ. Similiter autem & Leucippus. Horum autē ſphærica, animam, propter id, quod maxime poſſunt per omne penetrare huiuſmodi figuræ & mouere reliqua cum moueantur & ipſa, arbitrantes animam eſſe efficiens in animalibus motum. vnde & viuendi terminum eſſe reſpira-*

Tex. cō. 21. *tionem. Conſtringente enim eo quod continet corpora, & extrudēte figuras præbētes animalibus motū, ex eo quòd nō eſt ipſas quieſcere nullatenus, auxiliū fieri de foris, ingredientibus alijs hmōi in reſpirando. Prohibere. n. has et quæ inſunt aīalibus diſgregari, ſimul prohibētes conſtringēs et cōprimēs, et viuere aūt quādiu poſſunt hoc facere.*

Ponit primo opinionē Demo. de aīa dicens. Vnde Democritus quidā, ſ. antiquus Philoſophus, qui excogitanis illud, qđ maxime mouet, eſſe naturā aīæ: illud, quod maxime mouetur, vr̄ eſſe de natura ignis: ideo dicit ipſam aīam eſſe ignē quēdā, aut calorē. Et opinio ſua fuit talis. Ipſe. n. nihil ponebat eſſe in rerum natura niſi ſenſibile & corporale, & volebat q̄ principia oīum rerū ſint corpora indiuiſibilia & infinita, quæ vocabat athomos. Quæ quidem dixit eſſe vnius naturæ, ſed differre ab inuicē figura, pōne, & ordine, licet hic tm̄ ponat de figura, q̄a hæc ſola dr̄ia, quæ eſt ſ̄m figuram; neceſſaria eſt. Et illa dr̄ia, quæ eſt ſ̄m figurā, eſt q̄ quædam erant rotūda, quędam quadrata, quædā pyramidalis & hmōi. Ponebat etiā hæc eſſe mobilia, & nunquā quieſcentia & ex cōcurſu ipſorū athomorū caſu eſſe mundū factū aiebat. Et q̄ hæc indiuiſibilia corpora ſint mobilia, dabat exēplū de deciſionibus, quæ mouentur in aere, ēt ſi nulla tēpeſtas ſit; ſicut apparet per portas in radijs ſolis. Vñ, cū illa ſint multo minora, quia ſunt indiuiſibilia, illæ vero, quæ apparēt in radijs deciſiones, ſunt diuiſibiles, manifeſte apparet q̄ ſint maxime mobilia. Et quia inter alias figuras, figura rotūda eſt magis apta ad motum, cū non habeat angulos, quibus impediatur à motu: & quia credebant aīam maxime moueri ex eo quod arbitrati ſunt aīam efficere motum aīalibus, ideo inter iſta infinita corpora, illa quæ erāt inter alia rotunda corpora, dicebat eſſe aīam. Huius etiam opinionis fuit Leucippus, qui fuit ſocius eius. Et ad hoc habebat vnū ſignū, quia voluit Demo. terminū vitæ. i. rationē, cōſiſtere in reſpiratione, licet inſufficiēter, quia nō oīa viua reſpirāt, quę quidē reſpiratio neceſſaria erat ſ̄m eū, quia corpora rotunda implent corpus, cū ſint cā motus in corpore aīalis ſ̄m eum, & ſunt in continuo motu, & eo q̄ continet, ſ. corpora nr̄a aere cōſtringente {& extrudente} i. exterius mittente illas, quæ ſunt de numero figurarū, quæ ſunt prębentes aīalibus motus, ex eo q̄ nullo modo quieſcunt; ne forte eis oīno expulſis à corporibus noſtris, deficerent corpora. ideo neceſſaria eſt reſpiratio, p quā & intromittant alia corpora, & ea, quæ ſunt intus ab iſtis quæ reſpirationem intrant, impediantur ab exitu. Et tandiu dixit viuere aīalia, quandiu poſſunt hoc facere, ſ. reſpirare. Et vis hmōi ſigni eſt, quia cum reſpiratio ex hoc dicatur eſſe rō vitæ, q̄ cōtinet ipſa corpora rotūda in corporibus animalium, & immittit ēt ea intus, ne propter exeuntia corpora, quæ continue mouentur deficiat corpus animalis, manifeſtū eſt q̄ ipſa corpora ſint anima, quæ quidem corpora voluit Demo. eſſe de natura ignis, & ex eis cauſari calorem. Secundo cum dicit.

Videtur aūt & id, quod à nonnullis Pythagoricis dicitur eandem habere ſententiam. Quidam enim ipſorū ea corpuſcula, quæ agitantur in aere: Quidā id quod illa mouet ac agitat, animam eſſe dixerunt, propterea quòd continue moueri vidētur, etiā ſi nullus ventus penitus afflet.

Videtur autem & à Pythagoricis dictum, eandem habere intelligentiam. Dixerunt enim quidam ipſorum, animam eſſe quæ ſunt in aere deciſiones. Alij autem has mouens. De his autem dictum eſt, propter ea quod continue videntur moueri, & ſi ſit tranquillitas nimia. Opinio pythagoricorum. Tex. cō. 22. Opinio Archelai.

Ponit opinionem quorundam pythagoricorum, quæ ſimilis erat opinioni Demo. nam illud, quod pythagorici dīt de aīa, eandē hēt intelligentiā cū eo quod dicit ipſe Demo. licet pythagorici in eandē ſniam nō conueniant. Nam quidam ipſorū conuenientes cum Demo. dixerunt aīam eſſe deciſiones, quæ ſunt in aere. i. corpora indiuiſibilia & infinita: ſicut Demo. dicebat. Alij vero ex ipſis philoſophis non dixerunt ipſa corpa indiuiſibilia & mobilia

bilia eſſe animam, ſed illam virtutem, quæ mouet ea corpora, animam dicebant. Et huius opinionis fuit quidam Archelaus philoſophus magiſter Socratis, vt Auguſtinus narrat in lib. de ciui. Dei. Et ratio horũ, ſcilicet quare dicebant huiuſmodi corpora eſſe animam dicta eſt, quia ſicut iam patet, volebant ꝙ illud quod maxime mouetur eſt anima, vnde propter hoc ꝙ hæc corpora continue moueri videbãtur, ſicut apparet in aere, in quo mouentur, etiam ſi ſit tranquillitas, dicebant iſta corpora eſſe animam. Conſequenter cum dicit.

Eodẽ feruntur & ij, qui dicũt animam id eſſe, quòd ſeipſum agitat motu. Etenim omnes ij motum videntur putaſſe maxime proprium eſſe animæ, & alia quidem vniuerſa per animam, hanc autem à ſeipſa moueri, quia nihil videbant mouere, quod non moueatur & ipſum.

In idem autem feruntur quicunque dicunt animam eſſe quòd ſeipſum mouens. Videntur autem hi omnes exiſtimantes motum maxime proprium eſſe animæ, Et alia quidem omnia moueri propter animam, ipſam autem à ſeipſa, propter nihil videre mouens, quod nõ et ipſum moueatur.

Reducit in quandam ſummam opinionem plurium philoſophorum de anima ad has opiniones dicens, quòd omnes illi, qui diffinientes animam à motu, dixerunt ipſam eſſe illud, quo ſeipſum mouet {feruntur in idem} id eſt in eandem intelligentiam cum prædictis. Omnes. n. concordant in hoc & conueniunt ꝙ videntur exiſtimaſſe motum maxime & præcipue eſſe proprium animæ. & quicquid mouet, mouetur ab anima, ipſam vero animã moueri à ſeipſa. Et ratio horũ, ſicut iam tactum eſt, erat quia cõiter opinati ſunt ꝙ nihil mouet alterum niſi moueatur & ipſum. Vnde cum anima moueat alia: credebãt animã maxime & præcipue moueri. Tertio cum dicit.

Similiter & Anaxagoras id quod mouet, animam eſſe dicit. Et ſiquis alius cenſuit vniuerſum mentem mouiſſe, non tamen perinde penitus atque Democritus.

Tex. cõ. 23. Opinio Anaxago. *Similiter autem & Anaxagoras animam dicitur eſſe mouentem, & ſi aliquis alius dixit quòd omne mouit intellectus. Non tamen penitus ſicut Democritus.*

Ponit opinionem Anax. de natura animæ. Et primo ponit in quo Anaxa. concordabat cum ſuperioribus dicens. ꝙ Anaxa. & quicũque alius dixit, ꝙ intellectus mouet omnia, dicit animam eſſe mouentem omnia, ſicut & illi dicũt. Sed in hoc differt, quia noluit quod omne quod mouet alterum, moueatur & ipſum, immo dixit eſſe vnũ intellectum ſeparatum & immixtum, qui alia moueat, eo nõ moto, & de natura hmõdi dicit eſſe animam. Vnde ex hoc inſurrexit error quorundam, qui dicerent animam eſſe de natura diuina. Sic ergo patet in quo concordabat cũ ſuperioribus, in hoc ſcilicet quod dixit animã eſſe mouentem. Sed differebat in hoc, quod dixit animã non moueri, cuius contrarium illi dicebant. Differebat etiam à Democrito in acceptione intellectus.

Et ideo cum dicit.

Is enim animam & intellectum ſimpliciter idem eſſe putauit. Etenim id quod videtur, verũ eſſe dicebat. Quocirca recte dixiſſe inquit Homerum, Hectora iacere alia ſapientem. Non igitur vt potentia quadam circa veritatem, vtitur mente ac intellectu, ſed idem eſſe animam dicit & intellectum.

Differentiæ opiniõis Democ. & Anaxago. *Ille quidem enim ſimpliciter dicit idem eſſe animã & intellectum, verum enim eſſe, quod videtur. Vnde bene facere Homerum, quòd Hector iacet illud ſapiens. Non itaque vtitur intellectu tanquam potentia quadam, quæ eſt circa veritatem: ſed idem dicit animam & intellectũ.*

Ponit hanc differẽtiam. Et primo opinionem Democriti dicens, quod ille ſcilicet Democritus dixit {ſimpliciter} id eſt vbique & vĩr intellectum & animã eſſe idem. Cuius ratio eſt. quia Democritus credebat, quod nihil eſſet in mundo niſi ſenſibilia, & ſicut nihil erat in mundo niſi ſenſibilia ita dicebat quod nulla vis apprehenſiua erat in anima, niſi ſenſitiua. Vnde fuit huius opinionis, quod nulla veritas determinate haberetur de rebus, & quod nihil determinate cognoſcitur, ſed quicquid apparet, verum eſſet, & non magis illud quod cogitat vnus de re aliqua, quàm illud quod cogitat alius de eadem re, eodem tempore, verum eſſe: & ex hoc ſequebatur quod poneret contradictoria ſimul eſſe vera. Cuius ratio eſt, quia ipſe, (vt dictum eſt,) non vtebatur intellectu, qui eſt circa veritatem. i. virtute intellectiua, per quam anima intelligit intelligibilia, ſed ſolum vi ſenſitiua, & quod nihil cognoſceretur niſi ſenſibile, cum nihil poneret in rerum natura niſi ſenſibile. Vnde cum ſenſibilia ſint in continuo motu & fluxu, opinatus eſt nullam veritatem determinatam eſſe in rebus. Et quia non peruenit ad hoc ꝙ cognoſceret intellectum eſſe potentiam quãdam, quæ eſt circa veritatem. i. cuius obiectum eſt verum, & excedit omnes alias potentias animæ, ſed accepit tantum potentias animæ ſenſitiuas, ideo communiter & indifferenter idẽ dicit animam & intellectum, quem quidem intellectum dicit tranſmutari ſecundum hominis tranſmutationem. Et propter hoc commendat Homerũ, qui dixit, {ꝙ Hector iacet alius ſapiens} ideſt quod ſecundum ſui mutationem, mutatus eſt intellectus eius, dum aliud ſaperet victus, & aliud inuictus. Secundo cum dicit.

Anax. autem minus de ipſis explanat. Multi enim in locis boni recti que mentem cauſam eſſe dicit. Alibi autem animam ipſam mentem eſſe aſſerit. nam animalibus vniuerſis tam paruis quàm magnis, tam præſtabilibus quam minus etiam præſtabilibus mentem ineſſe dicit.

Anaxa. autem minus certificat de ipſis. Multotiens quidem enim cauſam eius, quod bene & recte, dicit intellectum: alibi autem intellectum hunc eſſe animam. In omnibus enim ipſum ineſſe animalibus magnis & paruis & honorabilibus & inhonorabilibus. Tex. cõ. 24.

Oſtẽdit in quo differebat Anax. à Democrito, Et circa hoc duo facit. Primo ponit opinionẽ Anaxa. Secundo reprobat eam ibi. {Non videtur aũt &c.} Dicit ergo primo quod Anaxa. loquitur de anima magis dubie, & minus certificat de ipſa. Nam ipſe Anax. multotiens dicit intellectum eſſe cauſam eius, quod eſt bonum operari, i. bone operationis. Alibi vero. i. in alijs locis dicit hunc intellectum. ſ. qui eſt cã bone operationis & aĩam eſſe idem. & hoc apparet, quia conſtat quod aĩa ineſt oĩbus animalibus tã vilibus quàm honorabilius & tã magnis quàm paruis. Vnde cũ in omnibus his dicat intellm̃ eſſe manifeſtũ eſt, quod idem dicit aĩam & intellm̃. Secundo cũ dicit.

At ea mens tamen et intellectus, cui prudentia tribuitur, non vniuerſis ſimiliter animalibus: quin etiam neque cunctis omnibus ineſſe videtur.

Non videtur autem ſecundum prudentiam dictus intellectu, omnibus ſimiliter ineſſe animalibus: ſed neque hominibus omnibus.

Oſtendit contrarietatem eſſe in huiuſmodi acceptione intellectum ſ̃m Anax. ſcilicet aliquãdo hoc, quod dicit intellectum, nõ eſſe idem cum anima, aliquando vero dicit ipſum & animam eſſe idem, quæ ſunt contradictoria, & non poſſunt ſimul ſtare. Et hoc probat tali ratione. Conſtat quod bene operari eſt proprium intellectu ſ̃m

prudentiam perfecti, quia bene operari pertinet ad prudentiam. Si ergo idem eſſet intellectus, qui eſt cauſa bone operationis, cum anima, ſequeretur quod intellectus prudens idem eſſet cum anima. Sed hoc eſt falſum, quia anima ineſt omnibus animalibus. Intellectus autem ſecundum prudentiam dictus, non videtur ineſſe non ſolũ omnibus animalibus, ſed nec omnibus hominibus, ergo non eſt idem quod anima. Deinde cum dicit.

Omnes igitur ij qui ad animantis reſpexere motũ, maxime motiuum animam eſſe putarunt.

Quicunq; quidem igitur animatum in moueri aſpexerunt, hi quidem maxime motiuũ opinati ſunt animã eſſe.

Oſtendit, quod omnes illi, qui conſiderauerunt animata ſecundum motum, i. ſecundum id quòd eſt moueri à ſeipſis, ij opinat. ſunt animam eſſe illud, quod maxime eſt motiuum, ſicut patet in opinionibus iam dictis.

LECTIO IIII.

Empedoclis & Platonis ſententias exponit, qui ex parte cognitionis animam cognouerunt, quòd item fuere nonnulli, qui animam eſſe numerum ſeipſum mouentem diffinierunt.

AT qui cognitionẽ animaduerterunt ipſius accenſum, quibus ees cognoſcit & ſentit, ij dicunt animam ipſam, principia rerum eſſe. At qui plura principia: qui vero vnum, idipſum animam eſſe cenſent.

Quicunque autem ad cognoſcere & ſentire ea, quæ ſunt, iſti dicunt animam eſſe principia, alij quidem plura facientes hæc, alij vero vnum hoc.

Superius oſtendit philoſophus quomodo aliqui venerunt in cognitionem animę per motum, hic vero oſtendit quomodo aliqui venerũt in cognitionem animæ per ſenſum, ſeu cognitionem. Et circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit in quo conuenerunt philoſophi, qui conſiderauerunt animã ex ſenſu. Secundo vero in quo differunt ibi. {Sicut Emped. quidem, &c. Dicit ergo primo, quod omnes quicunq; venerunt in cognitionem animæ quantum ad cognoſcere & ſentire, i. per cognitionem & ſenſum, in hoc conueniebant, quia dicebant animam eſſe ex principijs, quę quidem principia alij {faciebant.} i. ponebant eſſe plura, alij vero vnum tantum. Ad ponẽdum autem animam eſſe ex principijs cõſtitutã mouebantur, quia ipſi antiqui philoſophi quaſi ab ipſa veritate coacti, ſomniabant quodammodo veritatem. Veritas autẽ eſt ꝙ cognitio fit per ſimilitudinem rei cognitæ in cognoſcente, oportet enim quod res cognita aliquo modo ſit in cognoſcẽte. Antiqui vero philoſophi arbitrati ſunt quod oporteret ſimilitudinem rei cognitę eſſe in cognoſcente ſecundũ eſſe naturale, hoc eſt ſecũdum idem eſſe, quod habet in ſeipſa. dicebant. n. quod oportebat ſimile ſimili cognoſci, vnde ſi anima cognoſcat omnia, oportet quod habeat ſimilitudinem omnium in ſe ſecundũ eſſe naturale, ſicut ipſi ponebant. Neſcierunt. n. diſtinguere illũ modũ, quo res eſt in intellectu ſeu in oculo, vel imaginatione, & quo res eſt in ſeipſa, vnde quia illa, quæ ſunt de eſſentia rei, ſunt principia illius rei, & qui cognoſcit principia huiuſmodi cognoſcit omnia eſſe ex principijs rerum. Et hoc erat omnibus commune. Sed diuerſificati ſunt ſecundũ quod differebant in principijs quę ponebant. Non. n. omnes ponebant eadẽ principia ſed vnus plura, alius vnum, vnus hoc, alius illud, & ſecundum hoc differunt in ponendo principia, ex quibus principijs anima conſtituatur. Et ideo conſequenter cum dicit.

Empedocles enim ex elementis quidem vniuerſis ipſam conſtare cenſet: tamen & vnumquodq; iſtorum animam eſſe putat. Dicit enim.

Terram nam terra, lympha cognoſcimus aquam.
Aetheraq; æthera ſane: ignis dignoſcitur igne.
Sic & amore amor, ac triſti diſcordia lite.

Sicut Empedocles quidem ex elementis omnibus eſſe, & vnumquodq; horum animam dicens, ſicut terram quidem terra cognoſcimus: æthera æthera diuum: aquam autem aqua: ſed igne ignem obſcurum, ac latentem, manifeſtum eſt, concordia autem concordiam: diſcordiam diſcordia triſti.

Ponit quomodo differũt. Et primo ponit opinionem Empe. dicens, quòd antiqui philoſophi, qui per ſenſum conſiderauerunt animam, dicunt ipſam conſtare ex elementis. Et illi quidem, qui vnum faciunt principium, illud vnum dicunt eſſe animam. Et qui plura, ex illis eam componi: ſicut Emped. dicit animam eſſe ex omnibus elementis, & vnumquodq; horum dicit animam. Circa quod ſciendum eſt ꝙ Emped. poſuit ex principia. 4. materialia. ſ. terram, aquam, & aerem & ignem: & duo actiua & paſſiua, ſ. litem & amicitiam. Et ideo ex quo ponebat animam omnia cognoſcere, dixit animam eſſe ex huiuſmodi principijs, quę ponebat. Secundum enim quòd eſt ex terra, terram cognoſcimus, & ſecundum quòd ex æthere. i. ex aere, aerem, & ex aqua aquam. ſed & ignem ex igne manifeſtũ eſt: & per concordiam cognoſcimus concordiam: & ex triſti diſcordia cognoſcimus diſcordiam: & ponit ibi. {triſti} quia Emped. metrice compoſuit libros ſuos. Secundo cum dicit.

Eodem & Plato modo animam in Timæo ex elementis conſtare cenſet. Simili nanque eius quoque ſententia, cognoſcitur ſimile: & ees ipſa ex principijs ſunt.

Eodem autem modo & Plato in Timæo animam facit ex elementis. Cognoſci enim ſimile ſimili: res autem ex principijs eſſe. Tex. commen. 25. Opinio Pl.

Ponit opinionem Platonis dicens, ꝙ Plato etiam facit animam ex elementis. i. dicit animam ex principijs conſtitutam eſſe. Et quòd hoc ſit verum, ſ. quòd Plato dicat animam compoſitã ex principijs rerum probat per triplex dictum Platonis. Primũ eſt, quod ipſe dicit in Timæo. Ibi enim dicit duo eſſe elementa ſeu principia rerum, ſecundum idem & diuerſum. Quædam enim natura eſt, quæ ſemper eodem modo ſe habet, & eſt ſimplex, ſicut ſunt immaterialia, & hanc naturã vocat idem. Quædam vero natura eſt, quæ non ſemper eodem modo ſe habet, ſed tranſmutationẽ ſuſcipit & diuiſionem, ſicut ſunt materialia, & hanc vocat diuerſum. Et ex iſtis duobus, ſ. ex eodem & diuerſo, animam dicit eſſe compoſitam. non quòd ſint iſta duo in anima, vt partes, ſed ꝙ ſunt quaſi media. quaſi ꝙ natura rationalis animæ ſuperioribus & omnino immaterialibus ſit inferior & deterior, & materialibus & inferioribus ſit nobilior & ſuperior. Et ratio huius erat, quia ſicut dictum eſt, ſimile cognoſcitur ſimili. vnde, ſi anima cognoſceret omnia: & idem & diuerſum ſint principia: ponebat animam eſſe ex iſtis duobus cõpoſitam eo modo quo dictum eſt, vt inquantũ habet de natura identitatis, cognoſceret ea, quæ ponit idem, Inquantum vero de natura eorum, quæ vocatur diuerſum, cognoſceret diuerſum, ſ. materialia. Vnde & hac cognitione vtitur. Nam quando colligit genera & ſpecies, tunc dicit eam repreſentare idem, ſeu identitatem. Quando vero differentias & accidentia aſſumit, alteritatem adinuenit. Sic ergo patet quomodo Plato in Timæo dicit animam ex principio componi. Secũdum dictum Platonis, per quod oſtenditur ꝙ dixit animam ex principijs eſſe, ponitur cum dicit.

Tex. commen. 26. Opinio Pl.

Similiter

Similiter determinatum eſt ab eodem & in hiſce, quæ de philoſophia dicuntur. Animal quidem ipſum ex ipſius vnius idea formaúe: & ex longitudine prima, & latitudine profunditateúe conſtare. Cætera vero ſimili modo.

Secundum dictũ Platonis.

Similiter autem & in his, quæ ſunt de philoſophia dictis, determinatũ eſt: ipſum quidem animal ex ipſa vnius idea, & ex prima longitudine & latitudine & altitudine, alia autem ſimili modo.

Vbi oſtendit animã eſſe ex principijs ſimiliter. Circa φ ſciendum eſt, quòd Plato poſuit φ intelligibilia eſſent per ſe ſubſiſtentia, & ſeparata, & eſſent ſemper in actu, & eſſent cauſa cognitionis & eſſe rebus ſenſibilibus. Quod Ariſt. tanquam inconueniens volens euitare coactus eſt ponere intellectum agentem. Vnde ſequebatur ex poſitione Platonis, φ ſecundum φ aliqua ſunt abſtracta per intellectum, ſic eſſent aliqua, quæ eſſent per ſe ſubſiſtentia & in actu. Habemus autem duplicem modum abſtractionis per intellectum, vnũ qui eſt à particularibus ad vniuerſalia: alium per quem abſtrahimus mathematica à ſenſibilibus. Et ſic cogebantur ex hoc ponere tria ſubſiſtẽtia, ſ. ſenſibilia: mathematica, & vniuerſalia: quę eſſent cauſa, & quorum participatione, res etiam ſenſibiles & mathematicę eſſent. Item ponebat Plato numeros eſſe cauſam rerum. & hoc faciebat, quia neſciuit diſtinguere inter vnum, φ conuertitur cum ente: & vnum φ eſt principium numeri, prout eſt ſpecies quantitatis. Ex quo ſequebatur, φ cum vniuerſale ſeparatũ poneret cauſam rerum, & numeros eſſe ſubſtãtiam rerum, φ huiuſmodi vniuerſalia eſſent ex numeris. Dicebat. n. φ principia omnium entium eſſent ſpecies & numerus ſpecificus, quem vocabat ſpecificum tanquam compoſitum ex ſpeciebus. Nam & ipſum numerum reducebat tanquam in principia & elementa in vnum & dualitatem. Nam cũ ex vno nihil procederet, ideo neceſſaria fuit ipſi vni aliqua ſubiecta natura, à qua multitudo produceretur, & hanc vocauit dualitatem. Et ſecundum ordinem materialitatis ordinabat illa tria. Quia. n. ſenſibilia ſunt magis materialia quam mathematica, & vniuerſalia immaterialiora mathematicis, ideo primo poſuit ſenſibilia, ſupra quæ poſuit mathematica, & ſupra hæc, vniuerſalia ſeparata & ideas, quæ differunt à mathematicis. quia in mathematicis in vna ſpecie ſunt aliqua quę differunt ſecundum numerũ, ſed in ideis & ſubſtantijs ſeparatis non inueniuntur aliqua vnius ſpeciei, quæ differant numero. vnius. n. ſpeciei vnam poſuit ideam. Quas ideas dicit eſſe ex numeris, & ſecundum numeros in eis eſſe rationes rerum ſenſibilium, quę quidem cõſtant ex longitudine latitudine & profunditate. Et ideo dixit ideam longitudinis eſſe primam dualitatem, longitudo enim eſt ab vno ad vnum, ſ. de puncto ad punctum. Latitudinis aũt primam trinitatem. nam figura triangularis eſt prima ſuperficialium figurarum. Profunditatis autem quæ cõtinent longitudinem & latitudinẽ ideam dixit eſſe primã quaternitatem: prima enim figura corporũ eſt pyramis, quę quatuor angulis conſiſtit. vnde cum Plato poneret animam ſenſibilem, poſuit animã ſeparatam, quæ eſſet cauſa eius, & hanc ſicut alia ſeparata, & ideas, dixit eſſe ex numeris, ſcilicet ex vnitate & dualitate, quæ ponebat principia rerum. Tertio cum dicit.

Abſtractio duplex.

Vnum tranſcendens, & prædicamentale.

Senſibilia. Mathematica. Vniuerſalia.

Pyramis, quid.

Mens. Scientia. Opinio. Senſus.

Inſuper & alio pacto: intellectũ quidem eſſe vnum ipſum. Ipſa vero duo, ſcientiam. Eſt enim ipſa tantum ad vnum proceſſio. Superficiei præterea numerum. Opinionem: ſolidi, ſenſum, nam numeri quidem, formæ ipſæ & principia dicebantur. Sunt autem ex elementis. Res vero partim intellectu, partim ſcientia, partim opinione, partim ſenſu dyudicantur, ac diſcernuntur. Atq; hi numeri formæ ſunt rerum.

Adhuc autem & aliter, intellectum quidem unũ, ſcientiam autem duo. ſingulariter enim ad vnum. Plani autem numerum, ad opinionem: ſenſum vero, eum, qui firmi. Numerum quidem, ſpecies & principia entium dicebantur. Sunt autem ex elementis. Iudicantur autem res, alia quidem intellectu: alia vero ſcientia, aliæ autem opinione, alia vero ſenſu. Species autem, numeri hi, rerum.

Tertium dictum Platonis.

Ponit tertium dictũ Platonis, per quod apparet, quod ipſe dixerat animam compoſitam ex principijs. Plato. n. poſuit numeros, ſicut dictum eſt, ſpecies & principia rerum. vnde, cum loqueretur de anima, poſuit eam ſecundum hoc venire in cognitionẽ entium: φ erat compoſita ex principijs, ſ. ex numeris, & omnes operationes eius ab eis procedere. Inuenimus. n. in anima diuerſas potentias ad apprehenſionem entium, ſ. intellectum, ſciẽtiam, opinionem, & ſenſum. Dicit ergo animam habere intellectum & eius operationem ex idea vnius: quia. ſ. eſt in eà natura vnitatis, intellectus. n. vna apprehenſione apprehendit vnum. Item ſcientiã ex prima dualitate, ſcientia. n. eſt ab vno ad vnũ, ſ. de principijs ad concluſionem. Opinionem vero ex prima trinitate: opinio enim eſt de vno ad duo, eſt. n. de principijs ad concluſionem cũ formidine alterius, & ſic ſunt ibi tria. Principium: & duæ concluſiones, vna concluſa & alia formidata. Senſum autem habet anima à prima quaternitate: eſt. n. quaternitas prima idea corporis; quod conſiſtit ex quatuor angulis, vt dictum eſt: ſenſus autem corporũ eſt. Cum ergo res omnes cognoſcantur iſtis quatuor, ſ. intellectu, ſcientia, opinione, & ſenſu, & has potentias dicit, habere animam ſecundum quod participat naturam vnitatis, dualitatis, & ternarij, & quaternarij: manifeſtũ eſt, quod dixit animam ſeparatam, quam poſuit ideam huius animæ, compoſitam ex numeris, qui ſunt principia & elementa rerũ. Et ſic patet, quòd Plato dixit animam eſſe compoſitam ex principijs. Conſequenter cum dicit.

Quid intellectus. Scientia.

Cum autem anima motiuũ & cognitiuum ſit: quidam vtrunq; complexi ſunt: atque animam numerum eſſe, ſeipſum mouentem aſſeruerunt.

Quoniam autem & motiuũ videbatur anima eſſe & cognoſcitiuum: ſic quidam complexi ſunt ex vtriſq; enunciantes animam eſſe numerum mouentem ſeipſum. Tex. commen. 28.

Ponit quòd quidam philoſophi diffinierunt & venerunt in cognitionẽ animę ex motu & ſenſu ſimul ſeu cognitione: dicens, quia anima videbatur eis eſſe motiua per ſe & cognoſcitiua, complexi ſunt iſta duo, & diffinierunt animam ex vtriſq;. ſ. motu & cognitione, dicentes, quòd anima eſt numerus mouens ſeipſum. Per numerũ quidem inſinuantes potentiam cognoſcitiuam, quia ſecundum quod ſupranoſitum eſt ex hoc dicebant habere animam vim cognoſcitiuam rerum, quod participabat naturam numeri ſpecifici, quod erat de opinione Platonis. Per mouere autem ſeipſam, inſinuantes potentiam motiuam in anima.

Alia opinio quorundam philoſophorum diffinitium animã motu & ſenſu.

LECTIO V.

Varias philoſophorum opiniones adducit, qui animam ipſam vnum aliquod ſenſibilium elementorum, eſſe exiſtimauerunt.

Omnes tamen de principijs quæ & quot ſunt inter ſe diſſentire videntur. Atq; maxime quidem ij, qui corporea putant eſſe, ab hiſce diſſentiunt, qui incorporea ponunt. Minus autem abys qui compoſuerũt:

& ex

& ex vtriſque principia rerum aſſignauerunt. Diſſentiunt etiam & de multitudine eorundem. Quidam enim vnum, quidam plura principia dicunt eſſe. Atque vt de principijs ſenſerunt, ſic de anima etiã determinauerunt. Non enim abeſt à ratione: in primorum natura, mouendi cauſam collocare.

Differunt autem de principijs, quæ & quot ſunt: maxime corporea facientes & incorporea. His autem miſcentes, & ab vtriſque principia enunciantes. Differunt autem & circa multitudinem: hi quidem enim vnum, illi Tex. commen. 29. *vero plura dicunt. Conſequenter autem his & animam aſſignant: motiuum enim naturam primorum exiſtimauerunt non irrationabiliter.*

In præcedentibus oſtendit in quo antiqui philoſophi conueniebant quantum ad cõſiderationem de anima, in hoc. ſ. quod anima eſt principium motus & cognitionis. In parte autem iſta oſtendit qualiter dicti philoſophi diuerſificati ſunt circa hoc commune. Diuiditur autẽ pars iſta in partes tres. Primo. n. ponit radicẽ diuerſitatis philoſophorum quantum ad conſiderationem de anima. Secundo vero illam diuerſitatem ſpecialiter enumerat ibi. {Vnde quibuſdã, &c.} Tertio colligit & epilogat ea, quę circa huiuſmodi diuerſitates cõſideranda ſunt ibi. {Diffiniunt autem omnes, &c.} Radix autẽ diuerſitatis philoſophorum in cõſideratione de anima eſt: quia ipſi attribuebant animam principijs, ſicut dictum eſt: & ideo ſecundum differentiam dictorum philoſophorum circa conſiderationem principiorum, eſt etiam differentia ipſorum in conſideratione de anima. Dicti vero philoſophi, licet omnes ponant animam componi ex principijs, non tamen conueniunt, quod ponant animam componi ex eiſdem principijs: ſed ſicut differunt de principijs, ita etiam differunt de conſideratione animæ. Differunt autem de principijs quantum ad duo. Primo quantum ad ſubſtantiam principiorum {quę,} ſcilicet ſint: & quantum ad numerum {quot,} ſcilicet ſint. Quantum autem ad ſubſtantiam quidem, quia quidam ponebant principia corporalia: illi, ſcilicet qui poſuerunt ignem, aut aquam, aut aerem: quidam vero incorporalia & immaterialia, ſicut qui poſuerunt numeros & ideas: quidã vero miſcentes vtraque, ſicut platonici, qui poſuerunt principia ſenſibilia & ſeparata. Circa numerũ vero, ſeu multitudinem differunt: quia quidam poſuerunt tantum vnũ primum principium, ſicut Heraclitus, qui poſuit aerem, & alius ignem, quidam vero dicunt plura prima principia, ſicut Empe. qui poſuit quatuor elementa. Et ſecundum has ſuppoſitiones de principijs conſequenter aſſignant animam his principijs, quia qui ponebant principalia materialia, dixerunt animam ex ipſis cõponi, ſicut Empe. & ſimiliter hi, qui ponebant immaterialia: ſicut plato. Omnes autem exiſtimauerunt animam eſſe id, quod maxime motiuum eſt. Conſequenter cum dicit.

Quapropter ignis quibuſdã eſſe videtur. Is enim ſubtiliſſimarum eſt partium: & longe magis quam elementa cætera, incorporeus. Mouetur inſuper, & cætera primo mouet. Democritus autem & ſubtilius dixit: cum aſſignauerit cur eſt iſtorum vtrunque. Dixit enim animam Tex. commen. 30. opinio Demo. *quidem mentemque idem eſſe: hoc autem ex ipſis primis atq; indiuiſibilibus corporibus eſſe. Atque partium quidem ob ſubtilitatem mouere, ob figuram vero moueri. Figuram autem omnium mobiliſſimam, figuram rotundam aſſerit: talemq; eſſe intellectum & ignem.*

Vnde quibuſdam viſum eſt ignem eſſe. Etenim hic in partibus ſubtiliſſimus eſt, & maxime elemẽtorum incorporeus. Adhuc autem mouetur: quia & mouet alia primo. Democritus autem dulcius dixit, enuncians propter quid vtrunq; horum. Animam quidem enim & intellectum idem eſſe. Iſtud autem eſſe ex primis & indiuiſibilibus corporibus. Motiuũ autem propter ſubtilitatem partium & figuram. Figurarum autẽ leuiter mobiliſſimam, ſphæricam dicit. Huiuſmodi aũt eſſe intellectũ & ignem.

Enumerat diuerſitates philoſophorũ in ſpeciali. Sciendum autem eſt, ꝙ inter illos qui ponebant vnum corporum eſſe principium rerũ, nullus dignatus eſt ponere ſolam terrã, ſed alij poſuerũt ignem primum principium: alij aerem, alij aquam, terram vero nullus poſuit, niſi qui poſuit omnia elementa quatuor eſſe primum principiũ. Et ratio huius eſt, quia terra propter ſuã groſsitiem, magis videbatur eſſe compoſita ex principijs, quam ipſa eſſet principium. Et ideo circa hanc partem tria facit. Primo enim ponit opiniones illorum, qui poſuerunt primũ principium & animam eſſe ignem. Secundo vero ponit opinionem illorum, qui poſuerunt primum principium & animam eſſe aerem. ibi. {Diogenes autem, &c.} Tertio vero ponit opiniones illorũ, qui poſuerũt aquam eſſe primum principiũ & animam. ibi. {Magis aũt rudium.}

Circa primũ ſciendum eſt, ꝙ propter hoc ꝙ animæ attribuitur motiuum & cognoſcitiuũ, viſum eſt quibuſdam, animam eſſe illud, quod eſt maxime motiuũ & cognoſcitiuum, & quia illud, quod eſt maxime ſubtile, videbatur eis eſſe maxime motiuum & cognoſcitiuũ: ideo dixerunt animam eſſe ignem, qui eſt inter corpora magis ſubtilis & actiuus. Et licet plures eſſent huius opinionis, & ſic opinarentur animam eſſe ignem, Democritus tñ ſubtilius & rationabilius dixit: hoc {enuncians propter quid vtrunq; eorum}. i. rationabilem motus & cognitionis magis expreſsit. Volebat. n. ſicut dictum eſt, ꝙ omnia eſſent compoſita ex athomis. Et licet ſecundũ eum huiuſmodi atomi eſſent principium omnium rerũ, nihilominus tamẽ volebat, ꝙ athomi, qui ſunt figuræ rotundæ, eſſent de natura ignis, & ideo dicebat animã componi ex illis, qui ſunt figuræ ſphæricæ. Et hæc inquantũ ſunt prima principia, dicebat habere rationẽ cognoſcendi, inquantum vero rotunda, rationem mouendi, & ideo inquantum anima erat compoſita ex huiuſmodi corporibus indiuiſibilibus rotundis, dicebat eam cognoſcere & mouere omnia. Vnde ponens illa corpora rotunda de natura ignis, concordabat cum iſtis ꝙ omnia eſſent de natura ignis. Conſequenter cum dicit. I. e. cõ. 31.

At Anaxagoras videtur quidem aliud animã, aliud intellectum mentemue dicere: quemadmodum & antea diximus. Vtitur tamen vtriſque, perinde atq; vna natura: verum mentem principium maxime omniũ ponit. Solam itaq; rerum omnium ipſam ſimplicem & non mixtam & puram eſſe ſinceramque dixit. Atque eidem principio hæc vtraque tribuit: cognitionem, inquam, & motum, dicens vniuerſum mentem eſſe.

Anaxagoras autem videtur quidem alterum dicere animam & intellectum, ſicut diximus prius. Vtitur autem vtriſque ſicut vna natura. Veruntamen intellectum Tex. cõ. 31. Opinio Anax. *ponit principium omnium maxime, ſolumque dicit ipſum eorum, quæ ſunt, ſimplicem eſſe & immixtum & purum. Aſſignat autem vtrunq; eidem principio, cognoſcereque & mouere: dicens intellectum mouere omne.*

Ponit Anax. opinionem, qui in hoc concordabat cũ præcedentibus, ꝙ eidem. ſ. animæ, attribuit rationem cognoſcendi & mouendi. Hic autem aliquando videtur alterum dicere eſſe animam & intellectum, ſicut dictũ eſt

ſuperius,

ſuperius, ſed aliquando vtitur vtriſq;.ſ. anima & intellectu, ſicut vna natura. Ipſe.n. dicebat animam eſſe motiuam & cognoſcitiuam. vnde, cum ipſe poneret intellectum mouentẽ omnia & cognoſcentem, pro eodem accipiebat animã & intellectum. Sed in hoc differebat ab alijs, quia Democritus ponebat animam eſſe naturæ corporeæ, vtpote ex materialibus principijs compoſitam. Anax. vero dicit intellectum eſſe {ſimplicem} vt excludat diuerſitatem in eſſentia {immixtũ} vt excludat componit cũ alio {& purum} vt excludat additionẽ ab alio. Sed mouere & cognoſcere aſsignat eidẽ principio, ſ. intellectui. Nam intellectus ex natura ſua habet, ꝙ ſit cognoſcens, motum aũt habet, quia ipſe, ſicut dictũ eſt, dicit intellectũ omnia mouere. Conſequenter cum dicit.

Thales etiam videtur ex hiſce, quæ tradita memoria ſunt, motiuum quoddam animam ipſam eſſe putaſſe. Siquidem dixit magnetem habere animam, quia mouet, traditque ferrum.

Tex. commen. 32. Opinio Thaletis.

Videtur autem & Thales, ex quibus reminiſcuntur, motiuum aliquid animam opinari: ſiquidem dixit lapidem animam habere, quoniam ferrum mouet.

Ponit opinionem cuiuſdã philoſophi. ſ. Thaletis, qui in hoc ſolum concordat cũ ſuperioribus, quia illud dicit eſſe animã, quod habet virtutem motiuam. Hic enim. ſ. Thales, fuit vnus de ſeptem ſapientibus. Et cum omnes alij ſtuderent circa moralia, hic ſolus dedit ſe inquiſitioni rerũ naturalium, & eſt primus naturalis philoſophus. Et ideo dicit. {Ex quibus reminiſcuntur,} ſcilicet qui volunt ꝙ aqua eſſet principium omnium rerum. Hic enim ſecundum conſiderationem principij in rebus animatis opinabatur eſſe principium omnium rerum. Vnde, cum principia ſeu ſemina omnium animatorũ ſint humida, voluit ꝙ illud eſſet principiũ omnium rerũ quod eſt maxime humidum, & quia huiuſmodi eſt aqua, dixit aquã eſſe principium omnium rerum. Sed tamen non conſequitur opinionem ſuam in hoc quòd diceret animã eſſe aquam, ſed illud dixit animã, quod habet virtutem motiuam. Vnde, cum lapis quidam, ſ. magnes, moueat ferrum, dixit illum habere animam. Ponantur ergo Anax. & Thales cum iſtis, non ꝙ dicant animã eſſe ignem, ſed quia dicunt illud eſſe animam, quod habet rationem ſenſus & cognitionis, ſicut dixit Anaxagoras: ſeu motus, ſicut dixit Thales. Deinde cum dicit.

Thales primus rerũ naturaliũ indagator.

Tex. commen. 33. Opinio Diogenis.

Diogenes autem, ſicut & alij quidã, aerem ipſum cenſuit eſſe: hunc ſubtiliſſimæ ſubſtantię, rerumq; principium eſſe putans. Idcirco cognoſcere atq; mouere animam dixit. Hoc quidem cognoſcere, quomodo primum eſt, & ex hoc ipſo cætera conſtat: hoc autem eſſe motiuum, quo ſubtiliſſimum eſt.

Diogenes autem, ſicut & alteri quidam, aerem hunc opinans omnium ſubtiliſſimum eſſe & principium, & propter hoc cognoſcere & mouere animam. Secundum quidem quòd primum eſt, & ex hoc reliqua cognoſcere: ſecundum vero quòd ſubtiliſſimum eſt, motiuum eſſe.

Ponit opiniones illorum, qui dicunt aerem eſſe primũ principiũ & animam. Et ij quidem ſunt tres. Primo ergo ponit opinionẽ Diogenis, qui volebat quòd aer eſſet principium omnium, & eſſet ſubtiliſsimũ omnium corporum. Vnde & animam dixit eſſe aerem, & ex hoc habere virtutem cognoſcendi & mouendi. Virtutem quidem cognoſcendi habet, quia aer ſecundũ eum eſt principium omnium. Cum enim cognitio fiat per ſimile, ſicut dictum eſt, oportebat ꝙ ſi anima cognoſceret omnia, eſſet compoſita ex principijs omnium rerum. Virtutẽ vero mouendi habet, quia aer eſt ſubtiliſsimũ oĩum corporũ, & ideo maxime mobilis. Secundo cum dicit.

Opinio Heracliti.

Heraclitus quoq; principium ait animam eſſe. Quippe cum exhalationem eſſe, ex qua cætera dicit conſtare: & maxime incorporeum eſſe: & ſemper fluere dicat, atq; id quod mouetur, ab eo quo motu cietur, cognoſci conſtat. Moueri autem res vniuerſas & ipſe & alij complures arbitrabantur.

Heraclitus autem principium eſſe dicit animam, ſiquidem vaporem ex quo alia conſtant: etenim incorporaliſſimum eſſet & fluens ſemper. Quod vero mouetur ab eo quod mouetur cognoſci. In motu autem eſſe quæ ſunt, & ille arbitratus eſt & multi.

Ponit opinionem Heracliti, qui non dicebat ſimpliciter aerem eſſe principium rerũ, ſed aliquod coniunctũ aeri, ſ. vaporem, qui eſt medius inter aerem & aquã. Hic enim non poſuit aquam, ſeu ignem, vel aerem principiũ rerum, ſed aliud medium, quia non poſuit niſi materialia tantum. vnde illud voluit eſſe principium rerum, ꝙ eſſet magis remotum à contrarietate. Et hoc videbatur ei ꝙ eſſet vapor. & ideo ſecundum hoc voluit, ꝙ anima eſſet vapor, quia ex hoc dicebat animam maxime cognoſcitiuam & motiuam eſſe. Ipſe.n. fuit huius opinionis, ꝙ omnia eſſent in continuo fluxu, & ꝙ nihil vel ad horam quieſceret, nec poterat aliqua oratio determinate dici. Vnde cum vapor eſſet inter alia maxime fluxibilibus, dixit illum eſſe omnium rerum principium. Et hunc dicit eſſe animam. Et dixit ꝙ naturam cognoſcitiuam habet ex hoc ꝙ eſt principium: motiuã vero ex hoc quòd eſt incorporaliſsimum & fluxibile. Tertio vero cum dicit.

Simili modo & Alcmeon de anima putaſſe videtur. Dicit enim ipſam immortalem eſſe, ex eo, quia ſimilis ipſis immortalibus eſt. Quod quidem ideo dixit ipſi competere, quia ſemper mouetur. Mouetur enim & res omnes diuinæ continue ſemper: Luna, inquam, Sol, Stellæ, totumque cœlum.

Opinio Alcmeonis.

Similiter autem his & Alcmeon opinari viſus eſt de anima. Dicit n. ipſam immortalem eſſe, propter hoc quòd aſſimilatur immortalibus. Hoc aũt ineſſe ipſi, tanquam ſemper motæ: moueri enim & diuina omnia continue ſemper: Lunam, Solem, Aſtra & totum cœlum.

Ponit opinionem Alcmeonis, qui cõcordabat cũ iſtis quãtum ad motum tantũ, qui dicebat animam eſſe quid mobiliſsimum. Vnde, quia ſemper mouetur, aſsimilatur immortalibus, ſ. corporibus cęleſtibus, & ideo dicit eam immortalem, ſicut corpora cœleſtia, & ſic eſſe de natura cœleſti & diuina, quæ ſemper mouetur, vt luna, & ſol, & huiuſmodi, quæ ſemper mouentur & immortalia ſunt. Nam ſ'm eum, ſicut motus cauſat in eis immortalitatẽ, ita & in aĩa, quę naturę mobiliſsimę eſt. Deinde cũ dicit.

Quidam & magis importuni animam aquam eſſe dixerunt: vt Hippo. Qui quidem ad hanc ſententiam ratione ſeminis videtur eſſe compulſus, quia omnium ſemen humidum eſt. Etenim redarguit eos, qui ſanguinem animam aſſerunt: quia ſemen ſanguis non eſt. Hoc vero primam animam eſſe ait.

Opinio Hippo.

Magis autem Rudium & aquam quidam exiſtimauerunt: vt Hippo. Suaderi enim viſi ſunt ex genitura, quoniam omnium humida eſt. Etenim arguit ſanguinem dicentes animam: quoniam genitura non eſt ſanguis. Hanc autem eſſe primam animam.

Hic ponit opinionem illorum, qui poſuerunt aquam primum principiũ omnium rerum. Fuerunt.n. quidam rudes diſcipuli, & ſequaces Thaletis: qui, ſicut dictũ eſt,

voluerunt

voluerunt comparare principium vnius rei ad principiũ totius naturæ. Et iſti videbant, ꝙ principium omnium viuentium ſit humidũ: vnde opinabantur, ꝙ eodem modo principium omnium rerũ ſit humidum. Cum igitur aqua ſit humidius elementum inter cætera, dixerunt ipſam eſſe principiũ omnium rerum; & vſq; ad hoc ſecuti ſunt magiſtrum ſuum, ſ. Thaletem. Sed in hoc differunt: quia Thales, licet poneret aquã eſſe omnium principiũ, non tñ dixit animam eſſe aquam, ſed virtutẽ mouentem, ſicut dictum eſt. Iſti vero de numero rudium dixerunt animã eſſe aquam: vt Hippo. Hic nanq; arguebat quoſdam, qui dicebant, animã eſſe ſanguinem, ex hoc ꝙ ſanguis nõ eſt genitura ſeu ſemen rerum animatarum, quã dicebant eſſe primam animam: & hoc attribuebãt aquæ propter humiditatem. Conſequenter cum dicit.

Sunt & qui ſanguinem ipſam eſſe dixerũt, vt Critias. Sentire ipſum maxime propriũ animæ eſſe putantes: quod quidem cõpetere propter naturam ſanguinis crediderũt.

Opinio Critiæ. *Alij autem ſanguinem, quemadmodum Critias, ipſum ſentire, animæ maxime proprium opinantes: hoc autem ineſſe propter naturam ſanguinis.*

Ponit opinionem cuiuſdã philoſophi, qui magis conſiderans animam quãtum ad cognitionem, adhuc groſſius locutus eſt de ipſa: dicens ipſam eſſe ſanguinem. Cuius ratio eſt, quia in animali non eſt ſenſus ſine ſanguine, & ideo, cum anima ſit principium cognoſcendi, dixit ipſam eſſe ſanguinẽ, ſine quo non eſt ſenſus animali, exanguia enim, puta oſſa & vngues, & dentes, ſine ſenſu ſunt, licet nerui ſine ſanguine exiſtẽtes maxime ſenſitiui ſint. Et hoc dixit Critias. Quia vero poſſet quæri, quare in conſideratione de anima non facit mentionem de terra, ſicut de alijs elementis, ideo excuſat ſe cum dicit.

Ita omnia elementa, præter terram, iudicem habuerant. Hanc autem nemo tribuit animæ: niſi quiſpiam dixerit ex omnibus elementis conſtare, aut omnia eſſe.

Omnia enim elementa iudicem acceperunt, præter terram. Hanc autem nulli protulerunt: niſi aliquis dixerit ipſam ex omnibus elementis eſſe, aut omnia.

Quòd ſecundum hoc opinati ſunt de anima, ſicut de principijs. Vnde terra {nullum iudicem accepit}. i. nullus iudicauit eam eſſe principium, & per conſequens nullus dixit animam eſſe terram, niſi forte aliquis dixerit animam componi ex omnibus principijs, ſicut Emped. aut omnia principia, ſicut Democritus. Deinde cum dicit.

Vt igitur in ſummam omnia redigamus, tribus his omnes animam: motu, ſenſu, incorporeoq; diffiniunt: quorũ vnumquodq; reducitur ad principia rerũ, vt patuit: Quapropter & ij, qui cognitione diffiniunt animam, aut elementum, aut ex elementis faciunt ipſam, ſimiliter omnes, præter vnum, dicentes. Inquiunt enim ſimile ſimili ſibi cognoſci. Atq; cum vniuerſa cognoſcat ac percipiat anima, ex vniuerſis rerum principijs ipſam conſtare dicunt. Quibus igitur placuit vnam cauſam, elementumq́; vnũ ponere rerum, ij animam etiã vnum, velut ignem, aut aerem eſſe ponunt: Qui uero plura rebus principia tribuũt, ij plura quoq; dicunt animam eſſe.

Tex. commen. 34. *Diffiniunt autem omnes animam, tribus (vt eſt dicere) motu, ſenſu, & incorporeo. Horum aũt vnumquodq; redacitur ad principia. Vnde & in cognoſcendo diffinientes ipſam, aut elementum, aut ex elementis faciant, dicentes ſimiliter inuicem præter vnũ. Dicunt enim ſimile cognoſci ſimili. Quoniam autẽ anima omnia cognoſcit, conſtituant eam ex omnibus principijs. Quicunque quidem igitur vnam aliquam dicunt cauſam, & elementũ vnum, & animam vnũ ponunt, vt ignem, aut aerem. Plura vero dicentes principia, & animam plura dicunt.*

Epilogat & colligit ex his omnibus, quæ dixit, ſuam intentionem. Et primo quantũ ad ipſa principia. Secundo vero quantum ad cõtrarietates, quæ ſunt in ipſis principijs. ibi. {Quicunq; autem cõtrarietates, &c.} Quantum vero ad ipſa principia, quia ipſi tria attribuebant animæ, ſ. ꝙ ſit quid ſubtiliſſimum: ꝙ ſit quid cognoſcitiuũ, & ꝙ ſit quid motiuum, & hæc tria, ſ. ſenſus, motus, & incorporeum, reducunt in principium. Illud. n. dicunt eſſe principium, quod eſt ſimplex. Item principium ex ſe habet ꝙ ſit cognoſcitiuum, quia, ſicut dictum eſt, ſimile ſimili cognoſcitur, vnde & dicebat animam componi ex elementis, aut eſſe elementa, quia dicebant ꝙ ſimile ſimili cognoſcitur, præter Anax. qui ponebat intellectum immixtum. Item quia principium eſt ſubtiliſſimum, dicebãt illud maxime motiuum; & quia anima cognoſcit omnia, dicunt ipſam cõponi ex omnibus principijs. Et hoc dicunt omnes: quia ſecundum ꝙ ponunt principia, ita ponunt animam. Vnde quicunque ponunt vnam aliquam cauſam ſeu principiũ & elemẽtum vnum, illi dñt animã eſſe illud vnum, ſicut iam patet: vt ignem, aut aerem, ſeu aquam. Item illi, qui dicunt plura principia eſſe, iſti ſilr aiunt animã eſſe plura illa, ſiue ex his componi.

Solus autem Anaxagoras mentem paſſione vacare dicit: & nihil prorſus cum cæteris habere commune. Verum, cum talis ſit, quonam pacto cognoſcet, & quam ob cauſam, neq; ille dixit, neq; ex dictis perſpici poteſt.

Anaxagoras autem ſolus impaſſibilem dicit intellectum, & nihil commune nulli aliorum habere. Huiuſmodi aũt eum ſit, quomodo cognoſcit, & propter quam cauſam, neq; ille dixit, neq; ex his, quæ dicta ſunt, conſpicuum eſt.

Et quia dixerat, ꝙ omnes cõueniunt in hoc, quòd dicunt animam cõponi ex principijs, quia oportet cognoſci ſimile ſimili: præter vnum, ſ. Anaxa. ideo cum dicit {Anaxa. autem ſolus} oſtendit qualiter differt ab eis, dicens ꝙ Anax. ſolus dixit intellectum eſſe impaſſibilem, nec habere aliquid cõmune alicui, i. nulli eorum, quę cognoſcit ſimilem. Sed qualiter cognoſcit intellectus, neq; Anax. dixit, neq; eſt manifeſtum ex his, quæ dicta ſunt.

Conſequenter etiam cum dicit.

At vero qui cõtrarietates in principijs faciunt, ij conficiunt animam etiam ex contrarijs. Qui vero tantum alterum ponunt contrariorum, calidum inquam, aut frigidum, aut aliquid aliud huiuſcemodi, ij ſimiliter & animã vnum iſtorum aſſerunt eſſe. Quapropter & nomina ipſa ſequuntur. Nam ij, qui calidã eſſe dicunt, inde, inquiunt, ipſum viuere ductum nominatumq́ue fuiſſe. Et ij rurſus, qui frigidam eſſe cenſent, animam inde nuncupatam ob reſpirationem & refrigerationem aſſerunt eſſe. Hęc igitur, quæ de anima tradita ſunt à maioribus noſtris, & hæ ſunt cauſæ, ob quas illi talia de ipſa dixerant.

Quicunq; autem contrarietates faciunt in principijs, Tex. commen. 35.
& animam ex contrarijs conſtituunt. Quicunque autem alterum contrariorum, ut calidum, aut frigidum, aut aliquid huiuſmodi aliud & animam ſimiliter vnum aliquid horum ponant. Vnde & nominibus conſequuntur, vt calidum quidem dicentes, quia propter hoc & hoc viuere nominatam eſt. Qui autem frigidum propter reſpirationem & refrigerationem vocari animam. Tradita quidem igitur de anima, & propter quas cauſas dicunt ſic, hęc ſunt.

Colligit intentionem ſuam quantum ad contrarietates, quæ in ipſis principijs ſunt: dicens, quòd quidam ponunt principia rerum contraria, & ij conſtituunt animam

ex principijs contrarijs,ſicut Empe. Dans enim elementis caliditatem,frigiditatem,humiditatem & ſiccitatem, dat & animę ineſſe contrarietates has. Dixit enim,ꝙ terra terram intuemur,aquam autem aqua,&c. Quidã vero poſuerunt principium omnium eſſe vnum elementorum & illius qualitatem appoſuerunt animæ, ij quidem ignis caliditatem,qui dixerunt principium omnium eſſe ignem,illi vero, qui dicunt primum principium aquã apponunt animæ frigiditatem. Vnde ſecundum qualitates principiorum,quæ ponunt, dicũt ſimiliter eſſe animam, vt de natura caloris aut frigoris, & huiuſmodi. Et hoc etiam oſtendunt ex nominibus,quibus nominant ipſam animam, quia illi, qui dicebant animã eſſe de natura caloris,denominabãt eam à çin vel çoin,i.viuere,quod denominatum eſt çein,quod eſt feruere. Illi vero, qui dicebant animã de natura frigoris,nominabãt eam pſichron, quod eſt frigidum, vnde & ab hoc venit pſichi,i.anima propter refrigerationem,quæ ſaluat animal ex reſpiratione. Sic ergo patet ꝙ alij nominabãt animam à vita,ſ.illi qui dicebant ipſam de natura caloris. Alij autem reſpiratione,ſ. illi qui dicebant ꝙ erat de natura frigoris. Ex his omnibus concludit dicens,quòd hæc ſunt,quę tradita ſunt de anima, & ꝓpter quas cauſas ſic dicunt de ipſa.

ζῆν
ζεῖν
ψυχρὸν,
ψυχή.

LECTIO VI.

Aduerſus illos pluribus rationibus contendit,qui animam ſecundum ſubſtantiam moueri opinabantur.

Conſiderandum eſt autem primum de motu. Nam fortaſſe non ſolum falſum eſt, ſubſtantiam animæ talem eſſe,qualem ij dicunt, qui animã id aſſerunt eſſe,quod ſeipſum mouet,aut mouere poteſt,ſed etiam vnũ id eſſe quoddam videtur eorum, quæ nequeunt eſſe, motũ, inquam, ipſi ineſſe,atq; competere. Non neceſſarium igitur eſſe id omne moueri quod mouet, olim iam diximus & probauimus: Cum autem omne quod motu mouetur, dupliciter moueatur,aut enim per aliud, aut per ſe mouetur. Per aliud autem id omne moueri dicimus, quod eſt in eo, quod motu mouet. Vt nauigantes: hi nanque non perinde atq; nauis mouentur. Hæc enim per ſe mouetur, illi vero motu mouẽtur,quia ſunt in eo quod motu mouetur. Quod quidem ita eſſe patet in partibus. Motus enim proprius pedum,eſt ambulatio: qua mouentur & homines. tunc autem hiſce motus non in eſt,vt patet,in nauigantibus. Cum igitur id quod mouetur, vt diximus, biſariam dicatur moueri conſideremus nunc oportet de anima, ſi per ſe moueatur, motuſq́; particeps ſit.

Moueri dupliciter contingit per ſe & per aliud, & quomodo vtrunq; fiat.

Tex. commen. 36.

Conſiderandum autem primum quidem de motu. Fortaſſis enim non ſolum falſum eſt,ſubſtantiam ipſius huiuſmodi eſſe,qualem aiunt dicentes animam eſſe,quod eſt ſeipſum mouens, aut poſſibile mouere. Sed vnum quiddam impoſſibilium ineſſe ipſi motum. Quod quidem igitur nõ neceſſe ſit, mouens & ipſum moueri,prius dictum eſt. Dupliciter.n.mouetur omne. Aut enim ſecundum alterum, aut ſecundum ſeipſum. Secundum alterum dicimus,quæcunque mouentur ex eſſe in eo quod mouetur, vt nautæ. Non.n.ſimiliter mouentur naui. Hæc quidem ſecundũ ſeipſam mouetur,illi autẽ ex eſſe in eo quod mouentur. Manifeſtum autẽ in partibus eſt. Proprius quidem.n.motus pedum,ambulatio,hæc aũt & hominũ eſt. Non ineſt aũt nautis tunc: Dupliciter itaq; dicto moueri, nunc intendimus de anima, ſi per ſeipſam mouetur et participat motu.

Tex. commen.37.

Tex. commen.38.

Supra poſuit Philoſophus opiniones aliorum philoſophorum de anima,hic conſequenter diſputat contra eas. Sunt autẽ tria,quæ dicti philoſophi attribuebant animę, ſcilicet ꝙ ſit principium motus, ꝙ ſit principium cognitionis & ꝙ ſit incorporaliſsimum. Inter quæ duo ex eis ſunt quaſi principalia, quæ primo & per ſe animæ attribuebant,ſ.ꝙ ſit principium motus, & quòd ſit principiũ cognitionis. Tertium autem,quod attribuebant animæ, ſcilicet ꝙ ſit ſubtiliſsimum, quantum ad aliquid bene dicitur,quantum ad aliquid male. Si enim ſubtiliſsimũ accipiatur ſimpliciter dictum de anima, ſic bene dicitur, quia ſine dubio anima incorporaliſsima & ſubtiliſsima eſt. Si autem non accipiatur ſimpliciter,ſed cum corpore, vt dicatur anima ſubtiliſsimum corpus,ſic male dicitur. Et ideo philoſophus non vtitur niſi duobus tantũ,ſ. motu & cognitione. Diuiditur autẽ pars iſta in tres partes. Primo enim inquirit de anima contra opiniones philoſophorum ſecundum quas dixerunt ipſam animã eſſe principium motus, Secundo contra opiniones eorũ qui dixerunt ipſam eſſe principium cognitionis. ibi {Tribus autem modis traditis, &c.} Tertio vero mouet quãdam quæſtionem, vtrum,ſ.mouere,ſentire, & cognoſcere attribuantur animæ, ſicut vni principio, vel ſicut diuerſis. ibi {Quoniam aũt cognoſcere animæ eſt.} Prima pars diuiditur in duas. In prima diſputat contra ea quę dicuntur de anima ſecundum quòd eſt principium motus, ex eo ꝙ ponunt ipſam principium motus. Secundo contra quandam opinionem, quia ſupra hoc ꝙ dixerant animã eſſe principium motus,quidam attribuunt ipſi animæ aliquid aliud,ſ.ꝙ ſit numerus mouens ſeipſum.ibi {Multis aũt his quæ dicta ſunt irrationabilius.} Prima pars diuiditur in duas. Primo enim diſputat contra opiniones illorum,qui attribuebãt motum animæ,ſecundum ꝙ ipſi attribuunt animæ motum. Secundo inquirit, vtrum per aliquã aliam viam,motus animę attribui poſsit.ibi {Rationabilius autem dubitabit,&c.} Pars prima diuiditur in duas. Primo enim diſputat in communi contra illos, qui dicunt animam principiũ motus. Secundo vero deſcendit ad quaſdam quæſtiones in ſpeciali.ibi {Quidam autem & mouere,&c.} Prima pars diuiditur in duas. Primo enim manifeſtat ſuam intentionem. Secundo ponit rationes ad propoſitum oſtendendum,ibi.{Quatuor autem modis cum ſint, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſicut ex ſuperioribus habetur, Philoſophi ex duobus venerũt in cognitionem animæ.ſ.motu & ſenſu. Et inter hęc primo conſiderãdum eſt de motu. Omnes autem Philoſophi, qui venerunt in cognitionem animæ ex motu, hoc principium habebant cõmune,ſ.ꝙ omne,quod mouet, mouetur: vnde quia naturale eſt animæ ꝙ moueret, credebant ꝙ ei ſit cõnaturale ꝙ moueretur,& hoc habere animam ex ſubſtantia ſua.vnde & ponebant in eius diffinitione motum, dicentes animam eſſe quid mouens ſeipſum. Eſt ergo hic contra duo diſputandum.ſ.contra rationem poſitionis,& contra ipſam poſitionem. Vtrunq; enim eſt falſum. Nam & ratio poſitionis iſtorũ falſa erat, & eorum poſitio. Hoc.n.quod ſupponebant tanquã per ſe verum,ſ.ꝙ omne quod mouet mouetur,falſum eſt, ſicut ſatis probatur, in.8.Phyſic. vbi oſtenditur,quòd eſt quoddam mouens immobile. Et quantum ad hoc pertinet, breuiter poteſt oſtendi ꝙ ſi aliquid mouet, nõ oportet ꝙ moueatur. Cõſtat enim ꝙ ſecundum ꝙ mouet,eſt in actu,ſecundum ꝙ mouetur,eſt in potẽtia, & ſic idem & ſecundum idem eſſet in actu & potentia,quod eſt inconueniens. Sed hoc prętermiſſo diſputemus ad poſitionem eorum, vtrum, ſcilicet anima moueatur. Dicebant autem iſti duo.ſ.quòd anima mouetur,& ꝙ motus eſſet de ſubſtantia animæ. Ariſtot. autem vtrunque negat dicens

Veteres philoſophi tria animæ tribuerunt.

Tex.commen.21.& inde.

cens quòd {Fortaſsis.} Hoc dicit, quia nondum probauerat hoc, quod dicit, ꝙ non ſolũ falſum eſt quòd motus ſit de ſubſtantia animæ, ſm quòd dicũt diffinientes ipſam, dicentes animã eſſe quod eſt ſeipſum mouens, aut poſsibile mouere, ſed totaliter impoſsibile eſt ipſi animæ conuenire ꝙ moueatur. Et hoc prius dictũ eſt, ſ. in. 8. Phyſi. videlicet quòd non ſit neceſſe omne mouens moueri. In mouente etiam ſeipſum, duo ſunt, vnum mouẽs, & aliud motum: & impoſsibile eſt, ꝙ illud, quod eſt mouens, moueatur per ſe. In animalibus autẽ licet non moueatur per ſe pars mouens mouetur tamen per accidens. Omne. n. quod mouetur, mouetur dupliciter: quia vel ſecundum ſe, vel ſecundum alterum, ſeu per accidens. ſecundum ſe, quando res ipſa mouetur, vt nauis: per accidens, vel ſecundum alterum, quando non mouetur ipſum, ſed illud, in quo eſt, ſicut nauta in naui mouetur, non quia ipſe moueatur, ſed quia nauis mouetur. Vnde hæc eſt vera, ſ. nauis mouetur ſecundũ ſe, nauta vero ſecundum accidens. Et quòd nõ mouetur nauta per ſe, patet: quia qñ aliquis mouetur per ſe, mouetur ſecundũ partes ſuas, ſicut in ambulatione prius eſt pedũ ambulatio, & hoc, cum eſt nauta in naui, non ineſt ei. Sic ergo patet, quòd moueri dicitur dupliciter, ſecundum ſe, & ſm accidens, ſed iſti attribuebant animæ moueri ſecundũ ſe, & ideo prętermiſſo, ad præſens vtrum anima moueatur per accidens intendamus de anima ſi mouetur ſm ſe, & participat motu, ſicut iſti dicebãt. Et ꝙ non mouetur per ſe probat Ariſt. ſex rationibus. Circa quas rationes conſiderandum eſt, ꝙ licet rationes Ariſt. parum videantur valere, nihilominus ſunt efficaces, quia ſunt ad poſitionem. Aliter. n. argumentandum eſt ad eum, qui ſimpliciter intendit veritatem, quia ex veris oportet procedere, ſed qui arguit ad poſitionem, procedit ex datis & ideo frequenter Ariſ. & quando argumentatur ad poſitiones, videtur ꝙ inducat rationes parũ efficaces, quia procedit ex datis ad interimendũ poſitionem. Sic ergo primam rõnem ponit. ibi.

Tex. commen. 34. & inde.

Aliter argumentamur ſimpliciter, & aliter ad hominem.

Cum igitur quatuor ſint motus: Latio, alteratio, accretio atq; decretio, aut iſtorum vno, aut pluribus, aut omnibus (vt patet) mouebitur. Quod ſi nõ per accidens moueatur, natura ſanè motus inerit ipſi. At ſi hoc ſit, locus etiam eidem identidem competet. Omnes enim iam dicti motus in loco ſunt. Quod ſi ſubſtantia ſit anima, ſeipſam motu mouere, non per accidens inerit ipſi motus, vt ineſt albedini, aut tricubito. Mouentur enim & ipſa, verũ per accidens: quippe cũ corpus id moueatur, cui res tales inſunt. Quapropter & locus nullus ipſorũ eſt. At erit anima ſine controuerſia locus, ſi natura motus particeps eſt.

Tex. commen. 39.

Quatuor autem motus cum ſint: loci mutationis, alterationis augmenti, & decrementi, aut ſecundum vnũ horum mouebitur, aut ſecundum plures, aut omnes. Si vero mouetur non ſecundũ accidens, natura inerit motus ipſi. Si autem hoc, & locus. Omnes. n. dicti motus in loco ſunt. Si autem eſt ſubſtantia animæ, mouere ſeipſam: non ſecundum accidens moueri ipſi inerit, ſicut albo & tricubito: mouentur. n. & hæc, ſed ſecundum accidens. Cui. n. hæc inſunt, mouetur illud corpus. Vnde nõ eſt locus ipſorum. Animæ autem erit: ſiquidem natura motu participat.

Animã non moueri per ſe ꝓbat ſex rationibus. Prima.

Quæ talis eſt. Si anima mouetur, aut mouetur per ſe, aut per accidens: Si per accidens, tunc motus non erit de ſubſtantia animæ: quod eſt cõtra eos, ſed mouetur ſicut album & tricubitum, quæ mouentur ſecundũ accidens, & ideo non exigitur ad hoc locus ipſis. Si vero mouetur per ſe, ergo mouetur aliqua ſpecie motus. Species autem motus ſunt quatuor, ſcilicet ſecundum locũ, augmenti, & decrementi, & alternationis. Generatio. n. & corruptio non ſunt proprie motus, ſed mutationes, quia motus ſunt ſucceſsiui, ſed generatio & corruptio ſunt mutationes inſtantaneę. Ergo anima mouebitur aliqua ſpecie iſtorum motuum, vel ſecundum locum, vel ſecundum augmentum, vel ſecundum decrementum, vel ſecundum alterationem. Si ergo mouetur aliquo iſtorũ, & omnes hi motus ſunt in loco, ergo anima erit in loco. In hac autem ratione videntur eſſe duo dubia. Vnum de hoc, quod dicit, ꝙ omnes dicti motus ſunt in loco: & quidem de locali & de motu augmenti & decremẽti manifeſtum eſt: ſed de alteratione videtur difficile. Quod quidem ac intelligitur ab aliquibus, quia omne quod alteratur eſt corpus, & corpus eſt in loco, ideo alteratio dicitur fieri in loco. Sed hoc non ſaluat literam Ariſt. quia Ariſt. dicit ꝙ huiuſmodi motus ſunt in loco, & nõ ſunt ſecundum locum. Et ideo dicendum ꝙ ſine dubio alteratio eſt in loco. Aliud enim eſt motus in loco, & aliud motum eſſe ſecundum locum. Alteratio non eſt ſecundum locum, ſed in loco. Nam in alternatione oportet ꝙ ſit appropinquatio alterantis ad alteratũ, & ſine hoc nihil alteratur. Vnde cum appropinquatio fiat per motum localem, oportet ꝙ ſit ibi motus localis vt cauſa. Secundũ dubium eſt, quia ſecundum iſtos nõ erit inconueniens ſi anima eſſet in loco, cum ponerent eam moueri per ſe, & ideo non videtur valere ſua ratio. Ad hoc autem poteſt reſponderi dupliciter. Vno modo ꝙ iſtud inconueniens, deducitur per ſequens rões. Alio modo quia ꝓpter hoc eſt inconueniens, quia ſi anima eſſet in loco, oporteret quòd aſsignaretur ſibi locus proprius in corpore ſeparatus, & ſic non eſſet forma totius corporis. Secundam rationem ponit cum dicit.

Dubium.

Reſponſio.

Impugnatio.

Secũda reſpõſio melior.

Quomodo alteratio ſit mot' in loco.

Dubium.

Reſponſio duplex.

Præterea ſi natura motu cietur, vi quoque moueri poteſt, & ſi vi mouetur, & natura moueri poteſt. Eodem modo de quiete quoque dicere poſſumus. In hoc enim natura res quieſcere ſolet: in quòd ſuapte natura mouetur. In hoc pari modo vi plane quieſcit, in quod vi pulſa mouetur. At qui motus erunt animæ violenti, quieteſúe, neque ſi fingere volumus, aſſignare facile poſſumus.

Amplius autem ſi natura mouetur, & violentia mouebitur, & ſi violentia, & natura. Eodem autem modo ſe habet de quiete In quod enim mouetur natura in hoc natura quieſcit. Similiter autem & ad quod mouetur violentia, & quieſcit in hoc violentia. Quales autem violenti motus animæ erunt, & quietes neq; fingere volentibus facile eſt reddere.

Tex. commen. 40.

Quæ talis eſt. Si anima mouetur per ſe ſecundum locum, mouetur naturaliter: omne autem quod mouetur naturaliter, mouetur violenter: ſed ſi mouetur naturaliter quieſcit naturaliter, & ſi quieſcit naturaliter, quieſcit violenter, ergo anima mouetur violenter, & quieſcit violenter. Sed hoc eſt impoſsibile. ſ. ꝙ moueatur violenter, & quieſcat violenter, quia motus animæ & quies ſunt voluntarij. In hac autem ratione videtur dubium eſſe, ſ. ꝙ id quod mouetur naturaliter, moueatur violenter: nam cęlum mouetur naturaliter, non tñ violenter. Ad hoc dicendum eſt, ꝙ illa propoſitio ſm veritatem falſa eſt, ſed ſm poſitionem vera, quia iſti nullũ corpus ponebant naturaliter motũ, niſi quatuor elemẽta, in quibus videmus motus & quietes naturaliter & violẽter fieri, & ſecundũ hoc procedit ratio. Tertiam rationem ponit cum dicit.

Secunda ratio.

Dubium.

Reſponſio.

At vero ſi ſurſum mouebitur, ignis erit: ſi deorſum terra. Hiſce nanq; corporibus hi motus competunt. Eadem eſt & de medijs corporibus ratio.

Amplius,

Amplius, ſi quidem ſurſum mouebitur, ignis erit: ſi vero deorſum terra. Horum enim corporũ motus hi ſunt. Eadem autem ratio & de medÿs.

Tertia ratio.

Quæ talis eſt. Illi dicunt quòd anima mouetur, & ex hoc mouet corpus, & hunc motum dicunt habere ab aliquo elementorum: aut ergo ſequitur motum ignis, aut terrę, aut aliorum elementorum: Si ergo participat motum ignis mouebitur ſolum ſurſum: ſi terræ, deorſum. Sed hoc eſt falſum, quia anima mouet ad omnẽ partem. Et hæc ratio procedit ex ſuppoſitione. Quartam rationem ponit cum dicit.

Præterea cum videatur anima corpus mouere, rationi conſentaneum eſt, ÿs motibus ipſum mouere, quibus & ipſa mouetur. Quod ſi id ſit conuertendo vere quoq; dicere poſſumus, eo ipſam motu moueri, quo mouetur & corpus. At latione corpus mouetur. Quare mutabitur & anima perinde atq; corpus, & aut tota, aut partibus locum mutabit. Quod ſi id fieri poteſt, fieri quoq; poteſt, ut egreſſa, rurſus corpus ingrediatur. Ex quo fiet, vt animalium ea, quæ mortem obierunt, reſurgant.

Tex. commen. 41.

Quoniam autem videtur mouere corpus, rationabile eſt his mouere motibus, quibus & ipſa mouetur. Si autem hoc, & conuertentibus erit dicere verum quòd ſecundum quod corpus mouetur hoc & ipſa. Corpus autem mouetur ſecundum loci mutationem, quare & anima mouebitur ſecundum corpus, aut tota, aut ſecundum partes tranſlata. Si autem hoc contingit, & exeuntem iterum ingredi continget, fieri nullo modo poteſt, vt mortui reuiuiſcant. Ad hoc autem ſequetur, reſurgere mortua animalium.

Quæ talis eſt. Vos dicitis animam ex hoc moueri, ꝙ mouet corpus, ergo rationabile eſt dicere, ꝙ illis motibus mouet corpus, quibus ipſa mouetur: & ecõuerſo, verum erit dicere ꝙ illis motibus mouetur, quibus mouet corpus. Sed corpus mouetur ſecundũ loci mutationem, ergo anima mouetur ſecundũ locum. Sed ſi moueri animam ſecundum locum eſt mutare corpus, contingit ipſam animam exeuntem iterũ intrare corpus. Et quia animam ingredi corpus eſt viuificare corpus, ſequit̃ ad hoc mortua de numero animalium, ſm naturam reſurgere,

Obiectio.

quod eſt impoſsibile. Cõtra hanc rõnem aliqui obijciũt dicentes, quòd hoc, ſ. quòd anima moueat eiſdem motibus quibus mouetur, non eſt verum, quia anima nõ mouetur niſi ſecundum appetitũ & voluntatem, mouet autem corpus alijs motibus. Ad quod dicendum, ꝙ appetere, & velle, & huiuſmodi non ſunt motus animæ, ſed

Motus ab operatione diſtinguitur lege etiam, huius lectionis finem.

operationes. Motus aũt & operatio differunt, quia motus eſt actus imperfecti, operatio vero eſt actus perfecti. Nihilominus tamen vera eſt illa propoſitio ſecundũ poſitionem, quia illi dicebant animam non aliter mobilem, niſi ſm quòd mouet corpus. Sed nunquid ſequitur illud inconueniens, ꝙ reſurgant corpora animaliũ ſi anima mouetur ſm locum. Dicendum ꝙ quibuſdam dixerunt quòd anima eſt cõmixta toti corpori, & vnita ſm quãdam proportionem, & ꝙ non ſeparatur niſi ſoluatur illa proportio, vnde quantum ad iſtos non ſequitur. Sed quantum ad illos qui dicunt animã eſſe in corpore, vt in loco ſeu in vaſe & intrare, & egredi aliqñ, ſequitur illud inconueniens Ariſt. Quintam rationem ponit cũ dicit.

At enim motum per accidens, ab alio quoque mouebitur. Animal enim vi pelli poteſt. Non autem oportet, cuius in ſubſtantia ineſt, à ſeipſo moueri, id ab alio, motu moueri, niſi per accidens, quemadmodum neque quod per ſe, vel propter ſe bonum eſt, hoc quidem propter aliud, illud vero alterius cuiuſpiã gratia eſſe oportet. Animam aũt, ſi mouetur, à ſenſibilibus maximæ quiſpiam dicet moueri.

Motum autem ſecundũ accidens, & ab altero moueatur. Depelletur enim vtiq; violentia animal. Non oportet autẽ cui à ſeipſo moueri ineſt in ſubſtantia, hoc ab alio moueri, niſi ſecundum accidens, ſicut neq; quod ſecundum ſe bonũ, aut propter ſeipſum, hoc quidem propter aliud eſſe, hoc aũt alterius cauſa. Animam autem maxime dicet aliquis vtiq; à ſenſibilibus moueri, ſi quidem mouetur. Tex. commen. 42. Tex. commen. 43.

Quæ talis eſt. Conſtat ꝙ illud, quod ſecundũ ſe ineſt alicui rei, non eſt neceſſe ꝙ inſit ei ſecundum aliud, niſi forte per accidens. Si ergo ineſt animæ ꝙ moueatur ſecundum ſe, & ſm naturam ſuam, neceſſarium eſt ꝙ anima ſit mobilis ſecundum ſe, ergo nõ indiget ꝙ moueatur per aliud & ab alio. Sed nos videmus quòd mouetur à ſenſibilibus in ſentiendo, & ab appetibilibus in appetendo, non ergo anima per ſe mouetur. Ad hoc obuiant Platonici dicentes, quòd anima non mouetur à ſenſibilibus, ſed occurrunt motui animæ, inquantum anima diſcurrit per ea. Sed hoc eſt falſum, quia ſicut Ariſtot. probat, intellectus poſsibilis reducitur per ipſa, ſ. per ſpecies rerum ſenſibilium, in actum, & ideo oportet ꝙ moueatur ab eis hoc modo. Sextam rõnem ponit cum dicit. Quinta ratio. Solutio.

At vero ſi mouet ſeipſam anima, & ipſa quoq; mouetur. Quare cum omnis motus, exitus atque remotio ſit eius, quod motu mouetur, ea ratione, qua motum ſubit, anima nimirum ex ſubſtantia dimouetur & exit, niſi ſeipſam per accidens mouet. At motus, vt inquiunt, ſubſtantiæ eſt ipſius per ſe.

At vero ſi mouet ipſa ſeipſam, & ipſa mouetur vtiq; Quare, ſi omnis motus ex diſtantia eſt ab eo quod mouetur, ſecundum quòd mouetur, & anima diſtabit vtriq; à ſubſtantia ipſius ſecundum ſeipſam, niſi ſecundũ accidens ſeipſam moueat, ſed eſt motus ſubſtantiæ ipſius per ſe.

Quæ talis eſt. Si anima mouet ſeipſam, conſtat quòd ipſa mouebitur ſm ſuam ſubſtantiam: ſed omne quod mouetur, diſtat vel exit ab eo à quo & ſecundum quod mouetur. ſicut ſi aliquid mouetur à quãtitate, exit, & diſtat ab ipſa quantitate qua mouetur. Si ergo anima mouetur à ſubſtantia ſua & à ſeipſa, ſicut illi dicunt & diſtabit & exibit à ſubſtantia ſua, & ſic motus erit ſibi cauſa corruptionis: quod eſt contrariũ illis, qui dicebant animam propter motu ipſum aſsimilari diuinis, & immortalem eſſe, vt ſuperius patet. Et hæc ratio procedit quantum ad eos, qui nõ diſtinguebant inter operationem & motum. Operatio enim nõ facit diſtare, ſed perficit operantem, ſed in motu oportet quòd ſit exitus. Sexta ratio.

LECTIO VII.

Reprobat Democriti ſententiã de anima, qui eam voluit moueri ex athomis: & adducit de anima Platonis ſententiam.

Quidam autem aſſerunt animam id corpus, in quo eſt, eodem mouere modo quo & ipſa mouetur vt Democritus. Qui quidem per inde atq; Philippus comicus dicit. Ille nanq; Dedalum ait ligneam Venerem confeciſſe quæ motu mouebatur argenti viui, quod in illam infudit. Democritus pari modo pilas indiuiſibiles ſecum trahere corpus totum, atq; mouere idem ex eo, quia nunquã ipſæ quieſcunt ſuapte natura, deſinuntq; moueri. Dedali opificium.

Quidam aũt & mouere animam dicunt corpus in quo eſt ſicut ipſa mouetur, ut Democritus ſimiliter dicens Philippo comediarũ Didaſcalo. Refert. n. Dædalum mobilem feciſſe ligneam Venerem, cum in illã infudiſſet argentum fuſile.

fuſile. Similiter autem & Democritus dicit. Motas.n. inquit indiuiſibiles ſphæras, propter id quod aptæ natæ ſunt nuſquam manere, contrahereq́;, & mouere corpus omne.

Supra poſuit philoſophus rationes in communi contra eos qui poſuerunt animam ſecundum ſe moueri, hic vero ponit rationes in ſpeciali contra quoſdã qui aliquid ſpecialis difficultatis videntur dixiſſe circa opinionẽ eorum de motu animę. Et circa hoc tria facit. Primo.n. ponit rationes ad opinionem Democriti. Secundo vero ad opinionem Platonis ibi. {Eodem aũt modo, &c.} Tertio vero ad quandam aliam opinionem ibi. {Alia autẽ quędam opinio, &c.} Circa primum duo facit. Primo.n. ponit opinionẽ Democriti de motu animę, & exponit eam. Secundo vero obijcit in contrarium ibi. {Nos aũt interrogabimus.} Circa primũ ſciendum eſt, ꝙ in pręcedentibus ponitur in vna ratione, ſ. in quarta Ariſt. contra illos, qui ponunt animam moueri ſ꞉m ſe, & ex hoc mouet corpus, ꝙ ſi anima mouet corpus, neceſſe eſt ꝙ illis motibus mouear, quibus ipſa mouetur. Et hoc concedebant quidam, qui dñt animam mouere corpus in quo eſt, ſicut ipſa mouetur, i. illis motibus mouere quibus ipſa mouetur. Et hic fuit Democritus. Et inducebat ad hoc ſimilitudinem: quia erat quidã magiſter comediarũ nomine Philippus. Hic recitauit in libris ſuis, ꝙ quidam nomine Dædalus fecit ſtatuam ligneam deæ Veneris, & hęc ſtatua erat mobilis ex eo ꝙ erat intus argentum fuſile. i. viuum, & mouebatur motu ipſius argenti viui. Simile ergo huic dicit Democritus in opinione ſua de motu animę. Dicit.n. ꝙ anima eſt cõpoſita ex indiuiſibilibus ſphęris, vt ſuperius patet. Et quia hmõi indiuiſibiles ſphęrę. i. athomi ſunt figuræ rotundæ, continue mouentur, ex eo quod nunquam quieſcunt, contrahunt & mouent totum corpus ſecundum ꝙ ipſe mouentur. Deinde cum dicit.

Nos autem ipſum interrogabimus, ſi quietem etiã idipſum faciat nunquam. A quonam pacto quietem faciet, difficile eſt dictu, vel potius dici non poteſt.

Nos autem interrogabimur, ſi & quieſcere facit hoc. Quomodo autẽ faciet hoc, difficile aut impoſſibile dicere.

Cõtra opinionẽ Democriti duabus rationibus. Prima ratio.

Obijcit Ariſto. contra hanc opinionem Democriti, duabus rationibus. Prima ratio talis eſt. Conſtat, ꝙ anima non ſolũ eſt cauſa motus in animali, ſed quietis. Sed ſecundũ opinionẽ Democriti, anima non eſt cauſa quietis, licet ſit cauſa motus in animali, quia difficile aut impoſsibile eſt dicere, ꝙ illa corpora ſphærica indiuiſibilia quieſcant, cum nunquam immota permaneant, vt dictũ eſt. Secundam rationem ponit cum dicit.

Omnino autem anima non ſic mouere videtur animal, vt inquiunt ipſi, ſed electione quadam, intellectioneúe.

Omnino autem non ſic videtur anima mouere animal, ſed per voluntatem quandam & intellectum.

Secunda ratio.

Quæ talis eſt. Conſtat ꝙ motus, quem argentum viuum cauſat in ſtatua, non eſt motus voluntarius, ſed violentus. Sed motus animę nõ eſt violentus, ſed volũtarius, quia mouet per voluntatem & intellectum, & ideo nulla (vt videtur) eſt poſitio Democriti. Deinde cum dicit.

Eodem autem modo Timæus etiam animã corpus mouere dicit. Mouere.n ipſam ex eo cenſet, atq; aſſerit, corpus quia mouetur: propterea quod ad ipſum connexa eſt.

Tex. commen. 36.

Eodem autem modo & Timæus phyſiologizat animã mouere corpus. Ex eo enim quod ipſa mouetur, etiam corpus ipſum mouet propterea quod cum eo connexa eſt.

Ponit opinionẽ Platonis. Et circa hoc duo facit. Primo ponit opinionẽ Platonis. Secundo reprobat eam, ibi {Primũ igitur, &c.} Circa primũ duo facit. Primo oſtendit ſimilitudinem opinionis Platonice ad opinionẽ Democriti. Secũdo explicat opinionẽ Platonicis de anima. ibi {Cõſtitutam aũt ex elemẽtis, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſicut Democritus poſuit corpus moueri ab anima inquantũ anima coniuncta ipſi mouetur, ita & Thimæus, qui introducit à Platone loquens, aſsignat rõnem qualiter aĩa mouet corpus. Dicit.n. ꝙ anima mouet corpus inquantũ ipſa mouetur, ꝑ hoc ꝙ anima coniuncta eſt corpori per modũ cuiuſdam colligationis. Deinde cũ dicit.

Opifex.n. dicit ex elementis iam conſtitutã numeriſq́; diſtinctam ſonoris, vt inſitum ſonoritatis atq; concentus habeat ſenſum, & uniuerſum feratur conſonis lationibus.

Conſtitutam autem ex elementis & diſpartitam ſecundum harmonicos numeros, quatenus connaturalem ſenſum harmoniæ habeat, & vt omne feratur ſecundum conſonantes motus.

Opin. Plat. de anima.

Explicat opinionẽ Platonis. Et primo exprimit conſtitutionem ſubſtantiæ ipſius. Secundo exponit quomodo ex ea procedit motus. ibi {Aſpectũ rectũ in circulum reflexit.} Circa primũ ſciendum eſt, ꝙ Plato hęc verba, quæ hic ponuntur in Timęo proſequitur loquens de anima mundi, quã imitãtur, ſ꞉m ipſum, inferiores animę. Et ideo per hoc ꝙ hic tangitur de natura animæ mundi, tangitur quodammodo natura oĩs animę. Sciendum eſt igitur, ꝙ ſicut ſupradictũ eſt, Plato poſuit ſubſtãtiam oĩum rerum eſſe numerũ ratione ſuperius dicta. Elementa aũt numeri ponebat vnum. q. formale, & duo. q. materiale. Ex vno.n. & duobus oẽs numeri conſtituuntur. Et quia impar numerus quodammodo retinet aliquid de indiuiſione vnitatis, poſuit duo elemẽta numeri, par & impar, & impari attribuit identitatem & finitatem, pari aũt attribuit alteritatem & infinitatem. Cuius ſignũ tangitur in. 3. Phyſ. quia ſi ſupra vnitatẽ impares numeri per ordinem addantur, ſemper producitur eadẽ figura numeralis. Puta ſi ſupra vnũ addantur tria, qui eſt primus impar, cõſurgunt ipſum quatuor, qui eſt numerus quadratus: quibus rurſus ſi addatur ſecundis impar. ſ. quinarius cõſurgit nouenarius, qui item eſt numerus quadratus, & ſic ſemper in infinitũ. Sed in numeris paribus ſemper ſurgit alia & alia figura. Si.n. vnitati addatẽ binarius, qui eſt primus par, cõſurgit ternarius, qui eſt numerus triangulatis, quibus ſi rurſus addatur quaternarius, qui eſt ſecundus par, cõſurgit ſeptenarius, qui eſt ſeptangulę figurę, & ſic in infinitũ. Sic ergo Plato ponebat idem, & diuerſum eſſe elementa oĩum rerũ, quorũ vnũ attribuerat numero impari, aliud vero numero pari. Quia vero ſubſtantiam animæ ponebat mediam inter ſubſtãtias ſuperiores, quæ ſemper eodem modo ſe hñt, & ſubſtantias corporeas, in quibus alteritas, & motus inuenitur. Poſuit animam conſtare ex his elemẽtis, ſ. ex eodẽ & diuerſo, & ex numeris paribus & imparibus. Medium.n. debet eſſe affine vtriq; extremorũ. Et ideo dicit, ꝙ poſuit eam cõſtitutã ex elementis. Item ſciendũ eſt, ꝙ in numeris ſunt diuerſæ proportiones & infinitæ, quarum aliquæ ſunt harmonicę. i. cõſonantiarũ cauſa. Nam dupla proportio eſt cauſa cõſonantię, quę dicitur diapaſon, ſeſquialtera ꝓportio cauſat conſonantiã, quę dicitur diateſſaron. ſeſquioctaua ꝓportio cauſat tonũ, & alię cõſonantię, quibuſdã alijs proportionibus cauſantur. Puta ea, quę eſt cõpoſita ex diapaſon & diapente cauſatur ex tripla. ea quę ſub diapaſon cauſatur ex quadrupla, quã quidẽ Pythagoras deprehendit, vt Boet. refert in muſica, ex percuſsione quatuor malleorum. qui conſonãtes ſonos reddebant ſ꞉m prædictas proportiones. puta ſi vnus martellus ponderaret. 12. vncias,

Tex. commen. 26.

Cur Impari numero tribuerit Plato identitatem & pari diuerſitatem.

Diapaſon. Diateſſarõ.

Diapaſon. Diapente.

Tex. commen. 46.

Primum quidem igitur non bene dicitur, animam magnitudinem eſſe. Eam enim, quæ omnis, talem eſſe vult, qualis eſt aliquando vocatus intellectus. Non enim velut ſenſitiua eſt, neq; vt deſideratiua. Harum enim motus non circulatio eſt intellectus autẽ vnus & continuus, ſicut & intelligentia eſt. Intelligentia autem conceptiones. Hæc autem eo quod conſequenter vnum, ſicut numerus, ſed non ſicut magnitudo, propopter quod neq; intellectus ſic continuus, ſed aut impartibilis, aut non, ſic, vt magnitudo aliqua continuus eſt.

Tex. commen. 47.

Poſita opinione Platonis hic Ariſ. reprobat eam. Vbi notandum eſt, ꝙ Ariſt. plerunq; quando reprobat opiniones Platonis, non reprobat eas quantum ad intentionem Platonis, ſed quãtum ad ſonũ verborũ eius. Quod ideo facit, quia Plato habuit malũ modum docẽdi. Omnia.n. figurate dicit, & per ſimbola docet: intendẽs aliud per verba, quàm ſonent ipſa verba, ſicut quod dixit animam eſſe circulum. Et ideo ne aliquis propter ipſa verba incidat in errore. Ariſt. diſputat contra eum quantum ad id quod verba eius ſonant. Ponit autem Ariſ. rationes decem ad deſtruendum ſuprapoſitam opinionem, quarũ quædam ſunt contra eum & quędam contra verba eius. Non.n. Plato voluit ꝙ ſecundum veritatẽ intellectus eſſet magnitudo quantitatiua, ſeu circulus & motus circularis, ſed metaphorice hoc attribuit intellectui. Nihilominus tamen Ariſt. ne aliquis ex hoc erret diſputat contra eum ſecundum ꝙ verba ſonant. Primo ergo Ariſto. circa primã rationem, manifeſtat de qua anima Plato intellexit, ſ. de anima. vniuerſi. {Et hanc}. ſ. animam {quę eſt omnis,}. i. vniuerſi vult eſſe intellectiuam tantũ. Non enim eſt vegetabilis, quia non indiget nutrimento: nec eſt ſenſibilis, quia caret organo: nec eſt deſideratiua, quia deſideratiua cõſequitur ſenſitiuam. Et dixit ideo animã vniuerſi nõ eſſe ſenſibilem, neq; deſideratiuam, quia ipſe voluit ꝙ motus animæ vniuerſi eſſet circularis. Vnde cũ motus harum. ſ. ſenſibilis & deſideratiuæ non ſit circularis (non.n. ſenſus reflectitur ſuper ſeipſum, intellectus vero reflectitur ſupra ſeipſum. homo.n. intelligit ſe intelligere) ideo dicit illam animam, intellectiuam tãtum eſſe, & ideo dicit intellectũ eſſe magnitudinem quandam & circulum. Et hoc Ariſt. reprobat dicens, ꝙ Plato non bene dixit animã eſſe magnitudinẽ. Et ꝙ locutus eſt de ea, ſicut de magnitudine circulari, diuidens eam in duos circulos, malefecit. Et ꝙ malefecerit oſtendit. In natura enim animæ hoc eſt, vt iudicium de aliqua potentia animæ ſumatur ex actu, ſeu operatione ipſius potentiæ, iudicium vero operationis ex obiecto, potentiæ.n. cognoſcuntur per actus, actus vero per obiecta, & inde eſt ꝙ in definitione potentiæ ponitur eius actus, & in diffinitione actus ponitur obiectus. Cõſtat autem ꝙ res ab eo à quo habet eſſe & ſpeciem, ab eo etiã habet vnitatem. Si ergo intellectus ſit & ſortiatur ſpeciem ab intelligibili, cũ ſit eius obiectum (dico intellectũ in actu, cum nihil ſit ante intelligere) manifeſtum eſt ꝙ ſi ſit vnus & cõtinuus ſicut Plato poſuit ꝙ eodem modo intellectus erit vnus & continuus, quo intelligibilia ſunt vnum & cõtinuum. intellectus enim nõ eſt vnus niſi ſicut intelligentia, i. operatio eius, quę eſt intelligere, nec actus eſt vnus niſi ſicut obiectum eius eſt vnum, quia actus diſtinguuntur penes obiecta. Vnde, cum obiectum intellectus ſint intelligibilia, hæc autem, ſ. intelligibilia, non ſunt vnũ vt magnitudo, ſeu cõtinuum, ſed ſicut numerus, eo ꝙ conſequenter ſe habeant, manifeſtum eſt ꝙ intellectus non eſt magnitudo, ſicut Plato dicebat. Sed aut eſt impartibilis, ſicut ſe habet ratio primorum terminorũ, aut non eſt continuus, ſicut aliqua magnitudo. ſed ſicut numerus, inquantum vnũ poſt aliud intelligimus, & ſæpe plures terminantur in vnũ, ſicut in ſyllogiſmis terminantur propoſitiones in concluſionem. Secundam rõnem ponit ibi.

Decima rationes cõtra opi. Plat. de anima.

Græca ſic habent. Quonã pacto intelligentiam vſt, an vero vnaquaque ſuarum partium.

Atque ſi magnitudo ſit, quonam pacto quacunq; ſuarum intelliget partium? ſiue illæ ſint magnitudines, ſiue etiam puncta, ſi hæc quoque partes appellare oporteat. Nam ſi puncto, puncta vero ſunt infinita, nunquam pertranſibit, vt patet. ſin magnitudine, ſæpius vel infinities idem intelliget. at videtur. & ſemel intelligere poſſe. Quod ſi ſat eſt quamuis partiũ tangere, quid oportet aut orbe verſari, aut omnino magnitudinem ipſum habere? Quod ſi neceſſe eſt ipſum intelligere toto tangentem circulo, quis eſt ipſarum partium tactus.

Tex. commen 48.

Qualiter autem intelliget, magnitudo cum ſit: vtrum vniuerſaliter, an qualibet partium ſuipſius? partium autem, aut ſecundum magnitudinem: aut ſecundum punctũ, ſi oportet & hoc partem dicere. Siquidem igitur ſecundum punctum, hæc autem infinita, manifeſtum eſt, quoniam nunquam pertranſibit, Si vero ſecundum magnitudinem, multotiens & infinities intelliget idem. Videtur autem & ſemel contingere. Si autem ſufficiens qualibet partium tangere, quid oportet circulo moueri, aut & omnino magnitudinem habere? Si autem neceſſarium intelligere toto circulo tangentẽ, quis eſt partibus tactus:

Secunda ratio.

Thomas ſupra tex. 43. Lectio. 7.

Quæ talis eſt. Poſſet aliquis dicere, ꝙ Plato non poſuit magnitudinem in intellectu propter multa intelligibilia, ſed oportet ꝙ ſit in intellectu magnitudo etiã propter vnumquodq; intelligibilium. Contra. Hoc non poteſt eſſe. Plato.n. ponit & opinatus eſt ꝙ intelligere non fiat per acceptionem ſpecierum in intellectu, ſed ꝙ intellectus intelligat per quendam contactum, inquantum. ſ. occurrit & obuiat ſpeciebus intelligibilibus, & iſtũ contactum attribuit circulo, ſicut ſupra dictum eſt. Quæro ergo à te, ſi intellectus eſt magnitudo, & intelligit ſecundum cõtactum, qualiter intelligat: Aut enim hoc quòd intelligit, tangit ſecundum totum, aut ſecundum partem eius: ſi ſecundum totũ contingens, intelligit totum, tunc partes non erunt neceſſariæ, ſed erunt fruſtra, & ſic non eſt neceſſe ꝙ ſit intellectus magnitudo & circulus. Si vero ſecundum partes cõtingens, intelligit partes, aut hoc erit ſecundum plures partes, aut ſecundum vnam tantũ: ſi ſecundum vnã tantum, ſic idem quod prius, quia aliæ erunt ſuperfluæ, & ſic non erit neceſſarium ponere intellectum habere partes. Si vero contingens ſecundum omnes partes, intelliget, aut hoc erit ſecundum partes punctales, aut ſecundum partes quantitatiuas: ſi ſecundum partes punctales, tunc cum in qualibet magnitudine ſint infinita puncta, oportet quod infinities tangat antequã intelligat, & ſic nunquam intelliget, cum non ſit infinita pertranſire. Dicit autem. {partes punctales.} non ꝙ velit magnitudinem in partes punctales diuidi, ſed diſputat ad rationem Platonis, qui fuit huius opinionis quòd corpus componeretur ex ſuperficiebus, & ſuperficies ex lineis, & linea ex punctis. Quod ipſe improbat in. vj. in prin. Phyſi. vbi oſtendit quod punctum additum puncto nihil addit. Si vero intelligit contingens ſecundum partes quantitatiuas, tunc cum quælibet pars diuidatur in multas partes, ſequitur ꝙ multotiens intelligat idem. Item, cum omnis quãtitas ſit diuiſibilis in infinitum ſecundum eandem proportionem, & non ſecundum eandem quãtitatem, ſequitur quòd infinities intelligat quod

eſt inconueniens. Videtur ergo, quòd non contingat niſi ſemel, & ſic nullo modo debet attribui intellectui magnitudo, neq; quantũ ad multa intelligibilia, neq; quantum ad vnum. Et notandum quòd hic Ariſtot. occulte oſtendit quòd intellectus de natura ſua non eſt partibilis, ſed quid impartibile. Intelligibile.n.in vnaquaque re eſt quidditas, & natura rei eſt tota in qualibet parte, ſicut natura ſpeciei eſt tota in quolibet indiuiduo. tota enim natura hominis eſt in quolibet indiuiduo, & hoc eſt indiuiſibile. vnde illud quod eſt intelligibile in qualibet re, eſt indiuiſibile, & per conſequens intellectus. Tertiam rationem ponit cum dicit.

Intelligibile eſt indiuiſibile, igitur & ipſe intellectus.

Præterea quonam pacto vel impartibili partibile, vel impartibile partibili ipſe intelliget.

Amplius, quomodo intelliget partibile impartibili, aut impartibile partibili.

Tertia ratio.

Quæ talis eſt. Conſtat quòd ſi nos ponimus intellectum impartibilem de facili patebit ratio, quomodo intelligat impartibile & partibile, quia impartibile intelliget ſm proprietatem ſuæ naturæ, eo quòd impartibilis eſt, vt dictum eſt, partibile vero intelliget abſtrahendo à partibili. Sed ſi intellectus ponatur partibilis ſecundũ quòd Plato vult, impoſsibile erit inuenire rationem quo modo intelligit impartibile. Et ſic videtur quòd inconuenienter Plato ponat intellectũ eſſe magnitudinem ſeu partibilem. Quartam rationem ponit cum dicit.

Neceſſe eſt autem intellectum eſſe circulum hunc. Intellectus vnaq; motus intellectio eſt. Circuli vero, conuerſio. Si igitur intellectio conuerſio eſt, & circulus is intellectus erit profecto, cuius talis conuerſio intellectio eſt. Quod præterea ſemper intelliget. Oportet enim ipſum aliquid intelligere ſemper: quippe cũ conuerſio ſit perennis, atq; perpetua. Nam conſtat intellectionum rerum earũ quæ cadunt ſub actionem terminos eſſe ac fines. omnes.n. alicuius ſunt gratia. Cõtemplatiuæ quoq; rationibus idem tidem terminantur. Et rationũ aliam diffinitionem, aliã demonſtrationem eſſe patet, demonſtrationes autem et ex principio ſunt, & finem habent quodammodo ratiocinationem aut concluſionem. Quod ſi non terminantur, at ſaltem nõ ad principium redeunt, ſed medium extremumq; ſemper ſumentes, recta proficiſcuntur. At conuerſio rurſus (vt patet) ad principium redit, atq; reflectitur. Diffinitiones etiam finitæ ſunt omnes, ac terminatæ.

Neceſſarium autem eſſe circulum intellectũ hunc. Intellectus quidem enim motus, intelligentia, circuli autem circulatio. Si ergo intelligentia, circulatio, & intellectus vtiq; erit circulus, cuius talis circulatio ſit intelligentia. Semper autem aliquid intelliget, oportet enim ſiquidem perpetua ſit circulatio. Practicarum quidem enim intelligentiarũ termini ſunt, omnes enim alterius cauſa ſunt. Speculatiuæ autem rationibus terminantur ſimiliter. Ratio autem omnis diffinitio eſt, aut demonſtratio. Demonſtrationes vero & à principio ſunt, & habent quodammodo finem ſyllogiſmum, aut concluſionem. Si autem non concludantur, ſed non reflectuntur iterũ in principium, accipientes ſemper medium & vltimũ, recte procedunt: ſed circulatio iterum in principium reflectitur. Diffinitiones autem omnes finitæ ſunt.

Quarta ratio.

Quæ talis eſt. Tu dicis intellectum eſſe circulum, & dicis intellectũ moueri: ſed motus circuli eſt circulatio, motus vero intellectus eſt intelligẽtia, hoc eſt intelligere: ergo ſi intellectus eſt circulus, de neceſsitate intelligentia erit circulatio. Sed hoc eſt falſum, quia cum in circulatione non ſit inuenire actu principium, neq; finem,

Tex. commen. 76.

vt probatur in. 8. Phyſ. ſequitur etiam, quòd intelligentia ſeu operatio ipſius intellectus, quæ eſt intelligere, nunquam terminatur. Sed hoc eſt falſum: quia intelligentia habet actu & principium & finem: ergo intelligentia & circulatio non ſunt idem, & per conſequens, nec intellectus eſt circulus. Quod autem intelligentia habeat principium & finem actu probatur, quia omnis intelligentia aut eſt practica, aut ſpeculatiua: ſed conſtat quòd practicarum intelligentiarum termini ſunt.i.fines. Nam omnes ſunt alterius cauſa.ſ.operis, & ad opus terminantur. Speculatiuæ etiam intelligẽtiæ finem habent, ſ.rationes, omnes.n.terminantur ad aliquas rationes. quæ quidem rationes aut ſunt {diffinitio}.ſ. in ſimplici intelligentia: aut {demonſtratio}.ſ.cum componit & diuidit, ſed demonſtrationes primæ ex principijs certis ſunt & habent quodammodo finem, ſyllogiſmum aut concluſionem. Et ſi dicatur ꝙ ex vna concluſione ſequitur alia, & ſic nõ terminatur, nihilominus tamen poteſt dici ꝙ concluſiones non ſunt circulares, quia non eſt circulo demonſtrare, vt probatur in primo poſteriorum, ſed tendunt in rectum, & impoſsibile eſt in rectum inuenire motum infinitum ſeu proceſſum. Diffinitiones etiam habent principium & finem, quia non eſt aſcendere in infinitum in generibus, ſed accipitur.q.primum genus generaliſsimũ. nec etiam eſt deſcendere in infinitum in ſpeciebus, ſed eſt ſtare in ſpecie ſpecialiſsima. Vnde genus generaliſsimum eſt principium, ſpecies vero ſpecialiſsima ſicut terminus ſeu finis in diffinitionibus. Et ſic patet, quòd omnis intelligentia principiũ habet & finem actu. Quintam rationem ponit cum dicit.

Obiectio. Dilutio. Lectio. 8.

Præterea, ſi ſæpius eadem conuerſio ſit, idem ſæpius intelligere oportebit.

Amplius autem, ſi eadem circulatio multotiens eſt, oportebit multotiens intelligere idem.

Quæ pendet quodammodo ex præcedenti, & eſt q. quoddam membrum eius. Supra.n.probatum eſt, quòd ſi intellectus eſt circulus, ſicut Plato poſuit, intelligentia erit circulatio, & probauit ſuperiori ratione ꝙ intelligentia nõ eſt circulatio, & hoc idem probat hic tali ratione. Videmus ꝙ hæc differentia eſt inter circulationẽ & alios motus, quia impoſsibile eſt in alijs motibus vnũ & eundem motum reiterari ſuper eandem quãtitatem multotiens. Et hoc apparet deducendo per ſingulas ſpecies motus. In alteratione.n.impoſsibile eſt eundem motum ſuper idem reiterari, non.n.idem ſecundum idem de albo fit nigrum, & de nigro album. In motu etiam augumẽti impoſsibile eſt vnũ & idem ſm idem augmentari & diminui. In motu etiã locali impoſsibile eſt eundem motum ſecundũ idem reiterari, quia in motu locali ſm rectum ſemper ſunt duo termini, ſ.actu. Vnde ſi reiteraretur oporteret termino ad quẽ vti bis, quia vt fine & principio, & de neceſsitate interueniret ibi quies, & ſic nõ eſſet idem motus numero. In circulatione vero ſolum hoc cõtingit ꝙ vnus & idem motus ſm eandem quantitatẽ multotiens reiteraretur. Cuius ratio eſt, quia in circulatione non ſunt aliqui termini actu, & ideo quantumcunq; reiteretur non interuenit quies, nec variatur motus. Ex hoc ergo ſic arguit: Tu dicis ꝙ intellectus eſt circulus, ergo & intelligentia ſic circulatio eſt: ſed hoc eſt inconueniens.ſ.ꝙ intelligentia ſit circulatio: ergo & primum. Quod ſit incõueniens ſic oſtendit. Conſtat ꝙ eadem circulatio ſecundũ vnum & idem multotiens eſt, i.reiteratur: ergo, ſi intelligentia eſt circulatio, ſicut tu dicis, intelligẽtia multotiens ſm vnum & eundem motũ, & ſu-

Quinta ratio.

per idẽ multotiens reiterabitur, & ſic multotiens intelligeт idem. Intellectus enim mouendo ſe tangit, & tangendo intelligit, ſicut ipſi dicunt, & circulariter multotiens tangit idem,& ſic multotiens intelliget idem,quod eſt inconueniens. Sextam rationem ponit cum dicit.

Intellectio, magis quieti quã Motui ſimilis eſt.

Præterea,intellectio quieti magis & ſtatui, quam motui ſimilis eſſe videtur. Eodem modo & ipſa etiam ratiocinatio.

Adhac autem, intelligentia aſſimilatur cuidam ſtatui & quieti magis quàm motui: eodem autem modo & ſyllogiſmus.

Sexta ratio.

Quæ talis eſt. Si intelligentia circulatio eſt, vt tu dicis,debet aſsimilari motui: ſed nos videmus totum contrarium,quia intelligẽtia magis aſsimilatur quieti,quàm motui: ergo intelligentia non eſt circulatio. Quod autẽ magis aſsimiletur quieti ꝗ̃ motui. patet,quia ſicut ipſe dicit tn.7.Phyſi. non poteſt fieri aliquis ſapiens,qñ motus eius nõ reſident,nec quieſcunt. Vnde in pueris & in omnibus,in quibus motus non quieſcunt, non de facili inuenitur ſapientia. Sed tunc aliquis ſapientiam acquirit,qñ quieſcit. vnde dicit, ꝙ in quieſcendo & ſedendo, anima fit ſapiens & prudens. Sed quia poſſet dici ꝙ hoc verum eſt de ſimplici intelligentia,ſed non de ſyllogiſmo. ideo Ariſt. dicit ꝙ eodẽ modo & ſyllogiſmus aſsimilatur magis quieti ꝗ̃ motui. Et hoc patet. Ante.n.quàm ſit ſyllogizatũ de aliqua re, intellectus & mens hoĩs fluctuat ad vnam,& ad aliam partem, & non quieſcit in aliqua. Sed qñ iam eſt ſyllogizatum, determinatæ inhæret vni patri & quieſcit in illa. Septimam rationem ponit cum dicit.

Lectio.6.

Nullũ perpeti vim poteſt qui beatus eſt.

Atqui neq; beatum id eſt, quod non eſt facile, ſed violentum, vt patet. Quod ſi motus non ſit ipſius ſubſtantia, præter naturam ſane mouebitur.

Tex. commen.49.

At vero neque beatum, quod non facile, ſed violentum. Si autem eſt motus ipſius non ſubſtantia, extra naturam vtique mouebitur.

Septima ratio.

Quæ talis eſt. Conſtat ꝙ beatitudo animæ eſt in intelligendo: ſed beatitudo non pôt eſſe in eo quod eſt violentũ & præter naturam,cũ ſit perfectio & finis vltimus animæ: ergo cum motus non ſit ſ'm naturam & ſ'm ſubſtantiam animæ, ſed præter naturã eius, impoſsibile eſt ꝙ intelligere,quod eſt operatio animæ,& in quo eſt beatitudo animæ,ſit motus,vt Plato dicebat. Quòd aũt motus ſit pręter naturam animę patet ex poſitione Platonis. Ipſe.n.dixit animã compoui ex numeris, & poſtea dicit eam diſpartitã in duos circulos reflexit in.7. & ex hoc ſequitur motus, ex quo apparet ꝙ motus nõ ineſt ei naturaliter,ſed per accidẽs. Octauam rõnem ponit cũ dicit.

Laborioſum eſt etiam, coniunctum eſſe cum corpore, neq; abſolui ab eo poſſe, & inſuper maximopere fugiendũ. Quippe cũ melius ſit intellectui nõ eſſe cũ corpore, quemadmodum & dici ſolet & complures plane conſentiunt.

Laborioſum autem eſt commiſceri animã corpori, nec poſſibile abſolui. Et adhuc fugiendum: ſiquidem melius eſt intellectui, non cum corpore eſſe, quemadmodum & conſuetum eſt dici, & multis videtur.

Octaua ratio.

Quę talis eſt. Videtur quòd ſ'm opinionem Platonis, anima de ſua natura non ſit vnita corpori. Nam ipſe poſuit eam primo cõpoſitam ex elementis, & poſtea complexam, & adunatam corpori, & inde nõ poſſe recedere cum vult. Inde ſic. Quandocunq; eſt aliquod vnitũ contra naturam ſuam alicui,& non poteſt inde cũ vult recedere, ei eſt penale, & quandocunq; aliquid in vnione ad aliud deterioratur,eſt fugiendum & nociuum. Sed anima vnitur corpori contra naturam ſuam, vt dictum eſt, nec poteſt inde recedere cũ vult,necnon & deterioratur in vnione ad corpus,ſicut cõſuetum eſt dici à Platonicis & multis ex eis. Videtur ergo ꝙ animæ pœnale eſt & fugiendum,eſſe cũ corpore. Non ergo cõueniens eſt dictũ Platonis.ſ.ꝙ anima cõpoſita ex elementis, primo commiſceatur corpori. Nonam rationem ponit cum dicit.

Cauſa præterea ea, qua cęlum conuertitur, non videtur ex dictis illis emergere. Neq; enim animæ ſubſtantia cauſa eſt conuerſionis, ſed per accidens hoc modo mouetur. Neq; etiã corpus, ſed anima corpori potius cauſa eſt motionis. At neq; dicitur ita melius eſſe, & tamen oportebat. ideo Deum animam orbe verſari facere, quia melius eſt ipſi moueri quàm ſtare, & hoc pacto moueri quàm alio modo. Verum enim, cum huiuſcemodi cõſideratio magis alijs accommodetur ſermonibus, eam nunc omittamus.

Tex.commen.50.

Immanifeſta aũt & circulo ferri cælum cauſa. Neq; enim animæ ſubſtantia, cauſa circulariter ferri animam, ſed ſecundum accidens ſic mouetur. Neq; corpus cauſa, ſed anima magis illi. At vero neque quia melius dicitur, & tamen oportebat propter hoc deum facere circulariter ferri animam, quia dignius ſit ipſi moueri quàm manere, moueri autem ſic quàm aliter. Quoniam autem huiuſmodi intentio eſt alteris rationibus magis propria, hanc quidem dimittamus nunc.

Tex. commen.51.

Nona ratio.

Quę talis eſt. Plato loquitur de anima vniuerſi,& dicit eam moueri circulariter: ſed ſ'm opinionem ſuam, cauſa quare cœlum mouetur circulariter eſt immanifeſta.i.non aſsignatur. Si enim cœlum mouetur circulariter, aut ergo hoc erit propter principia naturaliter, aut propter finem. Si dicatur quòd naturaliter propter principia,aut erit propter naturam animæ,aut propter naturam corporis cœleſtis: ſed non eſt propter naturam animæ, quia moueri circulariter nõ ineſt animæ ſecundum ſubſtantiam ſuam,ſed per accidens,quia (vt dictum eſt) anima mouetur per ſe,& ſecundũ ſuam ſubſtantiam motu recto, & deinde aſpectum rectũ reflexit in circulos. Nec etiam propter naturã ipſius corporis cœleſtis, quia corpus non eſt cauſa motus animæ, ſed anima eſt magis corpori cauſa quòd moueatur. Si aũt dicatur ꝙ propter finem, non poteſt aſsignari aliquis finis determinantur ſecundum eum,cum quæritur quare ſic mouetur,& non alio motu,niſi quòd ſic Deus voluerit eum moueri. Sed Deus propter aliquã cauſam dignatus eſt cœlum potius moueri quàm manere,& moueri ſic.i.circulariter quàm alio motu,quã cauſam Plato nõ aſsignat. Sed quia hanc aſsignare eſt magis proprium {alijs rationibus}.i.in alio tractatu.ſ.in lib.de Cœlo,ideo dimittamus ipſam ad pręſens. Decimam rationem ponit cum dicit.

Dilemma.

Supra le.7.

Lib. 2. Lect.3.

Illud autem abſurdũ euenire uidetur tam huic ſententiæ, quàm etiam cõpluribus alys, quæ dicuntur de anima. Etenim coniungunt quidem animam cũ corpore, ponuntq́; ipſam in eo, & tamẽ nihil prorſus determinant, quàm ob cauſam & quomodo ſeſe habente in corpore. Quod tamen neceſſariũ eſſe videtur. Nam ob propinquitatem, hoc quidem agit, illud patitur, & hoc rurſus mouetur, illud autẽ mouet. Quorum nihil ſane quibuſuis inter ſeſe competit. At illi dicere quidem quale quid ſit ipſa anima enitũtur, de ſuſceptiuo uero corpore nihil penitus dicunt, atq; determinant, perinde quaſi fieri poſſit, vt quæuis anima, ſine vllo diſcrimine, quoduis corpus ingredietur, vt Pythagoricorum fabulæ dicunt. Animantis.n.cuiusq; propriã ſpeciem habere formamq́; uidetur. Perinde igitur dicũt, atq; ſi quiſpiam artem fabrilem fiſtulas ingredi dicat. Etenim arte quidẽ inſtrumentis, aĩa vero corpore vtatur oportet.

Illud autem inconueniens accidit & huic rationi & pluribus, quæ de anima. Copulant enim & ponunt in corpus animam nihil determinantes propter quam cauſam, & quomodo habẽte corpore. Et tamen videtur hoc vtiq; Tex. commen. 52. *neceſſarium eſſe, propter enim cõmunitatem hoc quidem agit, hoc autem patitur, & hoc quidẽ mouet, illud autem mouetur. Horũ autem nihil ineſt adinuicem quibuſcunque.* Tex. commen. 53. *Hi autem ſolum conantur dicere quale quid ſit anima, de ſuſceptiuo autem corpore nihil adhuc determinat, tanquam cõtingens ſit, ſecundum pythagoricas fabulas, quamlibet animam in quodlibet corpus ingredi. Videtur enim vnumquodq; propriam habere ſpeciem & formam. Simile itaq; aliquid dicunt, ſicut ſi aliquis dicat tectonicam in fiſtulas ingredi. Oportet enim artem quidem vti organis, animam autem corpore.*

Decima ratio. Quæ non ſolum eſt contra Platonem, ſed etiam contra multos alios, & ducens eſt ad inconuenientia & oſtendens eorum poſitiones deficientes. Quæ talis eſt, Conſtat ꝙ inter mouens & motũ eſt aliqua proportio, & inter agens & patiens, & inter formã & materiam. Non ſimiliter enim quælibet forma cuiuſlibet corpori cõuenit & vnitur, neq; omne agens agit in omne patiens, Neque quodlibet mouens mouet quodlibet motum, ſed oportet ꝙ ſit inter ea aliqua communicatio & proportio, ex qua hoc ſit aptum natum mouere, illud vero moueri. Patet autem, ꝙ illi philoſophi poſuerunt animã eſſe in corpore, & mouere corpus: cum ergo loquantur de ipſa natura animæ, videtur etiam neceſſarium ꝙ aliquid dixiſſent de natura corporis, propter quã cauſam vniatur corpori, & quomodo ſe habeat corpus ad eam, & quomodo cõparatur corpus ad animam. Non ergo ſufficienter determinant de anima, dum conantur dicere ſolum quale quid ſit anima, & negligunt oſtendere quale quid ſit corpus ſuſcipiens ipſam. Ex quo conuenit eis illud quod in fabulis Pythagoricis habetur, quod quælibet anima in quodlibet corpus ingrediatur, puta ſi caſu contingat in corpus elephãtis intrare animam muſce. Quamuis hoc non poſsit eſſe, cum vnumquodq; corporum & maxime animalium, habeat propriam formam & propriam ſpeciem, & proprium mouens, & proprium motũ, & multum differat corpus vermis à corpore canis & corpus elephantis à corpore culicis. Hoc tamen dicentes. ſ. ꝙ quęlibet anima quodlibet corpus ingreditur, dicunt ſimile ac ſi quis dicat artem textrinam ingredi in fiſtulas & ęrariam in telariam. Et tamen ſi ipſis artibus ineſſet natura ingrediendi corpora, ſeu organa ex ſeipſis non quælibet in quodlibet ingrederetur, ſed fiſtulatiua ingrederetur in fiſtulas, non in lyras, cytharatiua autem in cytharas, & non in fiſtulas. Eodem igitur modo ſi animæ cuilibet ſit corpus, vnaquęq; anima non quodlibet corpus ingreditur, immo ipſa anima idoneum format ſibi corpus & non aſſumit paratũ. Sic ergo Plato & alij philoſophi loquentes tãtum de animæ natura, inſufficienter dixerunt, non determinantes quod ſit corpus conueniens cuilibet animæ, & qualiter & quale exiſtens vniatur ſibi.

LECTIO IX.

Quorundam minus recte de anima philoſophantium opinionem varijs argumentis reprobat, quia eam eſſe harmoniam exiſtimauerunt.

Eſt autem & alia quędam opinio de anima tradita, probabilis quidem compluribus, & nulla earũ inferior, quæ de ipſa dicuntur. Reprobata tamen & hiſce rationibus, quæ in communibus ſermonibus fiunt.

Tex. cõ. 54. *Alia autem quædam opinio tradita eſt de anima, credibilis quidem multis, & nulla inferior earum, quæ dicta ſunt, rationibus tamen tanquam pœnis caſtigata, atque damnata, & in iſs qui in communi fiunt ſermonibus. Harmoniam enim quantum dicunt.*

Poſtquam Philoſophus reprobauit opinionem Platonis, hic conſequenter reprobat quandam aliam opinionem conformem opinioni Platonis quãtum ad aliquid. Fuerunt enim quidam, qui dixerunt ꝙ anima erat harmonia. Et iſti concordauerunt cũ Platone in hoc, quòd Plato dixit ꝙ anima erat compoſita ex numeris harmonicis, hi vero ꝙ erat harmonia. Sed differebant in hoc, quòd Plato dixit ꝙ anima erat harmonia numerorum. Hi vero dixerunt ꝙ harmonia tam compoſitorũ quam mixtorum vel contrariorum erat anima. Circa hoc autem tria facit. Primo enim ponit opinionem iſtorum & rationem opinionis. Secundo diſputat contra dictã opinionem ibi. {Et quidem harmonia, &c.} Tertio oſtendit quomodo hæc opinio eſt multũ probabilis. ibi. {Si vero alterum anima eſt, &c.} Circa primum duo facit. Primo enim ponit dictã opinionem de anima dicens, quòd quædam opinio tradita eſt ab antiquis de anima, quæ videbatur habere rectas rationes, & non ſolum in ſpeciali de anima, ſed etiam quantum ad id, quod commune eſt ad omnia principia. Et dicit {quantum ad id quod commune eſt,} quia antiqui Philoſophi nihil tractauerũt de cauſa formali, ſed tantũ de materiali. Et inter omnes illi, qui magis niſi ſunt appropinquare ad cauſam formalem fuerunt Democritus & Empedocles, qui. ſ. Empedocles dixit quòd omnia conſtabant ex ſex principijs, quorum quatuor poſuit materialia, ſcilicet quatuor elementa: & duo formalia partim actiua, & partim materialia, ſcilicet amicitiam & litem. Et dicebant ꝙ hæc principia materialia habebãt inter ſe quandam proportionem, quæ reſultabat ex eis, ita quòd cõueniebant in aliquo vno, quia ſine hoc non poſſent eſſe ſimul. Et hanc dicebant formam rerum & harmoniam quandam eſſe. Vnde ſicut de alijs formis, ſic dicebant de anima quòd erat harmonia quædam. Secundo cum dicit.

Animam enim harmoniam quandam inquiunt eſſe, harmoniam nanque temperationem eſſe, compoſitionemque contrariorum dicunt & corpus ex contrarijs compoſitum eſſe. Anima nõ eſt harmonia contra antiquos.

Etenim harmoniam temperamentum & compoſitionem eſſe contrariorum, & corpus componi ex contrarijs. Tex. commen. 55.

Ponit rationem huiuſmodi opinionis dicens, ꝙ harmonia eſt complexio & proportio & temperamentum contrariorum in compoſitis & mixtis. Et hæc proportio, quæ eſt inter iſta contraria, dicitur harmonia, & forma illius compoſiti. Vnde cum anima ſit quædam forma, dicebant ipſam eſſe harmoniam. Dicitur autem hęc opinio fuiſſe cuiuſdam Dinarchi & Simiatis & Emped.

Conſequenter cum dicit.

Verum enim harmonia quidem ratio quædam eorum eſt quæ ſunt permixta, vel etiam compoſitio. Anima autem neutrum iſtorum eſſe poteſt, vt patet.

Et quidem harmonia, quædam ratio miſtorum eſt, aut compoſitio, animam autem neutrum poſſibile eſt eſſe horum.

Diſputat contra opinionem prædictam. Et circa hoc duo facit. Primo enim diſputat generaliter ad poſitionem dictorum philoſophorum. Secundo vero in ſpeciali ad ponentem, ſ. contra Empe. ibi. {Inueſtigabit autem hoc, &c.} Ad poſitionem aũt obijcit quatuor rationibus, quarum prima talis eſt. Conſtat ꝙ harmonia pro-

prie dicta eſt cóſonantia in ſonis, ſed iſti tranſumpſerunt illud nomen ad omnem debitam proportionem, tam in rebus compoſitis ex diuerſis partibus, quàm in cómixtis ex contrarijs. Secundum hoc ergo harmonia duo poteſt dicere, quia vel ipſam compoſitionem, aut cómixtionem, vel proportionem illius compoſitionis ſeu cómixtionis. Sed conſtat ꝙ neutrum iſtorũ eſt anima, ergo anima non eſt harmonia. Quod aũt anima nõ ſit cópoſitio ſiue proportio compoſitionis patet. Iſti.n. accipiunt animam vt ſubſtantiã quandam, ſed illa duo ſunt accidẽtia, non ergo idem ſunt. Secundam rõnem ponit cum dicit.

Præterea harmoniæ non eſt mouere: animæ autem id omnes maxime tribuunt.

Amplius autem mouere non eſt harmoniæ animæ autem attribunut hoc omnes.

Quæ talis eſt. Conſtat ꝙ omnes philoſophi dicunt ꝙ anima mouet: ſed harmonia non mouet, immo relinquitur ex mouente, & ſequitur. ſicut ex motu chordarum, qui eſt per muſicam, relinquitur harmonia quædã in ſono. Et ex applicatione & cõtemperatione partiũ à componente relinquitur proportio quædã in compoſito: ergo ſi anima eſt harmonia, & hæc relinquitur ex harmonizatore, oportebit ponere aliam animam, quæ harmonizet. Tertiam rationem ponit cum dicit.

Accommodatius autẽ harmonia de ſanitate, atq; omnino de virtutibus corporis, quam de anima dici poteſt. Atq; manifeſtum id erit profectò, ſi quiſpiam operationes, atq; affectus animæ in aliquam harmoniam reducere enitatur: Accommodare nanq; per difficile eſt.

Tex. commen. 16. *Congruit autem magis de ſanitate dicere harmoniam, & omnino de corporeis virtutibus æquam de anima. Manifeſtum autem, ſi aliquis tentauerit reddere paſſiones, & opera animæ harmonia quadam: difficile enim adaptare.*

Lectio. 5. Tex. commen. 31. Quę talis eſt. Philoſophus dicit in 4. Phyſ. Quicunq; aſsignat diffinitionem ſeu naturam rei oportet quòd illa aſsignatio, ſi ſufficiens eſt, cõueniat operationibus & paſſionibus illius rei, tunc.n. diffinitur optime quid eſt res, quando non ſolum cognoſcimus ſubſtãtiam & naturam ipſius rei, ſed etiam paſsiones & accidentia eius. Si ergo anima eſt harmonia quædã, oportet quòd per cognitionem harmoniæ deueniamus in cognitionem operationum, & accidentium animæ. Sed hoc eſt valde difficile, vt puta ſi velimus operationes animæ in harmoniam referre. Cuius enim harmonię erit ſentire, & cuius amare, aut odire, & intelligere. Sed per cognitionem harmonię magis congruit venire in cognitionem accidentium corporum. vt ſi velimus cognoſcere ſanitatem, dicemus, ꝙ eſt complexio adæquata & contemperata humorum, & qualitatum in corpore, & ſic de alijs corporeis virtutibus, & ſic harmonia magis eſſet attribuenda corpori quã animæ. Quartam rationem ponit cum dicit.

Harmonia duplex. *Præterea in duo reſpicientes harmoniam dicere conſueuimus, & propriſſime quidem earum magnitudinũ compoſitionem, quę motũ habeat poſitionemúe, cum adeo ſunt coniunctæ, vt nihil eiuſdẽ generis inter ſeſe ſuſcipere poſſit.*

Proprie metaphorica. *Hinc autem & rerum rationem mixtarum. At neutro profectò modo conſentaneum eſt rationi, harmoniam animam appellare, Atq; partium corporis compoſitio facilis eſt ad modum inquiſitionis. Complures nanq; compoſitiones ſunt, vt patet, & variæ partium. Cuius igitur aut quonam pacto, intellectum aut etiam ſenſitiuum, aut appetitiuum compoſitionem eſſe putare oportet? Similiter abſurdum eſt ſane, mixtionis quoq; rationem, animam eſſe putare. Non enim elementorum mixtio rationem habet eandem in carne, & oſſe, cæteriſque partibus. Fient igitur, vt complures habeat animas per totumq; corpus, ſi partes quidem vniuerſæ corporis ex elementis conſtent permixtis, ratio vero mixtionis harmonia ſit (vt inquiunt) animaque.*

Amplius autem dicimus harmoniam in duo reſpicientes, maxime quidem proprie, magnitudinum in habentibus motum & poſitionem, compoſitionem ipſarum, cum ſic congruant vt nullũ congeneum prætermittatur. Hinc autem & eorum, quæ commiſcentur, rationem. Neutro quidem igitur modo rationabile. Compoſitio autem partiũ corporis multum inueſtigabilis eſt. Multæ enim compoſitiones partium, & multipliciter ſunt. Cuius igitur & quomodo congruit opinari, intellectũ compoſitionem eſſe, aut & ſenſitiuũ & appetitiuum. Similiter autem & inconueniens & rationẽ mixtionis eſſe animam. Tex. commen. 17.

Non enim eandem habet rationem commixtio elementorum, ſecundum quam caro, & ſecundũ quam os, accidet igitur multas animas habere. Et ſecundum omne corpus, ſi quidem omnia, ex elementis commixtis ſunt, commixtionis autem ratio harmonia & anima. Tex. commen. 58.

Quæ talis eſt, harmonia inuenitur aliquando in compoſitis & habentibus cõpoſitionem & motũ, quia quando hęc ſic inuicem ſimul ponũtur & ordinantur, {vt nullum congeneũ}.i. vt nullus defectus eiuſdem generis ibi ſit, tunc illæ partes dicuntur bene harmonizatæ. & compoſitio ipſarum vocatur harmonia, ſicut ligna & lapides & alia corpora naturalia. Sic etiã & chordæ, quando bene ordinatæ ſunt, vel fiſtulæ, vt ex inde conſonantia ſonorũ reſultet, dicuntur bene harmonizatæ, & huius conſonantia dicitur harmonia & hoc modo proprie dicitur harmonia. Harmonia in magnitudinibus motum ac poſitionem habentibus.

Aliquãdo inuenitur in corporibus mixtis ex contrarijs. Quando enim aliqua contraria ſunt complexa & cõmixta in aliquo, ita vt nulla repugnantia ſeu exceſſus alicuius contrarij ſit ibi, vt puta calidi, aut frigidi, aut humidi, aut ſicci, tunc illa dicuntur bene harmonizata, & horũ ratio, i. proportio dicitur harmonia. In corporibus mixtis. Si ergo anima eſt harmonia, ſecundum aliquem iſtorum modorum diceretur, ſed conſtat quòd neutro iſtorum modorum rationabile eſt animã dici harmoniam, ergo male dicunt animam harmoniam eſſe. Et quòd neutro iſtorum modorũ anima dicatur harmonia patet. Non enim anima poteſt dici harmonia, quod inuenit̃ in rebus compoſitis, & habentibus cõpoſitionem, quod patet. Nam ordo partium compoſitarum in corpore eſt valde manifeſtus: facile enim eſt ſcire ordinem oſsium ad oſſa, & neruorum ad neruos, & brachij ad manum, & carnis ad oſſa. Sed ratio ordinis partium animæ eſt nobis immanifeſta. Non enim per hoc poſſumus ſcire ordinem, quẽ eſt intellectum & ſenſum & appetitum & huiuſmodi. Nec etiam poteſt dici harmonia ſecundum proportionem corporum commixtorũ ex contrarijs. Et hoc duplici ratione. Vna ratio eſt, quia diuerſa proportio inuenitur in diuerſis partibus corporis. nam commixtio elementorũ non habet eandem rationem. i. proportionem, ſecundum quam eſt caro, & ſecundum quam eſt os: ergo in diuerſis partibus erunt diuerſæ animæ ſecundum diuerſam proportionem & multiplicationem partiũ animalis. Alia ratio eſt, quia omnia corpora ſunt commixta ex elementis & contrarijs: ſi ergo proportio commixtionis in quolibet corpore eſt harmonia & harmonia eſt anima, ergo in quolibet corpore erit anima, quod eſt inconueniens. Et ſic patet quòd inconuenienter dicunt animam eſſe harmoniam. Conſequenter cum dicit.

Id etiam quiſpiã & ab Emp. nõ iniuria patet. Vnamquanque nanque partium aliqua ratione dicit eſſe confectam. Vtrum igitur ipſa ratio ſit anima, an potius ſit aliquid aliud anima, & ipſius membris adueniat.

Tex. commen. 59. *Inueſtigabit autem hoc vtiq; aliquis ab Empe. vnumquodq; enim horum in ratione quadam dicit eſſe. Vtrum igitur hæc ratio anima eſt, an magis alterum aliquid cum ſit, in membris ingeneratur.*

Diſputat contra Empe. & ponit cõtra eum tres rationes quas non deducit. Quarũ prima talis eſt. Ipſi ponunt quodlibet corpus cõſiſtere {ratione,} .i. proportione quadam, quam dñt harmoniam, & hanc dñt animam: quæro ergo, vtrum anima ſit ipſa ratio, i. proportio cõmixtionis, aut aliquid aliud à proportione. Si tu dicis ꝙ eſt ipſa proportio, tunc, cum in vno corpore ſint diuerſę proportiones ſm diuerſas partes, ſequũtur duo inconuenientia .ſ. ꝙ multæ animæ ſint in vno corpore ſm diuerſas partes, & ꝙ in quolibet mixto ſit anima. Si dicas ꝙ eſt aliud ꝗ proportio, tunc cũ proportio ſit harmonia, anima non erit harmonia. Secundam rationem ponit cum dicit.

Præterea, vtrũ cuiuſuis mixtionis, ſine vllo diſcrimine, cauſa ſit ipſa cõcordia: an eius, quę ratione conficitur.

Amplius autem, vtrum concordia cuiuslibet mixtionis cauſa, an eius quæ ſecundum rationem.

Quę talis eſt. Emped. ponebat ꝙ amicitia eſſet cauſa congregationis in rebus, & lis cauſa diſgregationis. ſed in congregatione fit aliqua proportio: quæro ergo, vtrum amicitia ſit cauſa cuiuſlibet congregationis, aut tantum congregationis harmonizatę. Si tu dicas, ꝙ amicitia eſt cauſa cuiuſlibet congregationis, tunc oportebit ponere aliquid aliud ab amicitia, quod cauſet huiuſmodi ꝓportionem & harmoniam in cõgregationibus harmonizatis: vel erit dicere ꝙ huiuſmodi harmonizatio eſt à caſu. Si tu dicas ꝙ eſt cauſa ſolũ cõgregationis harmonizatæ, tunc amicitia nõ erit cauſa omnis congregationis: quod eſt contra eum. Tertiam rationem ponit cum dicit.

Tex. commen. 60. *Et hæc, vtrum ſit ipſa ratio, an aliquid diuerſum à ratione. Hæc igitur tales dubitationes habere videntur.*

Et hæc vtrum ratio eſt, an alterũ aliquid pręter rationem. Hæc quidem igitur habent huiuſmodi dubitationes.

Quę talis eſt. Empe. dicit quòd amicitia eſt quę facit congregationem in rebus, quęro ergo vtrum amicitia ſit idem cum ipſa congregatione harmonizata, aut non. Si dicatur ꝙ eſt idem, tunc cũ nihil ſit cauſa ſuijpſius amicitia non erit cauſa illius congregationis. ſicut Emp. dicebat. Si vero dicatur ꝙ non eſt idem, cõtra Congregatio harmonizata nihil aliud eſt quàm cõuenientia quædam, amicitia vero videtur eſſe quędam cõuenientia, ergo eſt idem, & ſic idem quod prius. Conſequenter cum dicit.

Verum ſi anima diuerſum à mixtione ſit, vti diximus, cur vna cum ratione carnis, & cæterarum etiam animalium partium ratio tollitur. Inſuper ſi non vnaquæq; partium animam habeat, ſi nõ ſit anima, ratio mixionis, quid eſt quod decedente corrumpitur anima.

Si vero alterum eſt à mixtione anima: quid igitur ſimul cum carni eſſe, interimitur & eſſe alijs partibus animalis. Adhuc autem ſiquidem vnaquæq; partium habet animam, ſi non eſt anima ratio cõpoſitionis, quid eſt quod corrumpitur, anima digreſſa.

Oſtendit quomodo hæc opinio eſt multũ probabilis dicens, quòd ideo videtur hęc opinio probabilis, quia poſito vno ponitur aliud, & remoto vno remouetur alterum. Nam recedente ab aliquo corpore harmonia, recedit anima, & permanẽte harmonia permanet anima. Sed Solutio. hoc non ſequitur, quia proportio huiuſmodi non eſt forma, ſicut ipſi credebant, ſed eſt diſpoſitio materiæ ad formam. Et ſic ſi accipiatur proprie harmonia compoſitionis pro diſpoſitione, bene ſequitur ꝙ manente diſpoſitione materiæ ad formam manet forma, & deſtructa diſpoſitione, remouetur forma. Non tñ ꝙ harmonia ſit forma, ſed diſpoſitio materiæ ad formam. Secundo cum dicit.

Ex his igitur, quæ dicta ſunt, patet, animam nec harmoniam eſſe poſſe, nec orbe verſari. Anima cũ mouet corpus, ſeipſam quoq; per accidens mouet. Per accidens tamen, vt diximus, moueri poteſt, & ſeipſam mouere. Mouetur nanque corpus in quo eſt, mouetur autem, vt patet, ab anima, alio vero modo fieri nequit, vt ipſa moueatur motu ad locum accommodato.

Quod quidem igitur neq; harmoniam, poſſibile eſt eſſe animam, neq; circulariter moueri, manifeſtum eſt ex dictis. Secundum accidens autem moueri eſt, & mouere ſeipſam, vt moueri quidem in quo eſt, hoc autem moueri ab anima. Aliter autem non eſt poſſibile moueri ſecundum locum ipſam. Tex. commen. 61.

Concludit & epilogat quòd anima non mouetur circulariter, ſicut Plato dixit. Nec eſt harmonia. ſicut Emp. aſſeruit. Mouetur autem ſm accidens, ſicut diximus ſupra, & mouet ſeipſam. Et quòd moueatur ſm accidens patet, quia mouetur inquantum mouetur corpus in quo eſt, corpus autem mouetur ab anima. Alio modo non eſt, moueri ipſam ſecundum locum, niſi per accidens. Lect. 6.

LECTIO X.

Deſtruit illorum ſententiam, qui animam per ſe moueri phyſice exiſtimauerunt.

AT enim rectius de hac ipſa quiſpiam ad talia reſpiciens dubitabit, putabitque ipſam moueri. Dolere nanque dicimus animam gaudere, confidere, timere, inſuper iraſci, ſentire, ratiocinari, quæ quidem omnia motus eſſe videntur. Quapropter ipſam quiſpiam exiſtimabit moueri. Legito ſupra lec. 11.

Rationabilius autem dubitabit vtique aliquis de ipſa tanquam quæ mouetur, in huiuſmodi reſpiciens. Dicimus enim animã triſtari, gaudere, confidere, timere, Amplius autem iraſci, & ſentire, & intelligere. Hęc aũt omnia motus eſſe videntur, vnde opinabitur aliquis ipſam moueri. Tex. commen. 62.

Poſtquam Philoſophus poſuit rationes illorũ, qui dixerunt animam moueri ex eo ꝙ ipſa mouet corpus, & diſputauit contra eos, Hic conſequenter vult oſtendere ꝙ euidentior ratio, ꝙ anima moueatur poteſt ſumi ex ipſis operationibus animæ. Et circa hoc duo facit. Primo. n. mouet dubitationem illorum, qui dixerunt animam moueri ex operibus animę. Secundo vero ſoluit dubitationem huiuſmodi quantum ad propoſitum pertinet. ibi. {Hoc aũt non eſt neceſſe, &c.} Dicit ergo primo ꝙ licet prędicti Philoſophi dubitauerint, vtrum anima moueretur ex eo ꝙ mouet corpus, tñ {rationabilius} .i. probabilius dubitabit aliquis de anima ꝙ moueatur {conſiderãs in huiuſmodi} quæ dicentur, .i. in operationibus animæ. Ex his. n. poterit probabiliter oſtendi, quòd anima mouetur. {Nos enim dicimus animã triſtari, gaudere, confidere,} .i. audere {& timere.} Amplius autẽ dicimus ipſam iraſci, ſentire, & intelligere. Cũ ergo hæc omnia ſint operationes animæ, & ſint motus quidam, videtur quòd anima moueatur. Hæc autẽ vero dubitatio videtur magis probabilis quàm ſuperior. Nam illa conſiderat motum animę ex motu corporis. Dicebat enim quod nihil mouet, niſi moueatur. Vnde, cũ anima moueat corpus,

manifeſtum

manifeſtum eſt, quod ipſa mouetur. Hæc vero opinio conſiderat motum ipſius animę ex proprijs operationibus animę. Conſequenter cum dicit.

Verum id neceſſarium eſt. Nam & ſi quam maxime dolere vel gaudere, vel ratiocinari, motus ſunt, vel potius moueri, tamen ipſum moueri ab anima eſt. Iraſcit nãque, aut timere eſt hoc modo moueri cor. Ratiocinari autem, aut tale forſitan eſt, aut etiam aliud.

Text. comment. 63. *Hoc autem non eſt neceſſe. Si enim & quàm maxime gaudere, aut dolore, aut intelligere, motus ſunt, & vnũquodque moueri aliquid. Moueri autem eſt ab anima, vt iraſci aut timere, in eo quòd cor quodammodo mouetur. Intelligere autẽ aut tale eſt, aut forſitan alterũ aliquid.*

Ariſto. mos in peruelligãda veritate & diſſoluẽdis abiectis. Lectio. 8. Soluit dubitationem. Circa quod ſciendum eſt, quòd quando Ariſto. inquirit veritatem aliquam ſoluendo & obijciendo, aliquando obijcit & ſoluit poſt determinatam veritatem, & tunc obijcit & ſoluit ſecundum ſuam opinionem. aliquando vero ante determinatum veritatem, & tunc obijcit & ſoluit ſupponendo opiniones aliorum & non ſ'm ſuam opinionem & veritatem, quam ipſa opinatur. Et huius exemplum habemus in tertio phyſico. vbi Philoſophus diſputat contra ponentes infinitũ, & vtitur contra eos multis rationibus, quę ſecundum ſe ſunt falſę, licet ſecundum illos reputenẽ verę, puta quod omne corpus habet leuitatem & grauitatem. Cuius ratio eſt, quia hoc ſcilicet vtrum omne corpus habet leuitatem & grauitatem nondum determinauerat, quod poſtea determinauit in libro de cœlo. & ideo reiterauit ibi

Libro. 1. Lectio. 5. Tex. comment. 18. Lectio. 9. quęſtionem de infinito. Hunc autem modum obijciendi & ſoluendi ſeruat hic Ariſtot. vnde & procedit contra eos ſupponendo illorum opiniones. Illi enim & maxime Platonici opinati ſunt, ꝙ triſtari, gaudere, iraſci, ſentire, & intelligere, & huiuſmodi quę dicta ſunt, ſint motus animę. Et ꝙ quodlibet illorum, etiam intelligere, fiat per organum determinatum, & quantum ad hoc nõ ſit differentia inter ſenſitiuam intellectiuam, & ꝙ omnis anima, non ſolum intellectiua, ſit in corruptibilis. Ariſt. vero omnia iſta concedit. Ipſe enim ſupponit ꝙ huiuſmodi operationes fiant per determinata organa, etiam intelligere. Et quod omnis anima ſit incorruptibilis. Hoc tantum negat, ſcilicet ꝙ huius operationes, ſcilicet ſentire, gaudere & huiuſmodi ſint motus animę, ſed motus coniuncti, & quantum ad hoc diſputat contra eos. Et circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit, quod huiuſmodi operationes non ſunt motus animę. Secundo vero probat hoc quodam medio. ibi. {Intellectus aũt &c.} Dicit ergo, ꝙ iſti dicunt duo. Et primo ꝙ gaudere & triſtari & huiuſmodi ſunt motus. Secundo quod hæc attribuuntur animæ, ſcilicet iraſcatur, gaudeat, ſentiat, & huiuſmodi, & ſic videtur quod anima moueatur. Sed hoc non eſt neceſſe, immo vtrunque iſtorum eſt falſum, ſcilicet quia neque huiuſmodi operationes ſunt motus, & neque attribuuntur animæ ſcilicet ꝙ iraſcatur. gaudeat, ſentiat, & huiuſmodi. Sed dato, quòd ſint motus, & loquamur de eis ſecundum quòd ſunt motus, nihilominus tamen falſum eſt, quòd attribuantur animæ, & per conſequens ꝙ ſecundum huiuſmodi operationes moueatur. Quod ſic patet. Conſtat enim quod ſi huiuſmodi operationes ſunt motus & attribuantur animæ, ꝙ non attribuuntur ſibi, niſi ſecundum aliquas determinatas partes corporis, ſicut ſentire non attribuitur animæ, niſi in aliqua parte corporis, vt in oculo, ſenſus qui eſt per viſum & iraſci in corde, & ſic de alijs. Similiter manifeſtæ apparet ꝙ non ſunt animæ tantum motus, ſed coniuncti. Sunt tamen ab anima, at puta in hoc quod eſt iraſci. Anima enim iudicat aliquid eſſe dignum ira, cor autem animalis ex hoc mouetur, & feruet circa ipſum ſanguis. Sic autem ſe habet ad timores. Nam aliqua particula corporis contrahitur ad terribile & alteratur, & ſimiliter de alijs. Et ſic anima non mouetur, ſed eſt moueri ab ea in eo ꝙ aliquid, vt cor, quodam modo mouetur. Et quia ipſe determinabit inferius ꝙ intelligere eſt quędam operatio animæ, in qua non communicat cum corpore & non eſt coniuncti, Ideo dicit, ꝙ intelligere forſitan eſt aliquid alterum ab operationibus coniuncti. Et dicit forſitan, quia non loquitur diffiniendo, ſed ſupponendo. Quia vero dixit quod huiuſmodi motus non ſunt animæ, ſed coniuncti, ſunt tamen ab anima. Ideo cum dicit.

Atque quedam iſtorum ſiunt, cum aliqua latione mouentur, quadam cum aliqua alterantur. Quænã vero ſint illa, & quomodo fiant alia ratio eſt. Dicere autem animã iraſci, vel timere, ſimile atque ſi quiſpiam animam texere dicat, vel ædificare. Nam melius eſt fortaſſe dicere, non animam, ſed hominem anima miſereri, vel diſcere, vel ratiocinari. Idq́; non quia motus in illa ſit, ſed quia nonnunquam quidem vſque ad illam, nonnunquam vero ab illa, velnti ſenſus quidem ex hiſce, recordatio autẽ ab illa, ad eos motus vel ſtatus, qui ſint in ipſorum ſenſuum inſtrũs.

Horum autem accidunt alia quidem, ſecundũ loci mutationem quibuſdam motis, alia vero ſecundum alterationem. Qualia autem & quomodo alterius rationis eſt. Dicere autem iraſci animã, ſimile eſt, & ſi aliquis dicat eam texere vel ædificare. Melius enim fortaſſis eſt non dicere animam miſereri, aut addiſcere aut intelligere, ſed hominem anima. Hæc autem non tanquam motu in illa exiſtente, ſed aliquando quidem vſque ad illam, aliquãdo autẽ ab illa. Vt ſenſus quidẽ ab his, reminiſcentia vero ab illa, ad motus qui ſunt in ſenſibilibus organis, aut quietes. Tex comment. 35.

Vult oſtendere, quod huiuſmodi motus corporis ſunt ab anima ſecundum loci mutationes. Sicut patet in ira, quæ fit in anima motis quibuſdam particulis ipſius corporis, ſcilicet moto corde. Ex ira. n. ſanguis exit ad partes exteriores, motus à feruore cordis. Alia vero eſt ſecundum alterationem, ſicut patet in timore. Nam cor ad terribile contrahitur, & infrigidatur, & alteratur homo & palleſcit. Quales autem paſsiones ſint, & quomodo moueatur, alterius rationis eſt dicere. Sic igitur patet quod huiuſmodi motus non ſunt animæ, ſed corporis ab anima, vt dictum eſt. Sicut ergo animal habet operationes corporales, & huiuſmodi non ſunt animæ, ſed corporis, ſeu coniuncti, ita & huiuſmodi operationes, ſcilicet ſentire & gaudere, huiuſmodi non debent referri ad animam, ſed ad coniunctum. Nam ſi aliquis dicat animam iraſci, & ſecundum huiuſmodi operationes moueri, ſimile eſt ac ſi dicat ipſam animam texere, vel ædificare, aut citharizare. Nam & anima eſt cauſa horum motuum. Habitus enim ædificatiuus & textiuus, & citharizandi eſt ipſa in anima, & huiuſmodi ab anima ſunt. Sed ſicut melius eſt dicere ꝙ ædificator ædificat, non ars, licet ędificator ædificet per ædificatiuam artem, ſi fortaſsis melius eſt dicere quod anima nõ miſeretur, neque addiſcit, neque intelligit, ſed homo per animam. Dicit. {Fortaſsis intelligere} quia loquitur ſupponendo vt dictum eſt. Quia vero per hoc, quod dicit {quod non mouetur anima.} ſed homo per animam poſſet intelligi quod motus exiſteret in anima ſicut in ſubiecto, ideo remouet hoc dicens, ꝙ cum dico hominẽ moueri ab anima, non ſic dico ꝙ motus in illa, ſcilicet in anima exiſtat, ſed quaſi ab illa.

Quomodo in ira ac metu corpus commoueatur.

Cum

Hoc ab hoc mouetur dupliciter ſumit diſce.

Cum enim dico, hoc mouetur per hoc, iſtud poteſt dupliciter intelligi, vel quia aliquando ipſa res, qua aliquid mouetur, motus ſuſtinet. Vt cum dico hominem moueri pedem, quia ipſe pes mouetur. Vel quia ipſa aliquando res non ſuſtinet motum, ſed impellit aliquid ad motum, & hoc modo homo dicitur moueri per animam. Et in hoc eſt duplex motus, quia aliquádo anima eſt vt terminus motus, quando. ſ. motus eſt ad illam. ſ. ad animam. ſicut in apprehenſione ſenſibilium. Nam quando anima apprehendit exteriora ſenſibilia, túc virtus ſenſitiua, quę eſt in organo, nititur & mouetur ad remittendum & reducendum ſpecies, & intentiones rerum ſenſibilium vſque in illam, ſcilicet ad animam. Aliquando vero anima eſt principium vt motus, quando ſcilicet motus operationis initiatus eſt ab illa, ſcilicet anima, vt eſt in reminiſcentia, à qua intentiones & phantaſmata rerum occultata & recondita educuntur ad intelligendum res ſenſibiles. Siue autem motus aut quietes dicat aliquit, phantaſmata huiuſmodi ſint derelictę interius non refert quantum ad præſentem materiam. Patet igitur ꝙ huiuſmodi motus non attribuuntur animæ, ſed ſunt coniuncti, ab ipſa anima tamen, & non ſicut motu exiſtẽte in ipſa anima. Notandum tamen ꝙ hæc ſolutio prædictæ dubitationis non eſt diſtinctiua, & diffinitiua veritatis, ſed obuiatiua. Sciendum enim, ꝙ motus attribuuntur operationibus animę à diuerſis diuerſimode. Nam tripliciter inuenitur motus in operationibus animæ. In quibuſdam enim inuenitur motus proprie, in quibuſdam minus proprie, in quibuſdam vero minime proprie. Proprie enim inuenitur motus in operationibus animæ vegetabilis, & in appetitu ſenſitiuo. In operatione quidam animę vegetabilis, eſt proprie motus, quando mouetur, in eſſe naturæ per nutrimentum & hic eſt motus augmenti, & ſecundum hoc anima vegetabilis ſe habet vt agens, corpus vero vt patiens. In appetitu vero ſenſitiuo proprie inuenitur motus & ſecundum alterationem, & ſecundum motum localem. Nam ad appetitum alicuius rei, homo ſtatim mouetur & alteratur. Vel ad iram ſicut in appetitu vindictæ. Vel ad gaudium ſicut in appetitu delectabilis. Item ex hoc mouetur etiam ſanguis, qui eſt circa cor ad partes exteriores & etiam homo de loco ad locum ad cóſequendum id quod appetit. Minus vero proprie inuenitur motus in operationibus animę ſenſitiuæ. In his enim non eſt motus ſecundum eſſe naturæ, ſed ſolum ſecundú eſſe ſpirituale, ſicut patet in viſu, cuius operatio non eſt ad eſſe naturale, ſed ſpirituale, quia eſt per ſpecies ſenſibiles ſecundum eſſe ſpirituale receptas in oculo. Sed tamẽ habet aliquid de mutabilitate, inquantum ſcilicet ſubiectum virtutis viſiuæ eſt corpus. Et ſecundum hoc habet rationem motus, licet minus propriam. Non enim dicitur motus in operationibus proprie, niſi cum operatio illa eſt ad eſſe naturæ. Minimú autem de proprietate motus & nihil niſi metaphorice inuenitur in intellectu. Ná in operatione intellectus non eſt mutatio ſecundum eſſe naturale, ſicut eſt in vegetabili, nec ſubiectum ſpirituale quod immutet, ſicut eſt in ſenſibile. Sed eſt ibi ipſa operatio, quæ quodammodo dicitur motus inquantum de intelligente in potentia ſit intelligens in actu. Differt tamen à motu eius operatio, quia eius operatio, eſt actus perfectus, motus vero eſt actus imperfecti. Et ideo patet quomodo operationes animæ vegetabilis & ſenſitiuæ non ſunt motus animæ, ſed coniuncti. Operationes autem intellectus non dicuntur motus niſi metaphorice, & ſunt ſolum animæ intellectiuæ abſque aliquo determinato organo. Sciendum etiam, ꝙ ſicut in ſenſu inuenitur vis appetitiua & apprehenſiua, ita & in intellectu inuenit vis appetitiua & apprehenſiua. Et ideo hæc amor, odium, gaudium & huiuſmodi poſſunt intelligi, & prout ſunt in appetitu ſenſitiuo, & ſic habent motum corporalem coniunctum, & prout ſunt in intellectu & voluntate tantum abſque omni affectione ſenſitiua, & ſic non poſſunt dici motus, quia non habẽt motum corporalem coniunctum. Et inueniuntur etiá in ſubſtantijs ſeparatis ſecundum ꝙ in ſequentibus melius patebit. Conſequenter cum dicit.

In operibus animæ vegetabilis, proprie eſt motus, In operibus autem anima ſenſibile minus proprie, in operibus autem intellectus non niſi metaphorice.

Vis appetitiua & cogitatiua, tam in ſenſu eſt quã in intellectu.

Intellectus autem aduenire videtur, & ſubſtantia quędam eſſe, ac non corrumpi. Nam ab ea maxime quæ in ſenectute fit, offuſcatione corrumperetur. Nunc autem perinde fit, atque in ſenſuum inſtrumentis. Etenim ſi ſenex talem acceperit oculum videret ſicut & iuuenis. Quare ſenectus non quia anima quicquam eſt paſſa, ſed quia id, in quo eſt, aliquid paſſum eſt, quemadmodum in ebrietatibus & in morbis fieri ſolet. Et ipſum igitur intelligere ac cõtemplari marceſcit, quia aliud quoddam intus corrumpitur, ipſum autem paſſione vacat. ratiocinari vero, & amare. aut odiſſe non ſunt illius affectus, ſed huiuſce quód habet illud, ea ratione, qua illud habet. Quapropter & hoc corrupto, nec recordatur, nec amat. Non enim illius erant ſed ipſius communis, quod quidem perijt. Intellectus autem diuinus quid eſt fortaſſe, paſſioneq; vacat. Eſſe igitur impoſſibile moueri animam, perſpicuum iam ex dictis euaſit. Quod ſi omnino non motu mouetur, patet nec à ſeipſa motu moueri.

Text. commen. 65.

Intellectus autem videtur innaſci ſubſtantia quædam exiſtens & non corrumpi. Maxime enim corrumperetur vtique ab ea, quæ eſt in ſenio debilitate. Nunc aũt quemadmodum in ſenſorijs accidit. Si enim accipiat ſenex oculum iuuenis, videbit ſicut & iuuenis: quare ſenium non eſt in ſuſtinendo aliquid animam, ſed in quo, ſicut in ebrietatibus & infirmitatibus. Intelligere igitur & conſiderare marceſcunt alio quodam interius corrupto: ipſum autẽ paſſibile eſt. Cogitare autem, & amare, & odire non ſunt illius paſſiones, ſed huius, habentis illud ſecundum quòd illud habet. Quare & hoc corrupto, non reminiſcitur, neq; amat. Non enim illius erãt, ſed communis, quod quidem deſtructum eſt. Intellectus autem fortaſſis diuinis aliquid & impaſſibile eſt. Quod quidem igitur non poſſibile moueri animam, manifeſtum ex his. Si autem penitus nõ mouetur, manifeſtum quod neque à ſeipſa.

Text. comment. 66.

Vult probare, quæ oſtendit, ſcilicet ꝙ huiuſmodi operationes, etiam ſi ſint motus, ſicut ipſi dicebant, non attribuuntur animę, ſed corpori & coniuncto. Et hoc probat per quandam opinionem illorum, quæ erat famoſa tempore ſuo, ſcilicet ꝙ omnis anima eſt incorruptibilis, & hoc ſecundum eos erat de intellectu & de omni anima. Dicit ergo ꝙ videtur prædictis Philoſophis ꝙ intellectus ſit quædam ſubſtantia, quæ eſt in fieri & nondum completa, & ꝙ non corrumpitur. Cuius ratio eſt, quia nos videmus ꝙ omnes debilitationes quę fiunt circa intellectum & ſenſum, non attingunt ad ipſam animam ſecundum ſe, ſed proueniunt ex debilitate organi. Vnde videtur ꝙ intellectus & omnis anima ſit incorruptibilis, & ꝙ debilitatio in eius operationibus non ſit ex eo ꝙ ipſa corrumpatur, ſed ex eo ꝙ debilitantur organa. Si enim corrumperetur anima, maxime corrumperetur à debilitate, quæ eſt in ſenectute, ſicut accidit in organis ſenſitiuis, quæ debilitantur ex ſenectute, tamen anima non debilitatur ex hoc, quia ſi ſenex accipiat oculum iuuenis,

videbit

videbit vt iuuenis. Quare ſenectus debilitat, non quidē
ꝙ ipſa anima patiatur ſeu virtus ſenſitiua, ſed id in quo
eſt. Sicut in ægritudinibus & in ebrietatibus non debili-
tatur ſeu alteratur anima, ſed corpus. Sic ergo {intellige-
re} id eſt ſimplex apprehenſio {& conſiderare} id eſt ope
ratio intellectus, quæ eſt in componendo & diuidendo,
marceſcunt, non quidem quod intellectus corrumpatur
& patiatur, ſed corrupto quodam alio interius, ideſt cor
rupto aliquo, quod eſt organum intellectus. Ipſum autē
intelligere eſt paſsibile. Hoc autem dicit Ariſt. non ꝙ ſit
huius opinionis, ꝙ credat intellectum habere determi-
natum organum corporale, ſed, ſicut dictum eſt, ipſe hic
loquitur ſupponendo opiniones iſtorum Philoſophorū,
qui ſicut dictum eſt, erant huius opinionis, ꝙ omnes ope
rationes animæ, & etiam ipſe intellectus haberent orga-
na determinata. Et ideo ſecundum hoc aſsignat quare in
telligere marceſcat, quia huiuſmodi operatiōes, quę ſunt
intelligere, amare, & odire, non ſunt paſsiones {illius} ſcili
cet animæ ſupponendo loquitur, {Sed huius habentis,}
ſcilicet coniuncti ſeu organi corporalis. Organi dico ha
bentis, illud ſcilicet intelligere & huiuſmodi {Secundum
ꝙ illud habet} Vnde {corruptio hoc} ſcilicet determina-
to organo huiuſmodi operationis, quæ eſt amare ſeu in-
telligere, non rememoratur neque amat, ſcilicet anima.
Cuius ratio eſt, quia huiuſmodi paſsiones non erant ani-
mæ tantum {ſed communis} ſcilicet coniuncti, quod eſt
iam deſtructum & corruptum. Si ergo omnes huiuſmo
di motus & operationes debilitantur non propter ani-
mam, ſed propter debilitatem corporis ſeu organi, vt di-
ctum eſt, manifeſtum eſt, ꝙ non ſunt animæ tantum, ſed
coniuncti & per conſequens ꝙ anima non mouetur, ſed
coniunctum, licet anima. Quia vero Ariſt. locutus eſt
hic de intellectu, ſupponendo opiniones aliorum, ſicut iā
patet, ne credatur quod ipſe opinetur intellectum ſic eſſe
vt ſuppoſuit, ideo remouet hoc dicens, ꝙ {Fortaſsis intel
lectus eſt aliquid diuinus & impaſsibile,} id eſt aliquid
altius & aliqua maior potentia, & per conſequens opera-
tio ipſius animæ, quàm dicatur hic. Dicit autem {fortaſ-
ſis} quia nondum hoc determinauerat, ſed poſtea hoc in
Lectio. 10. tertio oſtendit. Vnde patet ꝙ ſupponendo loquitur. Cō
ſequenter concludit ex omnibus dicens, ꝙ manifeſtum
eſt ex omnibus his, quę dicta ſunt, ꝙ non eſt poſsibile
animā moueri, ꝙ ſi non mouetur aliquo modo, manife-
ſtum eſt ꝙ non mouet̄ à ſeipſa hmôi motibus, ſicut iſti
ponebant.

LECTIO XI.

Eorum opiniones varijs argumentis reicit, qui animam diffi-
niuerunt eſſe numerum ſeipſum mouentem.

Anima non eſt numerus ſeipſum mouens, contra Xenocratē.

*ATqui numerum animam eſſe dicere, ſeipſum motu
mouentem, multo longius, quam ea, quæ dicta
ſunt, à ratione diſtare videtur. Nam ijs, quid id
aſſerunt, ea primum impoſſibile quæ emergunt ex motu,
deinde propria quædam ex eo, quia dicunt ipſam numerū
eſſe, eueniunt. Quonamque modo vnitatem moueri intelli
gere oportet, & à quo & quonam pacto, cum impartibi-
lis ſit, & nullam habeat differentiam? ſi enim motiua ſit
atque mobilis, diuerſa eſſe oportet.*

Text. comment. 67. *Multo autem his, quæ dicta ſunt, irrationabiliſſimum
dicere animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Inſunt
enim his impoſſibilia. Primo quidem ea, quæ ex eo acci-
dūt, quòd animā moueri aſſerunt. Propria aūt ex eo quòd
dicunt ipſam eſſe numerum. Quo mō .n. oportet intelligere
vnitatem motā, & à quo, & quō impartibilē et indifferē
tē exiſtentē? ſi nanq; eſt mota & mobilis, differre oportet.*

Poſtquam Philoſophus improbauit opinionem illo-
rum, qui dixerunt ſimpliciter animam moueri, hic con-
ſequenter arguit cōtra opinionem Xenocratis, qui ſupra Opinio. Xenocratis.
motum addit aliquid aliud, ſcilicet ꝙ anima eſſet nume-
rus mouens ſeipſum. Et hęc opinio eſt multum irrationa
bilior opinionibus aliorum philoſophorum, quę dictę
ſunt. Nam his qui dicunt animam eſſe numerum mouen
tem ſeipſum, multa impoſsibilia inſunt. Et primo quidē
ea, quę accidunt {eo quod eſt moueri,} id eſt ex motu,
quę etiā accidunt omnibus dicentibus animam moueri.
Accidunt etiā ſic dicentibus, & inconuenientia propria,
ex hoc. ſ. ꝙ dicunt animam eſſe numerū. Et propter hoc
Philoſophus improbat diffinitionem hanc Xenocratis
de anima, & non tantum eſt diſputans ad nomen, ſed ad
ipſam intentionem diffinientis. Circa hoc autem duo fa
cit. Primo oſtēdit hanc diffinitionem eſſe inconuenien
tem, quantum ad ipſam animam vel ſubſtantiam animę.
Secundo vero quantum ad eius accidentia. ibi {Comple
ctentibus igitur in vnum &c. Circa primum duo facit.
Primo enim deſtruit diffinitionem prædictam de ani-
ma per rationes. Secundo vero oſtendit ꝙ ad hanc diffi-
nitionem ſequuntur omnia inconuenientia quę ſequun-
tur ad opiniones aliorum Philoſophorum. ibi. {Accipit
autem ſicut diximus &c.} Quod autem prędicta diffini Prima ratio.
tio ſit incongrua probat ſex rationibus. Quarum prima
talis eſt. Tu dicis, animam eſſe numerum mouentem ſe-
ipſum, numerus autem conſtat ex vnitatibus, ergo dicis
animam eſſe veritates. Si tu dicis animam eſſe numerū Lectio. 10.
mouentem ſeipſum, ergo & animam vnitates mouentes Tex. cōmēt.
ſeipſas: ſed omne mouens ſeipſam habet duas partes, vt 40. & 42.
probat in 8. Phyſi. quarum vna eſt mouens & alia mota:
ergo oportebit dicere ꝙ vnitas ſeu pūctum diuidatur in
duas partes, quarum vna ſit mouens, & altera mota. Hoc
autem eſt impoſsibile: ergo impoſsibile eſt ꝙ anima ſit
numerus mouens ſeipſum. Quod autem ſit impoſsibile
vnitatem habere vnam partem mouentem, & aliam mo
tam probat: quia nullo modo illud quod eſt omnino im-
partibile & indifferens, poteſt intelligi ꝙ moueatur per
ſe, ita ꝙ habeat partem mouentem vnam, & aliam motā.
Nā in nullo poſſunt hæc duo, ſcilicet vis motiua vel mo-
ta, & mobilis vel mota eſſe, niſi differant. cum ergo vni-
tas ſit impartibilis & indifferens, non poteſt huiuſmodi
partes habere, & ſic nec moueri, ergo anima non eſt nu-
merus mouens ſeipſum. Secundā rōnem ponit cū dicit.

*Præterea cum lineam quidem motione ſuperficiem fa
cere dicant, punctum autem lineam, vnitatem etiam mo-
tus erunt continuo lineæ. Punctum enim vnitas eſt, poſi-
tionem habens, atque numerus animæ iam alicubi eſt, poſi
tionemque habet.*

*Amplius quoniam dicunt lineam motam planum fa-
cere, punctum autem lineam, & vnitatum motus lineæ
erunt. Punctum autem vnitas eſt, ponens habens. Nume
rus autem animæ iam alicubi eſt, & poſitionem habet.* Text. comment. 68.

Quæ talis eſt. Tu dicis animam eſſe numerum: ergo
& vnitates vt dictum eſt. Inter vnitatem autem & pun-
ctum nulla differentia eſt, niſi ꝙ punctus habet poſitio-
nem, eſt enim punctum vnitas poſitionem habens. Sed
ſi anima eſt numeros, oportet ꝙ alicubi ſit huiuſmodi
numerus animæ, & poſitionem habens. ergo anima erit
vnitates poſitionem habens. Huiuſmodi autem ſunt pū-
cta. ergo erit puncta. Sed ſ̄m quod dicunt Platonici, mo
tus puncti facit lineam, linea autem mota facit ſuperfi-
ciem, ſuperficies vero corpus: ſed eſt anima numerus mo
uens ſeipſum, ergo eodem modo & vnitas, & per conſe-
quens

quens eſt punctum mouens ſeipſum, punctum autē motum non facit niſi lineam. ergo motus animæ non facit niſi lineam. Et ſic anima motu ſuo nō cauſat vitam, ſed lineam, quod eſt falſum. Non eſt igitur anima numerus mouens ſeipſum. Tertiam rationem ponit cum dicit.

Præterea, ſi quis numero numerum vel vnitatem abſtulerit, alius relinquitur numerus. Atque plāta, multáque animalium viuunt diuiſa, & eandem animam ſpecie videntur habere.

De his vide lib. text. 20. & text. 92. huius lib. 1. *Amplius autem à numero ſi auferat aliquis numerum aut vnitatem, relinquitur alius numerus. Plantæ autem & animalium multa diuiſa viuunt, & videntur eandem habere animam ſpecie.*

Quæ talis eſt. Si anima eſt numerus, vt tu dicis, oportet ꝙ conſequatur paſsiones & naturam numeri: ſed conſtat ꝙ ſi aliquis auferat à numero vnitatem aliquam, ſeu addat, mutat ſpeciem. Nam ſi huic numero, ſcilicet ternario, addas vnitatem, mutat ſpeciem. Alia enim ſpecies eſt huius numeri quatuor, & alia eius quod eſt tria. Si vero ab eodem auferas vnitatem, efficitur duo & mutat ſimiliter ſpeciem. Conſtat autem ꝙ animalia ſumunt ſpeciem ab anima, cum vnumquodque conſequatur per formam ſpeciem ſuam, ergo ſi anima eſt numerus, ex ſubtractione vel additione alicuius ab anima, relinquitur alia anima ſpecie, & hoc eſt falſum. Videmus enim in deciſionibus plantarum & animalium annuloſorum ꝙ diuiſa ſeu deciſa viuunt, & eandem ſpeciem habent. Non ergo anima eſt numerus mouens ſeipſum. Quartam rationem ponit cum dicit.

At qui nihil referre videbitur, vnitates dicantur, an corpuſcula parua. Etenim ſi puncta fiant ex Democriti pillulis, modo maneat quantitas, erit in ipſis aliud quidem quod mouet, aliud autem quod mouetur, ſicut in magnitudine. Non enim quia magnitudine differunt, aut paruitate, id quod dictum eſt accidit, ſed quia ſubeunt quantitatem. Quocirca neceſſe eſt aliquid eſſe, quod ipſas vnitates mouebit. Quod ſi id, quod in animali mouet, anima eſt, & id quod in numero eſt, anima mouet, quare aīa non eſt id quod mouet, atque mouet̄, ſed id, quod mouet dūtaxat.

Tex. commen. 69. *Videbitur autem vtique nihil differre, dicere vnitates, aut corpora parua. Et nanque ex Democriti ſphęris, ſi fiāt puncta, ſolum autē maneat quantitas, erit aliquid in ipſo: hoc quidem mouens, illud autē quod mouetur, ſicut in magnitudine. Non enim propter hoc quòd eſt magnitudine differre, aut paruitate, accidit quod dictum eſt, ſed quia*
Tex. comment. 43. *quantum. Vnde neceſſe eſt aliquid eſſe motiuum vnitatum. Si autem in anima aliquod mouens, anima eſt & in numero, quare non mouens, & quod mouetur, eſt anima, ſed mouens ſolum.*

Quę talis eſt. Tu dicis animam eſſe numerum, & ſicut dictum eſt ſequitur ꝙ anima ſit vnitates poſitionem habentes, & per conſequens ꝙ ſit puncta. ſm hoc autem ſi recte conſideremus, videbitur vtique ꝙ nihil differt dicere, ꝙ anima ſit corpora parua & indiuiſibilia, ſicut dixit Democritus, aut dicere ꝙ ſit vnitates poſitionem habentes. Vnum.n.poſitionem habens, quantitas eſt & indiuiſibilis. Ex hoc ergo ſic arguo: Anima, ſm poſitionē tuā, eſt numerus mouens ſeipſum, & per conſequens vnitates & puncta mouentia ſeipſa: Ponamus autem ꝙ corpora indiuiſibilia, quæ poſuit Democritus, ſint puncta, quia non differt, ſicut dictum eſt, & ſint quanta, quod neceſſe eſt, quia proprie non mouetur niſi quantum. Huiuſmodi autem puncta mouent ſeipſa, quia anima eſt numerus ſeipſum mouens. Sed in mouente ſeipſum, ſicut dictum eſt, duo ſunt ergo erit in ipſo puncto, vnum quod eſt mouens, & aliud quod eſt motum. Nec eſt curandum vtrum ſint magna ſeu parua, dummodo ſint quanta, quia in quolibet continuo mouente ſeipſum hoc accidit, ſcilicet ꝙ ſint duo ibi, vnum vt mouens, & aliud vt motum. Et ſic neceſſe eſt ꝙ ſit aliquid motuum vnitatum. In animali autem, illud, quod mouet animal, eſt anima: ergo & in numero, illud quod mouet numerum, erit anima. ergo anima non eſt id quod mouetur, ſed illud quod mouet. Et ſic mala eſt diffinitio animæ, ꝙ ſit numerus mouens ſeipſum, ſed potius ꝙ ſit numerus mouens numerum motum. Quintam rationem ponit cum dicit.

At vero qui fieri poteſt, vt hæc vnitas ſit? Oportet enim ipſius ad cæteras aliquam differentiam eſſe. At vnici puncti quęnam, præter poſitionem eſſe differētia poteſt? Si igitur vnitates punctaúe, quæ ſunt in corpore, diuerſa ſunt ab vnitatibus animæ, atque punctis, erunt ipſæ vnitates in eodem profecto loco. Punctum enim animæ locum occupabit corporis puncti. Atque quid obſtabit ac prohibebit, vt ſi duo puncta ſunt ſimul in eodem loco, & plura ſint duobus, ac infinita. Quorum enim locus indiuiſibilis eſt, & ipſa indiuiſibilia ſunt. Sin vero ea puncta, quæ ſunt in corpore, ſint ipſe numerus animæ, vel ſi numerus, qui ex punctis conſtat, quæ ſunt in corpore, ſit ipſa anima, cur non omnia corpora animam habent? nam in cunctis eſſe videntur & etiam infinita.

Contingit autem quodammodo vnitatem hęc eſſe. Oportet enim ipſi ineſſe quandam differentiam ad alias. Puncti autem ſolitarij, quæ vtique differentia erit niſi poſitio? Siquidem igitur ſunt altera in corpore vnitates & puncta, in eodem erunt vnitates. obtinebit enim locum puncti, tamē quid prohibet in eodem eſſe, ſi duę ſunt, & infinitas. Tex. commen. 70.
Quorum enim locus eſt indiuiſibilis, & ipſa. Si autem ea quæ ſunt in corpore puncta ſunt numerus animæ, aut ſi eorum quæ in corpore ſunt punctorum numerus, eſt anima, quare non omnia habent animam corpora? Puncta enim in omnibus videntur eſſe, & infinita. Tex. commen. 71.

Quæ talis eſt. Secundum opinionem Xenocratis contingit hanc, ſcilicet animam eſſe vnitatem: ſed ex hoc cōtingit ipſam eſſe puncta, quia ſi anima eſt vnitas, oportet ꝙ differat ab alijs vnitatibus, non porterit autem differre ab eis niſi per poſitionem, quæ enim eſt differentia {puncti ſolitarij} id eſt vnitatis intellectæ, niſi poſitio? nulla vnitas autem niſi poſitionem habens, eſt punctum. ergo anima non eſt vnitas, ſed puncta. Sed anima eſt in corpore, & quodlibet corpus habet puncta ſua per ſe: quæro ergo, verum puncta, quæ ſunt anima, ſint eadem cum punctis corporis, aut alia: ſi quidem ſunt altera, ergo in qualibet parte corporis ſit anima, in qualibet parte corporis erunt puncta animæ, & ſic erunt duo puncta animæ in eodem loco ſimul. Et ſi duo, propter quid non plura, aut etiam infinita? Nam illa, quorum locus eſt indiuiſibilis, & ipſa indiuiſibilia ſunt. vnde nō indigēt ampliori loco. Vnde, ſi ponantur duo eſſe in loco indiuiſibili, per conſequens poſſunt in eodem loco eſſe infinita. Si vero dicas, ꝙ ſunt eadem puncta, quæ ſunt in corpore cum his punctis, quæ ſunt anima, ſequitur quod cum omne corpus habeat puncta: quod omne corpus habeat animam: ſed hoc eſt falſum: non ergo anima eſt numerus mouens ſeipſum. Sextam rationem ponit cum dicit.

Inſuper qui fieri poteſt vt ſeparent̄ ac abſoluat̄ à corporibus ipſa puncta, ſiquidē lineæ non diuiduntur in puncta.

Amplius aūt qūo poſſibile eſt ſeparari puncta et abſolui à corporibus, ſiquidem non diuidantur lineæ in puncta.

Et ſumitur

Et ſumitur ex præcedenti, quæ talis eſt: Sicut dictum eſt, ſequitur expoſitione Xenocratis, ꝙ anima ſit puncta: ſed nos videmus quod puncta non ſeparantur, nec abſoluuntur à corporibus. Nam lineæ non diuidũtur à ſuperficiebus, nec puncta à lineis. Anima vero ſeparatur & abſoluitur à corpore. ergo non eſt puncta, neque numerus. Patet ergo quod diffinitio Xenocratis de anima eſt incongrua quantum ad ea quæ in diffinitione ponuntur.

Conſequenter cum dicit.

Fit autem, vt diximus, vt partim idem ij dicant, quod illi, qui corpus quoddam ſubtilium partium animam eſſe dixerunt, partim proprium ipſos comitetur abſurdum, corpus ab anima perinde moueri, perinde atque Democritus aſſerebat. Nam, cum anima ſit in omni corpore ſentiente, neceſſe eſt in eodem duo corpora eſſe, ſi anima corpus aliquod eſſe ponatur. Et horum etiam ſententia, qui animam numerum eſſe cenſent, fit vt vno in puncto multa ſint puncta, aut omne habeat animam, ſi non numerus quiſquam alius, atque diuerſus à pũctis ipſius corporis ſuperueniat. Fit etiam vt animal à numero perinde moueatur, atque Democritum diximus idipſum moueri cẽſere. Quid enim intereſt parua pila dicantur, an vnitates magna, vel vnitates omnino, quæ agitantur motu. Vtro nanque modo neceſſe eſt ipſas ex eo mouere aĩal, quia ipſa motu mouent.

Text. comment. 72.

Accidit autem, ſicut diximus, partem quidem, idem dicere, corpus quoddam ſubtilium partium ipſam ponentibus, partim autem ſicut Democritus dicit ab anima moueri, proprium inconueniens. Si enim eſt anima in omni eo quòd ſentit corpore, neceſſe eſt duo in eodem eſſe corpora, ſi corpus aliquod anima. Numerum autem dicentibus, in vno puncto puncta multa, aut omne corpus animam habere, niſi quidam numerus differens fiat & alius ab his, quę in corpore ſunt punctis. Accidit autem animal moueri à numero, ſicut & Democritum dixit, ipſum mouere. Tex. commen. 73. *Quid enim eſt differt dicere ſphæras paruas aut vnitates magnas aut omnino vnitates ferri? Vtrobique enim neceſſe eſt mouere animal, in eo quod mouetur ipſa.*

Dicit diffinitionem prędictam eſſe incongruam, quãtum ad inconuenientia. Nam ex huiuſmodi diffinitione de anima ſequuntur omnia inconuenientia, quæ ſequuntur ex opinionibus omnium Philoſophorum de anima. Quidam enim errauerunt circa animam, & dixerunt ipſam eſſe corpus ſubtiliſsimarum partium. Ex quo ſequebatur, ꝙ cum anima ſit vbicunque eſt ſenſus in corpore, & ſenſus ſit vbique per corpus ꝙ ſi anima eſt corpus, ꝙ duo corpora ſint ſimul. Et hoc idem ſequitur ſi anima eſt puncta, ſicut dictum eſt, ſcilicet ꝙ duo ſint ſimul & etiam infinita, & hoc ſi puncta animæ ſint alia à punctis corporis. Sed ſi non {fiat differens numerus} punctorum animæ, id eſt ſi nõ differant puncta animæ à punctis, quæ ſunt in corpore, ſequitur ꝙ in quolibet corpore ſit anima. In quolibet enim corpore eſt inuenire puncta. Quidam vero, ſicut Democritus, errauit dicens animam moueri, & corpus ex motu animæ, & cum ipſe diceret componi animam ex indiuiſibilibus ſphæris, & ex motu ipſarum moueri corpus, ſequebatur ꝙ corpus moueretur ex corporibus indiuiſibilibus. Et hoc idem inconueniens ſequitur ex diffinitione iſtorum, ſcilicet animal moueri ex numero, & per conſequens à punctis, & non eſt differẽtia, dicere ſphæras paruas, & vnitates magnis, aut quaſcunque vnitates moueri. Nam {vtrobique} id eſt in ſphęricis corporibus & vnitatibus, neceſſe eſt ꝙ animal moueatur, eo ꝙ ipſa, ſcilicet corpora ſphærica & puncta ſeu vnitates mouentur. Conſequenter cum dicit.

His igitur, qui motum ac numerum in aſſignanda, anima coniunxerunt, hæc quæ dicta ſunt abſurda & alia huiuſcemodi multa eueniunt. Eſt enim impoſſibile non ſolum diffinitionem animæ talem eſſe, ſed etiam accidens. Quod quidem patet, ſiquis ex hac ratione, operationes atque affectas animę conabitur aſſignare: cogitationes, inquã ſenſus, voluptates, dolores, cætera iſtiuſmodi. Nam, vt prius diximus, neque vaticinari ex ipſis facile poſſumus.

Tex. commen. 74.

Complectentibus igitur in vnũ, numerum & motum et hæc accidunt & multa alia huiuſmodi. Non enim ſolum animæ impoſſibile eſt huiuſmodi eſſe, ſed & accidens. Manifeſtum eſt autem ſiquis conatus fuerit ex ratione hac, paſſiones & opera animæ reddere, vt cogitationes, ſenſus, lætitias, triſtitias, & quæcunque alia huiuſmodi. Sicut enim diximus prius, neque diuinare eſt facile ex ipſis.

Oſtẽdit inſufficientiam prædictæ diffinitionis ex parte accidentiũ. Dicit ergo, ꝙ qñcunq; diffinitio ſufficiẽter aſsignatur, non ſolum debet ducere in cognitionem ſubſtantiæ rei diffinitæ, ſed etiam accidentium. Sed ſi complicemus in vnum iſta duo, quæ poſita ſunt in diffinitione animæ, ſcilicet numerum & motum, non ſolum accidunt nobis inconuenientia, quæ dicta ſunt circa ſubſtantiam ipſius animæ, ſed etiam multa alia, quia hæc duo nõ ſolum eſt impoſsibile eſſe diffinitionem, id eſt ſubſtantiam animæ, verum etiam eſt impoſsibile, ꝙ ipſa ſcilicet numerus & motus ſint accidentia animæ, ſeu ducant in cognitionem accidentium. Non igitur eſt congrua diffinitio cum non ducat in cognitionem accidentium. Et ꝙ non ducat in cognitionem accidentium animæ, manifeſtũ eſt, ſi quis ex huiuſmodi diffinitione conabitur paſſiones & operationes animæ aſsignare, puta ratiocinationes, delectationem, triſtitiam, & huiuſmodi. Ex ipſis.n. ſcilicet ex numero & motu, non ſolum non erit facile deuenire in cognitionem accidentium & operationum animæ, ſed nec diuinare poterimus ex eis aliquid de ipſis paſsionibus & operationibus animæ.

LECTIO XII.

Multis rationibus redarguit Empedoclem, qui ex omnibus principijs & elementis animam, vt omnia cognoſceret, componi aſſeruit.

TRibus autem traditis modis, quibus antiqui diffiniunt animam, duos iam reprobauimus, & quas habet vtraque ſententia dubitationes contrarietatesque pene diximus, & ea, inquam, quæ maxime motiuum ipſam eſſe ex eo ponit, quia ſeipſum mouet: Et ea, quæ corpus ipſam ſubtiliſſimarum partium, aut magis quam cætera incorporeum eſſe cenſet. Reſtat igitur tertius modus atque ſententia, quæ ipſam aſſerit ex elementis conſtare, quam quidem deinceps conſideremus oportet. Animam ex elemẽtis cõſtarent omnia cognoſcat, impoſsibile eſt. Prima rõ. *Atque patet ob hoc ex elementis animam conſtare quoſdam dixiſſe, vt ſentiat ea, quæ ſunt, & rerum vnamquanque cognoſcat. At hanc ſententiam multa profecto comitantur abſurda, atque eorũ quam plurima quæ fieri nequeũt. Aſſerunt enim ſimili cognoſcere ſimile, quaſi animas, res ipſas eſſe ponentes. Verum non elementa ſunt ſolum, vt patet, ſed præter ea multa ſunt etiam alia, quin potius infinita fortaſſe numero, quæ conſtant ex ipſis ac componuntur. Sit igitur ea cognoſcere, ſentireque animam. Ex quibus illorum vnumquodque componitur. At totum ipſum compoſitum, quo cognoſcet quæſo, vel ſentiet, vt quid ſit deus, vel homo, vel os, vel caro, & cæterorum compoſitorum vnumquodque ſimiliter? Non enim vnumquodque iſtorum eſt ipſa elementa, quouis ſeſe habentia modo, ſine vllo diſcrimine, ſed ex ipſis vnumquodque conficitur*

ratione

ratione quadam, cōpoſitioneúe. Quemadmodum & Empedocles os ex elementis conſtare cenſet. Dicit enim.

Ceperat ante duas tellus iuſtiſſima vaſis.
Aeris ac fontis partes, Vulcanus & ipſe.
Quatuor ex octo adiunxit quis candida, magna.
Vis fœcundaque naturæ confecerat oſſa.

Nil igitur elementa proſunt, ſi ſint in anima, niſi rationes etiam inſint, & compoſitio. Vnumquodque enim cognoſcet ſimili, os autem, aut hominem non cognoſcet profecto, niſi ipſa etiam inſint. Hoc autem non opus eſt vnum eorum eſſe dicere, quæ fieri nequeunt. Quis enim ambiget vnquam, ſi lapis, vel homo, vel equus inſit animæ, & bonum ſimiliter, & non bonū, & de cæteris identidē rebus.

Text. commen. 75. *Tribus autē modis traditis, ſecundum quos diffiniunt animam, alij quidem maxime motiuam enuntiauerunt, in mouendo ſeipſam. Alij autem corpus ſubtiliſſimum, aut incorporaliſſimum aliorum. Hæc autem quas dubitationes, & contrarietates habent prætermimus fere. Relinquitur autem conſiderare, quomodo dicitur ex elementis ipſam eſſe. Dicunt enim quatenus ſentiat ea, quæ ſunt & vnumquodque cognoſcat. Neceſſarium autem eſt accidere multa & impoſſibilia rationi. Ponunt enim cognoſcere ſimile ſimili tanquam ſi animam, res ipſas eſſe ponant.*

Text. comment. 76. *Non ſunt autem hæc ſola, multa vero & alia. Magis autem fortaſſis infinita numero quæ ſunt ex his. Ex quibus igitur eſt vnumquodque horum eſto cognoſcere, animam & ſentire, ſed compoſitum quo cognoſcet, aut ſentiet vt quid deus, aut homo, aut caro, aut os, ſimiliter autē quodlibet aliud compoſitorum. Non enim quodlibet modo ſe habentia elementa, horum vnumquodque, ſed ratione quadam & compoſitione, ſicut Empedo. dicit os, Terra autē ad amabilis, in amplius receptaculis, duas ex octo partibus ſortita eſt aquæ luminis, quatuor autem vulcani, oſſa autem alba facta ſunt, nulla igitur vtilitas eſt elementa in anima eſſe, niſi & rationes inerunt & compoſitio. Cognoſcet enim vnumquodque ſimile. Os autem aut hominem nihil, niſi & hæc inerunt. Hoc autem quòd impoſſibile ſit, nihil oportet dicere. Quis enim dubitabit, an inſit in anima lapis aut homo ſimiliter autem & bonum, & non bonum, eodem modo & de alijs.*

Poſtquam Philoſophus oſtendit ſupra, quomodo antiqui naturales in cognitionem animæ venerunt per tria ſcilicet per motum & cognitionem, & per eſſe incorporaliſsimum, & diſputauit contra illos, qui venerunt in cognitionem animæ per motum, & contra illos, qui dixerunt animam eſſe quid incorporaliſsimum, & maxime ſimplex, hic conſequenter diſputat contra illos, qui dicebant animam omnia cognoſcere, quia compoſita erat ex omnibus. Quorum poſitio fuit ꝙ anima cognoſceret res omnes, quia cognitio fit per aſsimilationē quaſi hoc à longe diuinantes, dicebant animam, ad hoc ꝙ omnia cognoſceret, eſſe compoſitam ex omnibus, & ꝙ ſimilitudo rerum omnium eſſet in anima ſecundum proprium modum eſſendi, ſcilicet corporalem. Vnde, cum res conſtent ex elementis, dicebant, ꝙ anima erat compoſita ex omnibus elementis, vt ſentiat & cognoſcat omnia quæ ſunt. Et quia principalis in hac poſitione fuit Empedo. cum poneret animam compoſitam ex pluribus elementis quàm aliquis aliorum, ideo Philoſophus principaliter hic reprobat opinionem ſuam & diſputat contra eam. Et circa hoc duo facit. Primo enim improbat opinionē Empedo. ſecundo vero quandam aliam. ibi {In toto autem quidem ipſam &c.} Improbat autem opinionem Empedo. decem rationibus. quarum prima talis eſt. Empedo. dicit, ꝙ quia cognitio fit per ſimilitudinem, cum anima cognoſcat omnia, oportet animam compoſitam eſſe ex omnibus. Sed patet ꝙ huic rationi eſt neceſſariū accidere multa inconuenientia, & impoſsibilia. Conſtat enim, ꝙ in qualibet re non ſunt hęc ſola, ſcilicet elemēta, ſed multa alia ab elementis. ſicut eſt proportio cōmixtionis, & ratio vniuſcuiuſque, & forte ſunt infinita numero, quæ accidunt rebus compoſitis ex his, ſcilicet elementis, ſicut patet in oſſe. Nam non ſolum oportet cognoſcere illa, ex quibus componitur os, ſed etiam proportionem, quæ eſt inter illa, ex quibus componitur & rationem oſſis. quia omnia, quæ ſunt compoſita, non conſiſtunt quocunque modo ſe habeant elementa, ſed quadam ratione & compoſitione, ſcilicet ſint proportionata adinuicem. Nam os, cum habeat octo partes, ſecundum quod dicit Empedo. vnumquodque compoſitum os habere. 8. partes quæ non æqualiter attribuuntur omnibus elementis, ſed terra habet ibi duas partes. Aer habet ibi vnam, aqua ſimiliter vnam, ſed ignis quatuor & ideo ex maiori participatione ignis dicit oſſa eſſe facta alba, & ex terra ſicca. Si ergo in rebus compoſitis non ſolum ſunt ipſa elementa, ſed proportio & ratio vniuſcuiuſque. Inde ſic. Aut ergo iſtæ proportiones ſunt in anima cum elementis, aut non: ſi ſunt in anima, ergo in anima ſunt oſſa, & carnes, & huiuſmodi, & per conſequens homo & lapis, & corpora, & contraria. vnde nullus dubitat ꝙ hæc non ſunt in anima. Si vero dicas, ꝙ non ſunt ibi huiuſmodi proportiones & rationes, ſed ſolum elementa. tunc anima non cognoſcet proportiones rerum, nec ipſa compoſita, quomodo enim poterit cognoſcere Deum, ſcilicet totū cœlum, aut hominem, aut lapidem ſeu os, nullo modo cognoſcet, ſed elementa tantum. Secundam rationem ponit cum dicit. Seda ratio.

Præterea, cum id, quod eſt, multipliciter dici ſoleat: quoddam enim ſubſtantiam, quoddam quantitatem, aut qualitatem, aut aliquid aliud enumeratorum iam prædicamentorū ſignificat, vtrum ex vniuerſis, an non ex vniuerſis anima conſtent? At non videntur communia omnium eſſe elementa. Ex hiſce ne igitur ſolis conſtat, quæ ſubſtantiarum ſunt elementa? at quonam pacto cæterorum etiam vnumquodque cognoſcit? An dicent vniuſcuiuſque generis elementa propria, atque principia eſſe, ex quibus anima conſtent? erit igitur ipſa quantitas, & qualitas, & ſubſtantia. At fieri nequit, vt ex quantitatis elementis ſubſtantia ſit, non quantitas. Eos igitur, qui cenſent animam ex vniuerſis conſtare, hæc et huiuſcemodi alia comitantur.

Text. comment. 78. *Amplius autem, cū multipliciter dicatur id, quod eſt, ſignificat enim aliud quidem hoc aliquid, aliud aūt quantitatem aut qualitatem, aut & quoddam aliud diuiſorum prædicamentorum, vtrum ex omnibus erit anima, an nō? Sed non videntur communia omnium eſſe elementa. Nā igitur quæcunque ſubſtantiarum ſunt, ex his ſolum? Quomodo igitur cognoſcet & aliorum vnumquodque? An dicent vniuſcuiuſque generis eſſe elementa & principia propria, ex quibus animam conſtare. Erit ergo qualitas & quantitas & ſubſtantia. Sed impoſſibile eſt ex quantitatis elementis eſſe ſubſtantiam, & non quantitatē. Dicētibus itaque ex omnibus, hæc & huiuſmodi alia accidūt.*

Quæ talis eſt. Tu dicis, ꝙ anima eſt compoſita ex principijs: ſed diuerſorum generum diuerſa ſunt principia: cū ergo id, quod eſt, dicatur multipliciter, ideſt ſm diuerſa genera, ſicut ſubſtantiæ, qualitatis, quantitatis & aliorū prædicamentorum: ergo erunt diuerſa principia.

Quæro

Quçro ergo, vtrum anima ſit compoſita tãtum ex principijs ſubſtantiæ, aut ex principijs omnium generum. ſi tantum ex principijs ſubſtantiæ, tunc anima non cognoſcet niſi ſubſtantias, & ipſi ponunt eam cognoſcere omnia. Si vero cõponitur ex principijs omnium generum, tunc cum quicquid eſt ex principijs ſubſtantiæ ſit ſubſtantia, & ex principijs quantitatis ſit quantitas, & ſic de ſingulis, anima erit ſubſtantia, quantitas, qualitas, relatio, & huiuſmodi. Poſſet autem reſponderi contra hanc rationem Ariſto. ꝙ principia ſubſtantiæ ſunt etiam quantitatis & qualitatis & aliorum, cum omnia fundentur ſupra ſubſtantiam, & ideo non oportet ꝙ ſint in anima aliqua alia principia, quàm principia ſubſtãtiæ, & nihilominus cognoſcet omnia. Ad hoc dicendum ꝙ quælibet res habet principia proxima & remota, & cognitio oportet ꝙ ſit per principia proxima: Principia autem ſubſtantiæ, licet ſint principia aliorum, ſunt tamen remota & non proxima. & ideo per ea non poteſt haberi cognitio niſi de ſubſtantia. Tertiam rationem ponit cum dicit.

Tertia ratio. *Abſurdum eſt etiam, ſimile quidem à ſimili non pati dicere, ſimile vero ſentire ſimile, ſimileq́ue cognoſcere ſimili putare, atq; aſſerere. Deinde ſentire pati quoddã eſſe moueri q́ue ponere, & intelligere ſimiliter, & cognoſcere.*

Text. comment. 79. *Inconueniens autem eſt dicere quidem impaſſibile eſſe ſimile à ſimili, ſentire autem ſimile ſimili, & cognoſcere ſimile ſimili. Sentire autem pati aliquid & moueri ponunt, ſimiliter autem cognoſcere & intelligere.*

Quæ talis eſt. Ratio quare anima ſit compoſita ex omnibus elementis eſt, quia anima cognoſcit omnia, & cognitio eſt per ſimilitudinem. cõtra: Conſtat enim ꝙ ſentire & cognoſcere eſt pati aliquid: ſed inconueniens eſt dicere ꝙ ſimile patiatur à ſimili, ſed à contrario: ergo & inconueniens eſt dicere quod ſentire ſeu cognoſcere ſit ſimile ſimili. Quartam rationem ponit cum dicit.

Quarta ratio. *Atqui multas dubitationes, ac difficultates Empedo. habet ſententia, corporeis, inquam, elemẽtis, & ſimilibus cognoſci res ſingulas, & teſtatur id quod experientia late patet. Partium enim animalium, corporum ea, quę ſunt ſimpliciter terrę, vt oſſa, nerui, pili, nihil ſentire videntur. Quare neque ſimilia ſibi. At oportebat tamen.*

Multas autem dubitationes & difficultates habente ipſo dicere ſicut Empedo. quòd corporeis elementis ſingula cognoſcuntur & ad ſimile teſtatur quod nunc dictum eſt. Quæcunque enim inſunt in animalium corporibus ſimpliciter terræ, vt oſſa, nerui, pili, nihil ſentire videntur. quare neque ſimilia, & tamen conueniret.

Quæ talis eſt. Et hoc quod dictum eſt ſuperius, teſtatur ꝙ dictum Empedo. ſcilicet ꝙ ſimile ſimili cognoſcatur, habet multas dubitatiões & difficultates. Sed adhuc etiam magis apparet difficile & improprie dictum. Nam ſi anima cognoſceret ſimile ſimili, ſicut Empe. dicit, tunc ſequitur ꝙ elementũ aeris cognoſcat aera, & ſic de alijs. Sed nos videmus ꝙ multæ partes terreæ ſunt in animali, quæ nihil ſentiunt, ſicut pili, & oſſa, & nerui, & tamen cõueniret ꝙ ſentirent ſecundum poſitionem eorum, ergo non cognoſcitur ſimile ſimili, vel ẽt nõ eſt compoſita ex omnibus elementis. Quintam rationem ponit cum dicit.

Quinta ratio. *Præterea cuique principiorum maior ignoratio quàm cognitio inerit nimirum. Vnumquodque enim cognoſcet vnum, multa autem ignorabit, cętera nanque omnia.*

Text. comment. 80. *Amplius autem vnumquodque principiorum ignorantia plus quam intelligentia exiſtet. Cognoſcat quidem.n. vnumquodlibet, multa autem ignorabit: omnia enim alia.*

Quæ talis eſt. Adhuc expoſitione Empedo. ꝙ ſimile cognoſcatur ſimili ſequitur aliud incõueniens, ſcilicet ꝙ principium habet plus de ignorantia quam de intelligentia. Si enim cognitio eſt per ſimile tãtum, & principium quodlibet ſit ſimplex & non habet alicuius ſimilitudinẽ in ſe niſi ſuam, nõ cognoſceret niſi ſeipſum, & ignorabit multa omnia, ſcilicet, quæ ſunt alia ab eo. Sextam rationem ponit cum dicit. Sexta ratio.

Fit etiam Empe. eadem ſententia, vt deus ſit amentiſſimus, quippe cum ipſe ſolus vnum elementorum non comprehendat, ipſam diſcordiam inquam, mortalia vero cuncta cognoſcat. Cum ex vniuerſis ſingula conſtent.

Accidet autem & Empedo. inſipientiſſimum eſſe deũ. Tex. commen. 81. *Solus enim elementorum vnum non cognoſcet, diſcordiã. Mortalia autem, omnia. Ex omnibus.n. vnumquodq; eſt.*

Quæ tali eſt. Adhuc etiam ex dicta poſitione, ſcilicet ꝙ ſimile cognoſcant ſimili accidet aliud inconueniens Empedo. hoc videlicet. ꝙ deus ſit inſipientiſſimus omnium animalium. Quod ex hoc ſequitur. Sciendum.n. ꝙ ſicut dictum eſt. Empedo. poſuit iſta omnia inferiora cõpoſita eſſe ex quatuor elementis, & ex lite & amicitia, & ꝙ generatio & corruptio prouenit in rebus ex iſtis duobus ſcilicet lite & amicitia. Cœlum vero dixit eſſe Deum, & dixit ꝙ erat compoſitus ex quatuor elementis, & amicitia, ſed non ex lite, & ideo eſt incorruptibile. Si ergo ſimile cognoſcitur ſimili, cum Deus non ſit cõpoſitus ex lite, non cognoſcet litem, & ſic erit ſimpliciter inſipientior cæteris animalibus, quæ cognoſcunt litem, cum ſint compoſita ex ea. Septimam rationem ponit cum dicit. Septima ratio.

Præterea dicat oportet omnino, quam ob cauſam non habent animam omnia, cum omne quod eſt, aut ſit elementum, aut ex elemento vno, vel pluribus, vel omnibus conſtat. Neceſſe eſt enim omne quod eſt, aut vnum quid, aut quædam, aut vniuerſa cognoſcere.

Omnino autẽ propter quam cauſam non omnia habent animam quæ ſunt. Quoniam omnia aut elemẽtum, aut ex elemento, aut vno, aut pluribus, aut omnibus. Neceſſe.n. eſt, vnum aliquod cognoſcere, aut quædam, aut omnia.

Quæ talis eſt. Si anima eſt compoſita ex omnibus elementis, ſequitur ꝙ omnia quæ ſunt, habent animam. omne enim quod eſt, aut eſt ex omnibus elementis, aut ex aliquibus, ſed omne quod eſt compoſitum ex elementis, aut ex elementatis, eſt corpus. ergo omnia corpora habent animam, & omnia quæ ſunt, quod falſum eſt.

Octauam rationem ponit cum dicit. Octaua ratio.

Dubitabit etiam non iniuria quiſpiam quidnam id ſit quod ipſa continet atque vnit. Elementa nanque materiei ſimilia ſunt. Atque præſtabiliſſimum id eſſe patet, quod continet, quicquid id tandem ſit. At nequit eſſe quicquam præſtabilius anima, quod quidem dominetur. Et magis etiam, intellectu. Maxime autem rationi conſonum eſt hunc omnia præceſſiſſe, & pręſtãtiſſimum omnium, & natura diuinum eſſe. Illi autem elementa, ea quæ ſunt, præcedere cenſent.

Dubitabit autem vtique aliquis, & quid eſt vnum faciens ipſa. Materiæ enim comparantur elementa. Maxime autem proprium eſt illud continens, quodcunque eſt. Tex. commen. 82. *Anima autem aliquid eſſe melius & quid principatum obtineat impoſſibile eſt. Impoſſibilius autem adhuc, intellectu. Rationabiliſſimum autem eſſe hunc antiquiſſimum, nobiliſſimum, & diuinum ſecundum naturam. Elementa autem dicunt eſſe prima entium.*

Quæ talis eſt. Elementa ſunt plura & contraria vbicunque autem aliqua contraria conueniunt & componũtur, oportet ꝙ ſit aliquid aliud quod contineat & faciat

ipſa vnũ. Si ergo anima eſt cõpoſita ex oĩbus elementis, oportet ꝙ ſit aliquid aliud continens illa. Sed hoc eſt valde dubiũ quid ſit, quia ſic eſſet nobilius & prius anima, quod eſt impoſsibile, & ad minus de intellectu, quia valde rõnabile eſt ꝙ intellectus ſit nobiliſsimus omniũ & diuinus ſ'm naturá. Item ſequeretur ꝙ illud eſſet prius ꝗ elementa, quod eſt falſum, quia Emped. & alij dicunt elemẽta, eſſe prima inter omnia entia. Non eſt ergo anima cõpoſita ex elementis. Nonam rationem ponit cũ dicit.

Nona ratio.

Antiqui omnes de aĩa haud ſatis exacte ꝑtractarunt.

At enim nemo prorſus de omni anima dixit, nec eorũ qui cenſent ipſam ex elementis ideo conſtare, quia ſentit cognoſcitque ea quæ ſunt nec etiam eorum qui maxime motiuum ipſam aſſerunt eſſe. Non enim omnia mouentur, quæ ſentiunt. Sunt enim animalia nonnulla, quæ non mouentur loco, & tamen hoc ſolo motu, anima videtur animal agitare. Similiter & eorum qui tam ſenſitiuum quã intellectiuum ex elementis conficiunt, nemo animam omnem complectitur. Viuere nanque videntur plãtæ, at expertes ſunt tamen & lationis & ſenſus. Animaliũ quoque complura ſunt, quæ mente rationeq; vacant. Quod ſi quis & hæc illis conceſſerit, intellectumque partem eſſe poſuerit animæ, & identidem ſenſitiuum, neque ſic de omni anima, neque de vlla tota dicere videbuntur. In hoc eodem errore videtur eſſe, & ea ſententia, quæ carminibus Orphicis fertur. Dicit enim Orpheus animam ferri ventis, & ex toto ingredi reſpiratione. Id autem nequit ipſis accidere plantis, neque quibuſdam itidem animaliũ. Quippe cum haud vniuerſa reſpirent Quod quidem eos prætereũt, qui ita de anima cenſuere.

Orphei de aĩa opinio.

Tex. commen. 83.

Omnes autẽ & qui ex eo quod cognoſcit & ſentit anima ea quæ ſunt, ex elementis dicunt ipſam, & qui maxime motiuum non de omni dicunt anima. Neque enim ſenſitiua omnia motiua. Videntur enim eſſe quædam animalium, manentia in loco, & tamen videtur hoc ſolo motu mouere anima animal. Similiter autem & quicunque intellectum & ſenſitiuum ex elementis faciunt. Videntur enim plantæ viuere, non participantes loci mutatione, neque ſenſu, & animalium multa intelligentiam nõ habere.

Tex. commen. 84.

Si autem aliquis & hæc ſegregauerit, poſueritq; intellectum partem aliquam animæ, ſimiliter autem & ſenſitiuum, neque vtique ſic dicent de omni anima, neque de tota, neque de vna. Hoc autem ſuſtinuit & quæ eſt in Orphicis carminibus ratio. Dicit enim animam ex toto ingredi,

Tex. commen. 85.

reſpirantibus à ventis. Non poſſibile itaque plantis hoc accidere, neque animalium quibuſdam ſiquidem non omnia reſpirant. Hoc autem latuit ſic opinantes.

Et oſtendit defectum & inſufficientiá poſitionis Empedo. & aliorum omnium qui conſiderant animam ex motu ſeu ſenſu, quæ talis eſt. Apparet etiam ꝙ omnes & quicunque dixerunt animam eſſe aliquid motiuum ſecũdum locum, inſufficienter dixerint. Nam multa animata ſunt quæ non mouentur ſecundum locum, ſed manẽt, ſicut plantę & alia huiuſmodi. Similiter autem & illi qui dixerunt animam eſſe quid intellectiuum & ſenſitiuum inſufficienter dixerunt. Nam multa ſunt animata quæ neque ſentiunt, neque intelligunt. Si vero aliquis hoc ſegregauerit ſcilicet intellectiuum, ſenſitiuum, & motiuum, & dicat intellectiuum vnam partem animæ, & ſimiliter ſenſitiuum, non tamẽ propter hoc dicet de omni anima, cum non omnes animæ ſint intellectiuæ. Neque de tota, cum intellectiuum & ſenſitiuum ſint partes animæ. Neque de vna, quia ſic non diceret omnes proprietates animæ cuiuſcunque, cum in anima ſint aliæ proprietates, quàm ſint intelligere & ſentire. Et quia quidam Philoſophus qui vocatus eſt Orpheus defectiue etiã de anima locutus eſt quaſi in ſimilem defectum incidit. ideo hic adiungit eius defectum. Sciendum eſt ꝙ Orpheus iſte fuit vnus de primis Philoſophis qui erant quaſi poetæ theologi loquẽtes metrice de philoſophia & de Deo, & fuerunt tantum tres, Samius, Orpheus, & quidã alius. Et iſte Orpheus primo induxit homines ad habitã ſum ſimul, & fuit pulcherrimus concionator, ita ꝙ homines beſtiales & ſolitarios reduceret ad ciuilitatem. Et propter hoc dicitur de eo ꝙ fuit optimus citharædus in tantum ꝙ fecit vel faceret lapides ſaltare, id eſt ita fuit pulcher concionator, ꝙ homines lapideos emolliuit. Poſt hos vero tres, fuerunt. 7. ſapiẽtes, quorum vnus fuit Thales, Hic ergo Orpheus volebat ꝙ totus aer animatus eſſet & anima quædam, & ꝙ anima corporum viuentium nihil aliud eſſet, niſi illud quod attrahit animal de aere animato per reſpirationẽ & hoc dicebat metrice. Et ideo dicit Philoſophus ꝙ ratio Orphei quæ eſt in metricis carminibus de anima, ſuſtinuit eũdem defectum quem ſuſtinuerunt rationes præcedentium, quia, ſicut dictum eſt, ipſe voluit ꝙ illud eſſet anima, quod attrahitur per reſpirationem animalium. Sed hoc inſufficienter dictum eſt, quia multa animalium ſunt quæ non reſpirant, hoc autem, ſ. ꝙ aĩal a multa non reſpirant, latuit illos qui fuerũt prædictę opinionis. Et ſic patet ꝙ illi reprehenduntur de inſufficientia. Decimam rationem ponit cum dicit.

At vero ſi conficere animam ex elementis oporteat, nõ ex vniuerſis continuo conficienda eſſe videtur. Altera nanque pars contrarietatis, ſufficiens eſt ſeipſam oppoſitaque diſcernere. Recto, enim et ipſum rectum (vt patet) & obliquũ cognoſcimus. Regula nanque index ex vtrinſque. At obliquum, nec ſui plane, nec recti.

Cõtrarium cõtrario cognoſcitur.

Regula & rectum ſuum, atque obliqui index ẽ.

Si vero ex elemẽtis animam facere oportet, nihil oportet ex omnibus. Sufficiens enim eſt altera pars contrarietatis, ſeipſam dijudicare & oppoſitam. Recto enim & ipſum & obliquum cognoſcimus. Iudex enim vtrorumque canon eſt. Obliquum autem neque ſuijpſius, neque recti.

Et arguit eos de ſuperfluitate, quæ talis eſt. Dicunt.n. iſti ꝙ ad hoc ꝙ anima cognoſcat, oportet ꝙ ſit compoſita ex elementis, ſed cum nos videamus ꝙ cognitio omnis rei poſsit haberi per pauciora, ergo & ſi concedatur animam componi ex elementis, non tamen debet dici compoſita ex elemẽtis omnibus, ſed ad plus, ex duobus. Et ꝙ cognitio habeatur per pauciora patet, quia cum cõpoſitum conſtet ex aliquo perfecto & imperfecto, ratio cognoſcendi imperfectum, eſt perfectum, & cum contraria reducantur in priuationem & habitum, ſufficiens eſt altera pars ſcilicet illa quæ ſe habet per modum habitus & perfecti ad cognoſcendum ſeipſam & alteram partem, quæ eſt per modum priuationis & imperfecti. Nam per rectum dijudicamus & cognoſcimus ipſum rectum, & etiam obliquum. {Canon enim} id eſt regula eſt illud per quod habetur iudiciũ de vtroque. Per obliquum vero nec ipſum cognoſcimus, nec rectum. Non ergo fuit neceſſe aĩam facere, i. eã cõponere ex oĩbus elementis, ſed ex duobuos tantum. ſ. ex igne & terra, & per hoc cognoſceret & ſeipſam & contraria, ſicut per ignem cognoſceret calida & frigida, & per terram, ſicca & humida.

Contraria oĩa in habitum, & priuationem referuntur.

LECTIO XIII.

Eorum ſententiam exponit, ac reprobat, qui animam ipſis elementis attribuere auſi ſunt.

SVnt & qui in toto vniuerſo permixtam ipſam inquiunt etiam, quocirca forſitan, & Thales omnia plena deorum eſſe putauit.

Et in

Text. comment. 86.

Et in toto autem quidem ipſam miſtam eſſe dicunt. Vnde fortaſſis & Thales opinatus eſt omnia eſſe plena dijs.

Opinio ponentiũ omnia eſſe plena dijs.

Poſtquam Philoſophus poſuit opiniones ponentium animam eſſe ex elementis, & rationes ipſorum, & improbauit eas, hic ex incidenti ponit opinionem quorundam dicentium aoimam eſſe io elementis. Et circa hoc doo facit. Primo enim ponit opinionem. Secundo vero rationem opinionis. ibi. {Opinari autem.} Circa primũ duo facit. Primo ponit opinionem. Secuodo improbat eam. ibi. {hoc aotem &c.} Dicit ergo, ꝙ ſuot quidam, qui dicunt animam miſceri in toto voiuerſo, ponentes eam tam in elementis quam in elementatis. Vnde quidam philoſophus nomine Thales fortaſsis motus ab hac opioione, opioatus eſt omnia plena eſſe dijs. Volebat enim ꝙ totum vniuerſum eſſet animatũ, & eius aoima eſſet Deus. Vnde ſicut anima eſt in qualibet parte animalis, & tota, ita volebat ꝙ in qualibet parte vniuerſi eſſet Deus, & ſic omnia eſſent plena dijs, & forte ex hoc prouenit idolatria. Conſequenter cum dicit.

Iouis omnia plena Iupiter eſt quod cũque vides, quodcũque moueris. Idolatrie ſeminariũ, & origo.

Hoc autem dubitationes habet nõnullas. Quam enim ob cauſam anima in aere quidem vel igne ſi ineſt, non facit animal, in mixtis autem facit. Præſertim cum in illis videatur eſſe præſtantior. Quæret etiam quiſpiam quam ob cauſam, anima ea quæ eſt in aere præſtabilior eſt ac immortalior ea quæ in animalibus ineſt. vtrobique autem emergit quoddam abſurdum, & rationis egrediẽs metas. Nam ignem, aut aerem, animal eſſe dicere, rationis egreditur fines, & aſſerere rurſus animalia non eſſe, ſi inſit in ipſis anima, per abſurdum eſt ſane.

Tex. commen. 87.

Hoc autem habet quaſdam dubitationes, propter quam enim cauſam, in aere aut in igne anima cum ſit, non facit animal in miſtis at facit, & hæc, in his melior eſſe putata. Quæret enim vtique aliquis, quam ob cauſam quæ in aere anima, ea, quæ in animalibus melior & immortalior. Accidit autem vtrobique inconueniens & irrationabile. Et nanque dicere, animal, ignem aut aerem, magis irrationabilium eſſe, & non dicere animalia, cum anima inſit inconueniens eſt.

Improbat hãc opinionẽ dicens, ꝙ hoc. ſ. ꝙ aĩa ſit in elementis & in elementatis, habet qualdam dubitationes & oppoſitiones, quarum vna eſt, quia ſi anima eſt in aere & in igne: {In iſtis enim duobus dicebant maxime eã eſſe} difficile erit eis dicere propter quam cauſam anima in eis non facit aoimal id eſt quare iſta oon ſunt animalia, cum in mixtis anima faciat animal id eſt mixta animata ſint animalia, pręcipue, eom putandum ſit ꝙ hęc, ſcilicet anima ſit ꝙ melior in elementis ſimplicibus, quàm in elementatis. Alia dubitatio eſt, quia quęret aliquis ex his vtique motus, quare anima, quæ ſecundum ipſos eſt io elementis, eſt melior & immortalior, quàm anima, quæ eſt in elementatis, cur hęc, quę eſt in elementatis, conſtituat animal, & cognoſcens & ſentiens, illa vero, quæ eſt in elementis, non conſtituat. Ex his autem dubitationibus, quæcunque ponatur, accidit inconueniens & irrationabile, quia dicere ꝙ ignis ſiue aer ſit animal, vt primo dubitatur ex maxime incõueniẽs, & ad ſenſum apparet falſum, & eſt dictum non habeotium rationem. Et non dicere ea in quibus eſt aoima, eſſe animalia, valde incõueniens eſt. Nam ſecundum hoc in oullo differt, inter eſſe animam in aliquo corpore, & non eſſe. Conſequenter cum dicit.

Videntur autem ideo putaſſe in his animam eſſe, quia totum & partes eiuſdem ſunt ſpeciei. Quare neceſſe eſt ipſos, & animam, & partes, eiuſdem eſſe dicere ſpeciei, ſi animalia ex eo fiunt animantia, quia in ipſis aliqua pars continentis recipitur.

Tex. commen. 88.

Opinari autem videntur animam eſſe in his, quoniam totum partibus ſimilis ſpeciei quare neceſſarium ipſis dicere & animam ſimilis ſpeciei partibus eſſe, ſi intercipi aliquid continentis in animalibus, animata animalia fiũt.

Ponit rationem præmiſſę opinionis. Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationem & improbat eam. Secundo concludit quid manifeſtum ſit ex omnibus quæ dicta ſunt ibi {Manifeſtum igitur &c.} Circa primum duo facit. Primo enim ponit rationem opinionis dicens, ꝙ ratio quare dicti Philoſophi opinari videntur animam eſſe io his id eſt in omnibus elementis, eſt quia ipſi volebant ꝙ totum & partes in elementis cum ſint ſimplicia, ꝙ eſſent ſimilis ſpeciei. Vnde, cum viderent & opinarentur ꝙ pars continentis id eſt aeris intercepta in corporibus animalium per inſpirationem & reſpirationẽ, ſit cauſa quare animalia fiant animata, & ſit anima, neceſſe erat eis dicere {animam eſſe ſimilis ſpeciei partibus} id eſt totum continens eſſe animatum. Secundo vero cum dicit.

Quod ſi aer quidem diſcerptus, eiuſdem eſt ſpeciei, anima autem & diſſimilium partium, patet aliam ipſius partem ineſſe, aliam non ineſſe. Neceſſe eſt igitur ipſam aut ſimiliũ eſſe partiũ, aut non in quacunque totius inſſe parte.

Si aũt aer quidẽ diſcerptus, ſimilis ſpeciei eſt, anima autem diſſimilis partis, hæc quidem ipſius exiſtet, aliud autem non exiſtet. Neceſſe eſt igitur ipſam, aut ſimilium partium eſſe, aut non eſſe in qualibet parte omnis.

Improbat dictam rationem dicens, ꝙ quia aer diſcerptus & attractus eſt ſimilis ſpeciei toti aeri, ſequetur ꝙ aoima animalis ſit ſimilis partis animæ totius aeris. Sed conſtat ꝙ anima animalis cuiuſlibet eſt diſsimilis partis animę aeris, quia vna ipſius, ſcilicet anima aeris {exiſtet,} id eſt immortalis eſt ſm eos, vtpote quæ ſemper viuificat & ſemper viuificauit omnia viua. {Aliud autem,} ſ. anima hoĩs, vel illius animalis {non exiſtet,} id eſt eſt mortalis ſm eos. Neceſſe eſt ergo alterum duorum incõuenientium ſequi ex hoc, videlicet ꝙ ſi aer ſit ſimilis partis, ſ. ille qui eſt intra, & ille qui eſt extra, & anima etiam, quod improbatũ eſt. Aut ſi ipſa anima eſt diſsimilis partis, & aer ſimilium, tunc ſequitur ꝙ anima non ſit in qualibet parte {omnis} .i. totius aeris: quod eſt cõtra eos qui totum aerem animatũ ponebant. Conſequenter cũ dicit.

Patet igitur ex dictis, neque cognitionem ex eo competere animæ, quia conſtat ex elementis, neque recte vereq; dici motum eidem ineſſe.

Manifeſtum igitur ex dictis eſt, quòd neque cognoſcere ineſt anima, propter id quod eſt ex elementis, neque moueri ipſam, bene, neque vere dicitur.

Concludit ex omnibus, quę dicta ſunt de opinionibus antiquorum, ꝙ neutrum illorum, quod ipſi attribuebant animæ, ſit verum, nec beoedictum, eo modo, quo ipſi dixerunt ſcilicet ꝙ oeque cognoſcere ineſt animę ex eo ꝙ eſt ex elementis, ſicut ipſi ponebant: neque etiam motus ſeu moueri ineſt ei, ex hoc quod ex dictis elementis conſtabat ſecundum eos, & hoc ſatis aperte & clare patet inſpicienti ad ſupradicta.

LECTIO XIIII.

Duas quæſtiones proponit, & ſoluit, videlicet, num variæ animæ operationes vni tantum animæ conueniant, vel diuerſis eius potentijs: & vitæ ipſius quod nam ſit principium.

AT quoniam cognoſcere, ſentire, opinari, inſuper cupere, deliberare, & omnino appetitiones, ipſius animæ ſunt, motus etiam animalium, loco, ab ani

ma ſit, & inſuper accretio, ſtatus, atque decretio, quæret vtique quiſpiam, vtrum horum vnumquodque toti animæ competat, & nos intelligamus, & ſentiamus, & moueamur, cæterorumq; vnumquodque agamus, patiamurque tota, an alijs alia partibus. Ipſum præterea viuere, vtrũ in horum aliquo vno, an in pluribus, an in omnibus conſiſtat, an ſit eius alia quædam etiam cauſa.

Tex. comment. 89.

Quoniam aut cognoſcere animæ eſt, & ſentire & opinari, adhuc autem concupiſcere, & deliberare, & omnino appetitiones. Fit autem & ſecundum locum motus ab anima in animalibus. Adhuc autem & augmentum, & ſtatus & decrementum, vtrum toti animæ vnumquodque horum inſit, & tota anima intelligamus: & ſentiamus, & aliorum vnumquodque faciamus, & patiamur, aut partibus alteris altera. Et viuere igitur vtrum in aliquo horum ſit vno, aut pluribus, aut in omnibus, an & aliqua cauſa.

Poſitis opinionibus antiquorum de anima & improbatis, conſequenter Philoſophus mouet quaſdam dubitationes. Et circa hoc duo facit. Primo enim mouet ipſas quæſtiones. Secundo vero ſoluit eas ibi. {Dicunt itaque &c.} Sciendum eſt autem, ꝙ operationes animæ, ſcilicet ſentire, intelligere, appetere, moueri ſecundum locum, & augeri poſſunt dupliciter accipi: quia vel ſecundum modum operandi, & ſic ſunt tres potentiæ animæ, & his attribuuntur huiuſmodi actiones, potentiæ, videlicet vegetabili ſenſibili, & intellectuali. Quę quidem differunt. Nam nutritiua ſiue vegetabilis agit mediantibus qualitatibus actiuis & paſsiuis, vt calidum, frigidum & huiuſmodi: Senſitiua vero ſeu ſenſus, licet non indigeat qualitatibus ſenſibilibus ad ſentiendum, indiget tamen organo corporali. Intellectus vero neutro iſtorum indiger, quia nec qualitatibus, nec per organum corporale aliquid intelligit, ſed perficitur in operatione ſua abſque aliquo organo. Si autem accipiamus huiuſmodi actiones ſecundum genera actionum, ſic ſunt quinque potentiæ, ſcilicet nutritiuum, ſenſitiuum, motiuum ſecundum locũ, appetitiuum, & intellectiuum, & actiones horum ſunt ſentire, nutriri, mouere, appetere & intelligere. Et ideo cum Philoſophus de anima, ſecundum ſuam totalitatem ſecundum opiniones antiquorum ſupra tractaſſet, & reprobaſſet eas, hic inquirit de partibus & operationibus ipſarum partium, & mouet duas quæſtiones, quarum prima talis eſt. Vtrum operationes animæ, quę ſunt cognoſcere & ſentire quantum ad ſenſum, & opinari quantum ad intellectum, adhuc concupiſcere quantum ad concupiſcibilem, deliberare quantum ad rationalem, & etiam appetitus, qui eſt plus, quia concludit eum his duobus iraſcibilem, & moueri ſecundum locum, & augeri, & ſtare, & diminui, conueniant toti animæ, vt ſcilicet vnumquodque eorum ſit in omni parte animæ, id eſt ſecundũ quamlibet partem animæ intelligamus, ſentiamus, moueamur, appetamus, & nutriamur: Aut ſingulum iſtorũ habeat ſingulam partem animæ determinatam, vt ſcilicet alio intelligamus & alio ſentiamus, & ſic de alijs. Secunda quæſtio eſt, quia dato quod quelibet operatio animæ habeat ſpecialẽ partẽ. Item erit quęſtio, vtrum hoc, quod eſt viuere, conueniat alicui partiũ, ita ꝙ ſit in aliquo vno, aut in pluribus partibus, aut in oĩbus. Et ſi in his, vtrum ſit in aliquo alio. Conſequenter cum dicit.

Actiões animæ duobus modis poſſunt conſiderari, late infra Thomas lib 2. cõ. 27. infra. cõmẽ. 18. 33.

Prima quæſtio.

Atque ſunt qui dicunt ipſam eſſe partibilem, noſque alia eius parte intelligere, alia cupere cenſent.

Tex. comment. 90.

Dicunt itaque quidam partibilem ipſam, & alio autem intelligere, alio quidem concupiſcere.

Reſpondet ad quęſtiones poſitas. Et primo ad primã. Secunda vero ad ſecundam. ibi. {Videtur autem & quę &c.} Reſpondens autem primæ quęſtioni, Primo ponit opinionem quorundam philoſophorum ad hoc. Secundo improbat eam ibi. {Quid igitur cõtinetur &c.} Quidam enim dicunt ꝙ huiuſmodi operationes non conueniunt toti animæ, ſed partibus. Dicunt enim animam eſſe partibilem, & alio intelligit, & alio concupiſcit, ſicut qui ponebant ſenſitiuam in cerebro, viuificatiuam in corde & huiuſmodi. Sed huiuſmodi opinio eſt quodammodo vera, & quodammodo falſa: quia ſi in anima intelligas diuerſas partes potentiales, ſic eſt verum, quod anima habet diuerſas partes & vires, & alia intelligit, & alia ſentit. Anima enim eſt quoddam totum potentiale, & pars accipitur vbi potentialis reſpectu totius poteſtatiui. Si vero intelligatur quod anima ſit quædam magnitudo, ſeu quantitas, & diuidatur in diuerſas partes quantitatiuas, ſic eſt falſa. Iſti vero philoſophi intelligebant animam eſſe partibilem ſecundum hunc modum. Et addebant plus, quod huiuſmodi potentiæ animæ erãt diuerſæ animæ. Conſequenter cum dicit.

Quid igitur ipſam continet animam, ſi partibilis ſit. Non corpus: quippe cum contra potius videatur, corpus anima continere. Qua propter & egreſſa, diſſoluitur corpus, atque putreſcit. Si igitur aliquid aliud ipſam contineat, vnumque faciat, illud erit potiſſimum anima. At oportebit de illo etiam quærere, vtrum vnum, an multarũ ſit partium. Atque, ſi ſic vnum, cur & animam continuo non dicimus vnum eſſe. Sin partibile, rurſus ratio quæret quid nam ſit illud, quod illud etiam continet, atque hoc pacto fiet in infinitum abitio.

Tex. comment. 91.

Quid igitur continet animam, ſi partibilis eſt ſuapte natura. Non enim vtique corpus. Videtur enim contrarium magis, anima corpus continere. Nam ea egreſſa expirat corpus & marceſcit. Si igitur alterum aliquid vnam ipſam facit, illud maxime vtique erit anima. Oportebit autem iterum & illud quærere, vtrum vnum, aut multarum partium ſit. Si enim vnum eſt propter quid non mox & animam vnum eſſe dicimus, Si vero diuiſibile, iterum ratio quæret, quid eſt continens illud, & ſic vtique procedit in infinitum.

Improbat Philoſophus opinionem prædictam per tres rationes. quarum prima talis eſt. Diuerſa non poſſunt vni conuenire, niſi ab aliquo vniantur: ſi igitur ſunt diuerſæ animæ in corpore, oportet ꝙ ab aliquo contineãtur, & vniantur: ſed nihil eſt, quod vniat eas & contineat: ergo non ſunt diuerſæ. Et ꝙ nihil ſit continens, & vniens animam, ſic patet. Quia aut eſt corpus in quo eſt, aut aliquid aliud: ſed corpus non vnit eam & continet, immo magis anima continet corpus. Videmus enim ꝙ egrediente anima à corpore, corpus deficit & marceſcit. Si autem aliquid aliud continet eam, tunc illud erit maxime anima, quia animæ eſt continere & regere. Et ſi illud erit anima, tunc iterum oportebit quærere vtrum ſit vna, aut multi partium. Et ſi dicatur ꝙ multi partium eſt, iterum erit quæſtio quid vniat illud, & ſic in infinitum. Si vero dicatur ꝙ eſt vnum {quare non dicunt mox} id eſt ab ipſo principio, ꝙ anima ſit vnum. Non igitur anima eſt diuiſibilis in partes quantitatiuas, ſicut ipſi dicunt. Secundam rationem ponit cum dicit.

Dubitabit etiam quiſpiam de partibus eius, quam vnaquæque potentia in corpore habeat. Nam ſi anima tota, totum continet corpus, oportet & vnamquanque &t partem, aliquam partem corporis continere. Id autem eſſe nõ

poſſe

poſſe uidetur. Quam enim partium corporis intellectus, aut quo continebit pacto, fingere quoque difficillimum eſt.

Tex. commen. 92. *Dubitabit autem aliquis & de ipſius partibus, quam potentiam habeat vnaquæque in corpore. Si enim tota anima omne corpus continet, conuenit & partium vnamquanque continere aliquid corporis. Hoc autem aſſimilatur impoſſibili. Qualem enim partem, aut quomodo intellectus continebit, graue eſt & fingere.*

Quia ſi diuerſę partes animę ſunt in diuerſis partibus corporis, ſequitur quod cuilibet operationi animę ſit determinata pars corporis, ſeu organum corporale. Sed hoc eſt impoſsibile, quia intellectus non habet determinatā partem ſeu organum in corpore. Non igitur anima habet diuerſas partes, ſicut ipſi dicunt. Tertiam rationem ponit cum dicit.

Supra. Tex. commen. 68. *Videmus autem & plantas diuiſas viuere, & animalium inſectorum nonnulla, vtpote animam, & ſi non numero, tamen ſpecie eandem habentia. Itaque partiū vtraque, & ſenſum habet, & per aliquod tempus loco mouetur. Nec abſurdum eſt, ſi non perdurant. Inſtrumenta nāque non habent, vt naturam conſeruent. Nihilominus omnes in vtraque partium inſunt animæ partes, atque animæ eadem ſub ſpecie collocantur, & etiam tota. Illæ quidem, quia non ſeparabiles ſunt, tota autem anima, quia diuiſibilis eſt.*

Tex. comment. 93. *Dicuntur autem & plantæ viuere diuiſæ, & animalium quædam inciſorum, tanquam eandem habentia animam ſpecie, & ſi non numero: Vnaquæque quidem enim partium ſenſum habet & mouetur ſecundum locum in quoddam tempus. Si autem non permanent, nullum inconueniens eſt.* *Tex. commen. 94.* *Inſtrumenta enim non habent, quibus ſaluent naturam, ſed nihil minus in vtraque partium omnes inexiſtunt partes animæ, & ſimilis ſpeciei ſunt adinuicem, & toti. Adinuicem quidem, ſicut quæ non ſeparabiles ſunt: Toti autem animæ, tanquam indiuiſibili exiſtente.*

Quia ſi diuerſæ operationes animæ ſunt in diuerſis partibus, tunc non erit inuenire partem, in qua ſint plures operationes ſimul, nec erunt partes animalis ſimilis ſpeciei. ſed nos inuenimus partes aliquorum animatorū, quæ habēt plures operationes, & quorum anima ex eiuſdem ſpecie: in toto & in partibus, ſicut eſt in plantis & in quibuſdam animalibus, quæ deciſa viuunt, ſicut eſt in animalibus anuloſis, quorum quælibet pars deciſa ſentit & mouetur in quoddam tempus. Et ſi dicatur, quod nō diu viuunt, non refert, quia non habent inſtrumenta, quibus ſaluent ſuam ipſorum naturam, nihilominus tamen exiſtunt in partibus diuerſis plures operationes animæ, & ſunt ſimilis ſpeciei adinuicem, & etiam toti. Non ergo ſunt diuerſæ partes animæ in diuerſis partibus corporis. *Cur animātia quædam etiam ſecta, viuant infra lib. 2. text. 6. & 20.* Ratio autem, quare deciſa viuunt eſt; quia quanto anima eſt perfectior tanto exercet plures perfectas operationes & diuerſas. Et ideo ad exercendum huiuſmodi operationes, neceſſaria ſunt ei plura & diuerſa organa, vel inſtrumenta corporalia in corpore in quo eſt. Quia vero anima rationalis, quanto nobilior & perfectior eſt tanto exigit maiorem diuerſitatem organorum, anima autē quæ eſt in animalibus anuloſis & in plantis, quia parum habet de perfectione, nec exercet diuerſas operatiōes, ideo requirit corpus magis ſimile & vniforme & ſaluatur in qualibet parte. Conſequenter cum dicit.

Videtur autem & id principium, quod ineſt in plantis anima quædam eſſe. Hæc enim ſola communis eſt, & plantis, & animalibus: Atque hæc quidem à ſentiendi principio ſeparatur, ſine autem ipſo, nihil eſt prorſus, quod habeat ſenſum.

Videtur autem & quæ in plantis eſt principium anima quædam eſſe. Hanc enim ſola communem habent cum animalibus plantæ. Et ipſa quidem ſeparatur à ſenſitiuo principio, ſenſum autem, nihil ſine hac habet. *Tex. commen. 95.*

Soluit ſecundam quæſtionem. Circa quod ſciendum quod viuere proprie eſt eorum, quæ habent motum & operationem ex ſeipſis, ſine hoc quod moueantur ab alijs. Vnde & viuere dupliciter accipitur. Vno modo accipitur viuere, quod eſt eſſe viuentis, ſicut dicit Philoſophus, quod viuere eſt eſſe viuētibus. Alio modo viuere eſt operatio. Dicendum ergo quod anima, quę eſt in plantis, ſcilicet vegetabilis videtur eſſe quaſi quoddam principium, quod manifeſtat vitam in rebus inferioribus, quia ſine hac nihil viuit, & in hac ſola communicant omnia, quæ viuunt, in alijs autem non omnia. *Infra. 2. lib. tex. 37.* Animalia enim & plantæ in vegetabili conueniunt ſolummodo. Item vegetabile poteſt eſſe ſine ſenſibili & intelligibili, ſed hæc non poſſunt eſſe ſine vegetabili. Nullum enim animal habet ſenſum, ſeu intellectum {ſine hac, ſcilicet vegetabili. Ergo ſic viuere attribuitur iſti principio, ſcilicet vegetabili, ſicut ſentire, tactui. Non tñ quod aīal per ſolam vegetabilē viuat, ſed quia eſt primum principium, in quo manifeſtatur vita.

ARISTOTELIS DE ANIMA.

LIBER II.

S. Thomæ cum expoſitione.

LECTIO PRIMA.

Proponit dicenda, deinde nonnullis diuiſionibus propoſitis, deducit definitionem animæ, & demum exponit quomodo ipſi corpori vniatur.

DICTIS hiſce, quæ à maioribus de anima nobis tradita ſunt, redeamus rurſus oportet atque enitamur, uelut ab initio determinare quid anima ſit, & quænam ſit eius communis maxime ratio. *Tranſitio.*

QVæ igitur à prioribus tradita de anima ſint prius diximus. Iterum autem nunc tanquam ex principio redeamus, conantes determinare quid ſit anima, & quæ ſit communiſſima ratio ipſius. *Tex. comment. 1.*

Poſtquam Ariſtot. poſuit opinionem aliorum de anima in primo libro, in ſecundo accedit ad determinandum de anima ſecundum propriam opinionem, & veritatem. Et circa hoc duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio ſua, continuans ſe ad præcedentia. Secundo proſequitur ſuam intentionem. *ibi.* {Dicimus itaque vnum quoddam &c.} Dicit ergo primo, quod in primo lib. dicta ſunt ea, quæ tradita ſunt à prioribus de anima. Sed oportet iterum. q. redeundo à principio determinare veritatem. Quod quidem propter ſuam difficultatem

magis oportet tentare, quàm ſecuritatem de veritate inuenienda præſumere. Et cum ſupra in proœmio quæſitum fuerit, vtrum prius de anima ipſa determinandum ſit, aut de partibus eius, quaſi hanc quæſtionem determinans, dicit, ꝙ in principio dicendum eſt, quid eſt anima, in quo notificatur ipſa animę eſſentia. Poſtea autem determinabitur de partibus ſiue potentijs ipſius. Et quaſi huiuſmodi rationem aſsignans ſubiungit, {& quę vtique erit communiſsima ratio ipſius.} Cum enim oſtenditur quid eſt anima traditur id quod eſt commune. Cum autem determinatur de vnaquaque partium, aut potentiarum ipſius, traditur id quod eſt ſpeciale circa animam. Hic eſt autem ordo doctrine, vt à communibus ad minus communia procedatur, ſicut oſtendit Philoſophus in principio Phyſi. Deinde cum dicit.

Lect. 1. Diuiſio entis. Diuiſio ſubſtantia. Diuiſio actus.

Dicimus itaque genus vnum quoddã eorum, quæ ſunt, ipſam ſubſtantiam eſſe: atque huius, aliud vt materiam, quod quidem per ſe non eſt hoc aliquid, aliud formam & ſpeciem, qua quidem iam hoc aliquid dicitur, & tertium id, quod ex iſtis conſtat atque componitur. Eſt autem materia quidem potentia, forma vero actus, atque perfectio. Quæ quidem bifariam dicitur, quædam enim eſt vt ſcientia, quædam & contemplatio.

Text. comment. 2.

Dicimus itaq; vnum quoddam genus eorum, quæ ſunt, ſubſtantiam. Huius autem, aliud quidem ſicut materiam, quæ ſecundum ſe quidem non eſt hoc aliquid, aliud autem ſicut formam & ſpeciem, ſecũdum quam dicitur iam hoc aliquid, & tertiam quæ ex his. Eſt autem materia quidẽ potentia, ſpecies autem entelechia. Et hoc dupliciter, hoc quidem ſicut ſcientia, illud autem, ſicut conſiderare.

Proſequitur ſuam intentionem quam propoſuerat. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quid eſt anima. In ſecunda determinat de partibus ſiue potentijs eius. ibi. {Potentiarum autem animæ &c.} Prima diuiditur in duas. In prima ponit diffinitionem animę, quę eſt quaſi demonſtrationis concluſio. In ſecunda ponit diffinitionem animę quę eſt quaſi demonſtrationis principium. ibi. { Quoniam autem ex certis quidem &c.} Sciendum eſt enim ꝙ ſicut dicitur in primo poſteriorũ, omnis diffinitio aut eſt concluſio demonſtrationis, ſicut hæc, tonitruum eſt continuus ſonus in nubibus: aut eſt demonſtrationis principium, ſicut hæc, tonitruum eſt extinctio ignis in nube: aut eſt demonſtratio, poſitione; id eſt ordine differens, ſicut hæc, tonitruum eſt cõtinuus ſonus in nubibus, propter extinctionem ignis in nube. In hac enim ponitur & demonſtrationis concluſio, & principium, & non ſecundum ordinem ſyllogiſmi. Prima autem pars diuiditur in duas. In prima ponit diffinitionem primam animæ. In ſecunda manifeſtat eam ibi. {Vniuerſaliter igitur dictum &c.} Prima diuiditur in duas. In prima præmittit quaſdam diuiſiones, ex quibus habetur via ad inueſtigandum diffinitionem animæ. In ſecunda inueſtigat animæ diffinitionem. ibi. {Quare omne corpus &c.} Sciendum autem eſt, ꝙ ſicut docet Philoſophus in 8. Metaphyſi. hæc eſt differentia inter diffinitionem ſubſtantiæ & accidentis, ꝙ in definitione ſubſtantiæ nihil ponitur, ꝙ ſit extra ſubſtantiam diffiniti. diffinitur enim vnaquæque ſubſtantia per ſua principia materialia, vel formalia. In diffinitione autem accidentis ponitur aliquid, quod eſt extra eſſentiam diffiniti ſcilicet ſubiectum. oportet enim ſubiectum poni in diffinitione accidentis. Sicut cum dicitur, ſimitas eſt curuitas naſi. Et hoc ideo eſt, quia diffinitio ſignificat quod quid eſt res, ſubſtantia autem eſt quid completum in ſuo eſſe & in ſua ſpecie, accidens autem non habet eſſe completum, ſed dependens à ſubſtantia. Similiter etiam nulla forma eſt quid completum in ſpecie, ſed complementum ſpeciei competit ſubſtantiæ compoſitæ. Vnde ſubſtantia compoſita ſic diffinitur, ꝙ in eius diffinitione non ponitur aliquid, quod ſit extra eſſentiam eius. In omni autem diffinitione formæ ponitur aliquid, quod eſt extra eſſentiam formæ ſcilicet proprium ſubiectum eius, ſiue materia. Vnde cum anima ſit forma oportet ꝙ in diffinitione eius ponatur materia, ſiue ſubiectum eius. Et ideo in prima parte ponit duas diuiſiones, quarum prima neceſſaria eſt ad inueſtigandum id quod in diffinitione animę ponitur, ad exprimendam eſſentiam eius. Alia quę eſt neceſſaria ad inueſtigandum id quod ponitur in diffinitione animæ ad exprimendum ſubiectum ipſius. ibi. {Subſtantiæ autem maxime &c.} Circa primum innuit tres diuiſiones, quarum prima eſt ſecundum ꝙ ens diuiditur in decem prædicamenta. Et hoc innuit per hoc quod dicit, ꝙ ſubſtantia dicitur eſſe vnum genus entium. Secunda diuiſio eſt ſecundum ꝙ ſubſtantia diuiditur in materiam & formam & compoſitum. Materia quidem eſt, quæ ſecundum ſe non eſt hoc aliquid, ſed in potentia tantum, vt ſit hoc aliquid. Forma autem eſt, ſecũdum quam iam eſt hoc aliquid in actu. Subſtantia vero compoſita eſt, quæ eſt hoc aliquid. Dicitur enim eſſe hoc aliquid id eſt aliquid demõſtratum quod eſt completum in eſſe & ſpecie, & hoc conuenit ſoli ſubſtantiæ compoſitæ in rebus materialibus. Nam ſubſtantiæ ſeparatæ, quamuis nõ ſint compoſitæ ex materia & forma, ſunt tamen hoc aliquid, cum ſint ſubſiſtentes in actu & completæ in natura ſua. Anima autem rationalis, quantum ad aliquid poteſt dici hoc aliquid, ſecundum hoc quod poteſt eſſe per ſe ſubſiſtens. Sed quia nõ habet ſpeciem completam, ſed magis eſt pars ſpeciei, non omnino conuenit ei quod ſit hoc aliquid. Eſt ergo differentia inter materiam & formam, quod materia eſt ens in potentia, forma autem eſt endelechia, id eſt actus, quo, ſcilicet materia fit actu, vnde ipſum compoſitum eſt ens actu. Tertia diuiſio eſt ꝙ actus dicitur dupliciter. Vno mõ ſicut ſcientia eſt actus. Alio modo ſicut conſiderare eſt actus. Et differentia horum actuum ex potentijs perpendi poteſt. Dicitur enim aliquis in potentia grammaticus, antequam acquirat habitum grammaticæ, diſcendo vel inueniendo, quæ quidẽ potentia in actum reducitur, quando iam aliquis habet habitum ſcientię. Sed tunc eſt iterum in potẽtia ad vſum habitus, cum non conſiderat in actu; & hæc potentia in actum reducitur cum actu conſiderat. Sic igitur & ſcientia eſt actus, & conſideratio eſt actus. Deinde cum dicit.

Lect. 16. Diffinitio oĩs aut concluſio aut ꝓpoſitio, aut demõſtratio nondum ordinata.

Lect. 1. & 4. Text. comment. 4. Text. comment. 18. Subſtãtia & accidens diuerſis modis definiũtur.

Prima diuiſio.

Secunda diuiſio.

Hoc aliquid quid.

Tertia diuiſio. Actus duplex.

Potentia ad actũ primũ eſt eſſentiali, ad operationem vero, accidentalis.

Tex. commen 3. Diuiſio naturalium corporum quid ſit vita.

Maxime autem corpora, videntur eſſe ſubſtantiæ: & ipſorum ea magis, quæ naturalia ſunt. Hæc enim cæterorum principia ſunt. Naturalium vero corporum, quædã habent vitam, quædam non habent, ſed ea vacant. Vitam autem dicimus nutritionem, accretionem, atque decretionem, quæ quidem per idipſum fit quod viuere dicitur.

Tex. commen. 3.

Subſtantiæ autem maxime eſſe videntur corpora, & horum phyſica, hæc enim aliorum principia. Phyſicorum autem, alia quidem habent vitam, alia autem non habent. Vitam autem habere dicimus id, quod per ſeipſum, alimẽtum, & augmentum, & decrementum habet.

Ponit diuiſiones, ex quibus inueſtigatur id, quod ponitur in diffinitione animæ, pertinens ad eius ſubiectum. Et innuit tres diuiſiones. Quarum prima eſt, ꝙ ſubſtantiarum quædam ſunt corpora, & quędã nõ ſunt corpora.

Altera ſubſ diuiſio.

Inter quas ſubſtãtias maxime ſunt manifeſtę corporales ſubſtantiæ. Nam ſubſtantiæ incorporeę, quęcunque ſint, immanifeſtæ ſunt, eo ꝙ ſunt à ſenſibus remotæ & ſola ratione inueſtigabiles. Hoc eſt ergo quod dicit, ꝙ {corpora maxime videntur eſſe ſubſtantiæ.} Secunda diuiſio eſt, ꝙ corporum, quædam ſunt corpora phyſica, id eſt naturalia, quædam non naturalia, ſed artificialia. Homo enim & lignum, & lapis ſunt naturalia corpora, domus & ſecuris ſunt artificialia. Magis autem videntur ſubſtantiæ corpora naturalia quàm artificialia, quia corpora naturalia ſunt principia artificialium. Ars enim operatur ex materia quàm natura miniſtrat, forma autem, quæ per artem inducitur, eſt forma accidentalis, ſicut figura vel aliquid huiuſmodi. Vnde corpora artificialia non ſunt in genere ſubſtantiæ per ſuam formam, ſed ſolum per ſuam materiam, quæ eſt naturalis. Habent ergo à corporibus naturalibus ꝙ ſint ſubſtantiæ. Vnde corpora naturalia ſunt magis ſubſtantiæ, quàm corpora artificialia. ſunt enim ſubſtantiæ non ſolum ex parte materiæ, ſed etiam ex parte formæ. Tertia diuiſio eſt, ꝙ corporũ naturalium, quædam habent vitam, & quædam non habent. illud autem dicitur habere vitam, quod per ſeipſum habet alimentum, augmentum, & decrementum. Sciendum autem eſt, ꝙ hæc explanatio magis eſt per modum exempli, quàm per modum diffinitionis. Non enim ex hoc ſolo ꝙ aliquid habet augmentum & decrementum, viuit, ſed etiam ex hoc ꝙ ſentit, & intelligit, & alia opera vitæ exercere poteſt. Vnde in ſubſtantijs ſeparatis eſt vita ex hoc, ꝙ habent intellectum & voluntatem, vt patet in 9. Metaphy. licet non ſit in eis augmentum & alimentum. Sed quia in iſtis generabilibus & corruptibilibus anima, quæ eſt in plantis, ad quam pertinent alimentum & augmẽtum, vt in fine primi dictum eſt principium eſt vitæ, ideo hic quaſi exemplariter expoſuit, habẽs, vitam, id quod habet alimentum & augmentum. Propria autem ratio vitæ eſt ex hoc, ꝙ aliquid eſt natum mouere ſeipſum, large accipiẽdo motum, prout etiam intellectualis operatio motus quidam dicitur. Ea enim ſine vita eſſe dicimus, quæ ab exteriori tantum principio moueri poſſunt. Deinde cum dicit.

Diuiſio corporum.

Diuiſio corporum naturalium.

Lib. 12. Tex. comment. 40.

Quare corpus omne naturale particeps vitæ ſubſtantia eſt, & ita ſubſtantia, vt compoſita. Atque cum tale etiam ſit corpus, id eſt habens vitam: corpus profecto non erit anima. Corpus namque non ſubit rationem eorum, quę ſunt in ſubiecto, ſed vt ſubiectum potius eſt, & materies. Neceſſe eſt igitur animam ſubſtantiam eſſe, perinde atque formam corporis naturalis, potentia vitam habẽtis. Subſtantia vero actus eſt, & perfectio. Talis igitur corporis eſt perfectio, atque actus.

Tex. comment. 4.

Quare omne corpus phyſicum, participans vita ſubſtantia erit. Subſtantia autem ſit ſicut compoſita. Quoniam autem corpus eſt tale, nempe vitam habens, non vtique erit corpus, anima. Non enim eorum, quæ in ſubiecto ſunt corpus. Magis autem ſicut ſubiectum, & materia eſt. Neceſſe eſt ergo, animam ſubſtantiam eſſe, ſicut ſpeciem corporis phyſici potentia vitam habentis. Subſtantia autem actus. huiuſmodi igitur corporis actus.

Inueſtigat animæ diffinitionem, ſuppoſitis præmiſsis diuiſionibus. Et circa hoc tria facit. Primo inueſtigat partes diffinitionis. Secundo ponit diffinitionem. ibi. {Si autem aliquod commune &c.} Tertio ex diffinitione data, excludit quandam dubitationem ibi. {Vnde non oportet quærere &c.} Circa primum duo facit. Primo inueſtigat particulas diffinitionis, quæ pertinent ad eſſentiam animæ. Secundo ea, quæ pertinent ad eſſentiam ſubiecti. ibi. {Tale autem quodcunque organicum.} Circa primum duo facit. Primo inueſtigat hanc particulam, ꝙ anima eſt actus. Secundo hanc, ꝙ eſt actus primus. ibi. {Hic autem dicitur dupliciter.} Concludit ergo primo ex prędictis, quod cum corpora phyſica maxime videantur eſſe ſubſtantiæ, & omne corpus habens vitam, ſit corpus phyſicum, neceſſe eſt dicere ꝙ omne corpus habens vitam ſit ſubſtantia. Et cum ſit ens actu neceſſe eſt quod ſit ſubſtantia compoſita. Quia vero cum dico corpus habẽs vitam duo dico, ſcilicet ꝙ eſt corpus, & quòd eſt huiuſmodi corpus, ſcilicet habens vitam, non poteſt dici ꝙ illa pars corporis habẽtis vitam, quę dicitur corpus, ſit anima. Per animam enim intelligimus id, quo habens vitam viuit. vnde oportet quòd intelligatur ſicut aliquid in ſubiecto exiſtens, vt accipiatur hic large ſubiectum, non ſolum prout ſubiectum dicitur aliquid ens actu, per quem modum accidens dicitur eſſe in ſubiecto, ſed etiã ſecundum quòd materia prima, quæ eſt ens in potentia, dicitur ſubiectum. Corpus autem, quod recipit vitam, magis eſt ſicut ſubiectum & materia, quàm ſicut aliquid in ſubiecto exiſtens. Sic igitur, cum ſit triplex ſubſtantia, ſcilicet compoſitum, materia, & forma, & anima non eſt ipſum compoſitum, quod eſt corpus habens vitam: neque eſt materia, quæ eſt corpus ſubiectum vitæ: relinquitur, per locum à diuiſione, quòd anima ſit ſubſtantia, ſicut forma vel ſpecies talis corporis, ſcilicet corporis phyſici habentis in potentia vitam. Dixit autem {habentis vitam potentia.} & non ſimpliciter habentis vitã. Nam corpus habens vitam intelligitur ſubſtantia compoſita viuens, compoſitum autem nõ ponitur in diffinitione formæ, ſed materia. Materia aũt corporis viui eſt id, quod comparatur ad vitam ſicut potentia ad actum: & hoc eſt anima, actus, ſecundum quem corpus viuit. Sicut ſi dicerem quòd figura eſt actus, non quidem corporis figurati in actu, hoc enim eſt compoſitum ex figura & corpore, ſed corporis quod eſt ſubiectum figuræ, quod comparatur ad figuram ſicut potentia ad actũ. Et ne aliquis crederet quòd anima ſic eſſet actus, ſicut aliqua forma accidentalis actus eſt: ad hoc remouendum, ſubdit quòd anima eſt ſic actus, ſicut ſubſtãtia eſt actus, id eſt ſicut forma. Et quia omnis forma eſt indeterminata materia, ſequitur quod ſit forma talis corporis, quale dictum eſt. Sciendum autem eſt ꝙ hęc eſt differentia formæ ſubſtantialis ad formam accidentalem, quòd forma accidentalis non facit ens actu ſimpliciter, ſed ens actu tale vel tantum, vtputa magnum vel album vel aliquid aliud huiuſmodi. Forma autem ſubſtantialis facit eſſe actũ ſimpliciter. Vnde forma accidentalis aduenit ſubiecto iam præexiſtenti actu. Forma autem ſubſtantialis non aduenit ſubiecto iam præexiſtenti in actu, ſed exiſtenti in potentia tantum, ſcilicet materiæ primæ. Ex quo patet, ꝙ impoſsibile eſt vnius rei eſſe plures formas ſubſtantiales, quia prima faceret ens actu ſimpliciter, & omnes aliæ aduenirent ſubiecto iam exiſtenti in actu, vnde accidentaliter aduenirent ſubiecto iam exiſtenti in actu, non enim faceret ens actu ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Per quod tollitur poſitio Auicebron in libro fontis vitæ, qui poſuit quòd ſecundum ordinem generum & ſpecierum eſt ordo plurium formarum ſubſtantialium in vna & eadem re, vtpata quòd in hoc indiuiduo hominis eſt vna forma, per quam eſt ſubſtantia:

Subiectum duplex ens in actu & in potẽtia.

Differentia inter formã ſubſtantialẽ & accidentalem.

In compoſito ineſt vnica ſubſtãtialis forma.

& alia, per quam eſt corpus:& tertia, per quem eſt animatum corpus, & ſic de alijs. Oportet enim ſecundum præmiſſa dicere, ꝙ vna & eadem forma ſubſtantialis ſit, per quam hoc indiuiduum eſt hoc aliquid, ſiue ſubſtantia.& per quam eſt corpus & animatum corpus, & ſic de alijs. Forma enim perfectior dat materiæ hoc, quod dat forma minus perfecta, & adhuc amplius. Vnde anima non ſolum facit eſſe ſubſtantiam & corpus, quod etiam facit forma lapidis, ſed etiam facit eſſe animatum corpus. Non ergo ſic eſt intelligẽdum ꝙ anima ſit actus corporis, & ꝙ corpus ſit eius materia, & ſubiectũ quaſi corpus ſit conſtitutum per vnam formam, quæ faciat ipſum eſſe corpus, & ſuperueniat ei aĩa faciẽs ipſum eſſe corpus viuum, ſed quia ab anima eſt, & quod ſit, & quod corpus ſit, & quod ſit corpus viuum. Sed hoc quod eſt eſſe corpus, quod eſt imperfectius, eſt quid materiale reſpectu vitæ. Et inde eſt quod recedente anima, non remanet idem corpus ſpecie. nam oculus & caro in mortuo, non dicuntur niſi æquiuoce, vt patet per Philoſophum in ſepti-
Lectio. 10. Tex. comment. 35. mo Metaphyſic. Recedente enim anima, ſuccedit alia forma ſubſtantialis quæ dat aliud eſſe ſpecificum, cum corruptio vnius non ſit ſine generatione alterius.

Deinde cũ dicit.

Sed cum perfectio atque actus bifariam dicatur, vt diximus, quidam enim eſt vt ſcientia, quidam vt contemplatio, patet animam actum eſſe, perinde atque ſcientiam. Nam ex eo, quia anima ineſt, & ſomnus & vigilia eſt, & vigilia quidem contemplationi, ſomnus autem ſcientiæ, operatione vacanti ſimilis eſt. Altera autem alterã in eodem, ſcientia, inquam. contemplationem, generatione præcedit. Quapropter anima primus eſt actus, perfectioque corporis naturalis, potentia vitam habentis.

Text. comment. 5. *Hic autem dicitur dupliciter: Alius quidem ſicut ſciẽtia, alius autem, ſicut conſiderare. Manifeſtum ergo quod ſicut ſcientia. Nam exiſtente in corpore anima ipſa, & ſomnus & vigilia eſt. Proportionale autem vigilantia quidem ipſi conſiderare, ſomnus autem, ipſi habere, & nõ operari. Prior autem generatione in eodem ſcientia eſt. Vnde anima eſt actus primus corporis phyſici, potentia vitam habentis.*

Tex. commen. 6. Venatur ſecundam particulam diffinitionis: & dicit ꝙ actus dicit dupliciter, alius ſicut ſcientia, ꝙ alius ſicut conſiderare, vt ſupra expoſitum eſt. Et manifeſtum eſt, ꝙ anima eſt actus ſicut ſcientia, quia in hoc ꝙ anima ineſt, ineſt animali, & ſomnus, & vigilia. Et vigilia quidem aſsimilatur conſiderationi, quia ſicut cõſideratio eſt vſus ſcientiæ, ita vigilia eſt vſus ſenſuum, ſed ſomnus aſsimilatur habitui ſcientiæ, quando aliquis ſecundum ipſum non operatur. in ſomno enim quieſcunt virtutes animales. Horum autem duorum actuum, ſcientia eſt prior generatione, in eodem. Comparatur enim conſideratio ad
Lectio. Tex. comment. 13. ſcientiam, ſicut actus ad potentiam. Actus autem vt habetur in 1x. Metaphy. natura eſt prior potẽtia. Eſt enim finis & complementum potentiæ. Sed ordine generationis & temporis, vniuerſaliter loquendo actus eſt prior potentia. Nam id quod eſt in potentia, reducitur in actũ per aliquid ens actu. Sed in vno & eodem potentia eſt prior actu. Nam aliquid eſt primo in potentia, & poſtea actus fit. Et propter hoc dicit ꝙ {ſcientia eſt prior generatione, in eodem, quàm conſideratio.} Vnde concludit ꝙ cum anima ſit actus ſicut ſcientia, quod ſit actus primus corporis phyſici potentia vitam habentis. Sciẽdum autem quod Philoſophus dicit animam eſſe actum primum, non ſolum vt diſtinguat animam ab actu qui eſt operatio, ſed etiam vt diſtinguat eam à formis elementorum, quæ ſemper habent ſuam actionem niſi impediantur. Deinde cum dicit.

Et talis plane, vt partes ipſius ſint inſtrumẽta. Enim vero partes quoque plantarum, inſtrumenta ſint controuerſia ſunt, quamuis videantur penitus ſimplices eſſe. Eius enim quod circa fructum eſt quod tegmen eſt folium: & fructus etiam. Radices præterea vicem ſubeunt oris, vtriusque nanque trahitur alimentum.

Tale autem quod ſit organicum. Organa autẽ, & plantarum partes ſunt, ſed penitus ſimplices, vt folium, fructiferi cooperimentum. Fructiferum autem, fructus. Radices vero ori ſimiles ſunt: vtraque enim trahunt alimentum.

Venatur particulam, quæ eſt ex parte ſubiecti:& quia dixerat, quod anima eſt actus corporis phyſici habentis vitam in potentia, etiam dicit, quod tale eſt omne corpus organicum. Et dicitur corpus organicum, quod habet diuerſitatem organorum. Diuerſitas autem organorum neceſſaria eſt in corpore ſuſcipiente vitam propter diuerſas operationes animæ. Anima enim, cum ſit forma perfectiſsima inter formas rerum corporalium, eſt principium diuerſarum operationum, & ideo requirit diuerſitatem organorum in ſuo perfectibili. Formæ vero rerum inanimatarum, propter ſui imperfectionẽ ſunt principia paucarum operationum. vnde non exigunt diuerſitatem organorum in ſuis perfectionibus. Inter animas autem anima plantarum imperfectior inuenitur, vnde in plantis minor eſt diuerſitas organorum quàm in animalibus. Et ideo ad oſtendendum, ꝙ omne corpus ſuſcipiens vitam eſt organicum, accipit argumentum ex plantis, in quibus eſt minor diuerſitas organorum. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ etiam plantarum partes ſunt diuerſa organa. Sed partes plantarum ſunt penitus ſimplices, id eſt cõſimiles, non enim eſt in eis tanta diuerſitas, ſicut in partibus animalium. Pes enim animalis ex diuerſis partibus compoſitus eſt, ſcilicet carne, neruo, oſſe, & huiuſmodi. Sed partes organicæ plantarum non habent talem diuerſitatem partium, ex quibus componantur. Et quod partes plantarum ſint organicæ, manifeſtat per hoc, quod diuerſæ partes ſunt ad diuerſas operationes, Sicut folium eſt ad cooperimentum corticis vel fructiferi, id eſt illius partis in qua fructus naſcitur. Cortex autem vel fructiferum, ad cooperimentum fructus. Radices autem in plantis ſunt proportionabiles ori animalium, quia vtraque attrahunt alimentum, ſcilicet radix in plantis, & os in animalibus. Deinde cum dicit.

(Right margin, beside "Anima enim, cum ſit forma perfectiſsima…": Supra in fine lib. 1. tex. cõment. 20. huius. 2. lib.)

Si igitur commune quid de omni anima ſit dicendum, ipſa perfectio prima, & primus actus eſt corporis naturalis, cuius partes ſunt inſtrumenta.

Si autem aliquid commune de omni anima oportet dicere, erit vtique primus actus corporis phyſici organici. Text. comment. 7.

Colligit ex omnibus prædictis diffinitionem animæ, & dicit, quod ſi aliqua diffinitio communis debeat aſsignari, quæ conueniat omni animæ, erit hæc. {Anima eſt actus primus corporis phyſici organici.} Non autem opportet addere, potentia vitam habentis. Loco. n. huius ponitur organicum, vt ex dictis patet. Deinde cũ dicit.

Idcirco non querere oportet, ſi vnum ſit anima, atque corpus, ſicut neque ceram & figuram, neque omnino materiem cuiuſque, & id cuius materies eſt. Nam cum vnũ, & eſſe multifariam dicatur, actus eſt id quod proprie vnum eſt, atque proprie eſt.

Vnde

Vnde non oportet quærere, an vnum ſint, anima & corpus, ſicut neque ceram, & figuram, neque omnino vniuſcuiuſque materiæ, & id cuius materia. Vnum.n. & eſſe cum multipliciter dicãtur, quod proprie eſt, actus eſt.

Ex diſſinitione data, ſoluit quandam dubitationem. Fuit enim à multis dubitatum, quomodo ex anima & corpore fiere vnum. Et quidam ponebant aliqua media eſſe, quibus anima corpori vniretur, & quodãmodo colligaretur. Sed hæc dubitatio iam locum non habet, cum oſtenſum ſit, quod non oportet quærere ſi ex anima & corpore fit vnum, ſicut nec dubitatur circa ceram & figuram, neque omnino circa aliquam materiam, & formam cuius eſt materia. Oſtenſum eſt enim in 8. Metaphyſic. quod forma per ſe vnitur materiæ, ſicut actus eius, & idem eſt materiam vniri formæ, quod materiam eſſe in

Lectio. 2. Tex. commen. 6.

actu. Et hoc eſt etiam quod hic dicit, quod cum vnum & ens multipliciter dicatur ſcilicet de ente in potentia, & de ente in actu, id quod proprie eſt ens & vnum, eſt actus. Nam ſicut ens in potentia non eſt ens ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ita non eſt vnum ſimpliciter ſed ſecundum quid, ſic enim dicitur aliquid vnũ ſicut & ens. Et ideo ſicut corpus habet eſſe per animam, ſicut per formam, ita & vnitur animæ immediatæ, inquãtum anima eſt forma corporis. Sed in quantum eſt motor, nihil prohibet aliquid eſſe medium, prout vna pars mouetur ab anima, mediante alia.

LECTIO II.

Explicata animæ definitione, exponit quomodo ea non ſit à corpore ſeparabilis.

VNiuerſaliter igitur diximus quidnam anima ſit. Eſt enim ea ſubſtãtia quæ eſt ratio, hæc autem eſt quiditas corporis talis. Et perinde ſane atque ſi quid inſtrumentorum artis naturale corpus eſſet ceu ſecuris. Eius nanque ſubſtantia, ipſius eſſet (vt patet) ſecuris, ratio, idq́; eſſet anima, qua ſeparata, non eſſet vlterius (vt patet) ſecuris, niſi nomine tantum, at nunc eſt ſecuris. Non enim talis corporis ſubſtantia ratioq́ue eſt ipſa anima, ſed naturaliter (vt diximus) talis, quod in ſe motus ſtatum ſuæ principium inſitum habet.

Tex. commen. 8.

Vniuerſaliter igitur dictum eſt quid ſit anima. Subſtãtia enim eſt, quæ ſecundum rationem. Hæc autem eſt quid eſt eſſe huiuſmodi corporis. ſicut ſi aliquid organorum phyſicum eſſet corpus, vt dolabra. Erat enim dolabræ eſſe ſubſtantia ipſius: & anima, hoc. Separata autem hac, non vtique amplius dolabra eſſet: niſi æquiuoce; nũc autem eſt dolabra. Non enim huiuſcemodi corporis quod quid eſt eſſe & ratio, anima: ſed phyſici talis, habetis ſeipſo principium motus & ſtatus.

Poſita diſſinitione animæ Philoſophus hic eam manifeſtat. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat diſſinitionem præmiſſam. Secundo ex diſſinitione manifeſtata, quandam veritatem concludit ibi {Quia quidem igitur non ſit anima &c.} Circa primum duo facit. Primo manifeſtat diſſinitionem animæ, quãtum ad id quod in diſſinitione prædicta ponitur ex parte ipſius animæ. Secundo quantum ad id quod ibi ponitur ex parte ſubiecti ibi. {Eſt autem non abijciens animam &c.} Circa primum duo facit. Primo manifeſtat diſſinitionem animæ ex ſimilitudine rerum artificialium. Secũdo ex partibus eius ibi. {Conſiderare autem in partibus oportet &c.} Quia enim formæ artificiales accidentia ſunt, quæ ſunt magis nota quo ad nos, quàm formæ ſubſtantiales, vtpote ſenſui propinquiora: ideo conuenienter rationem animæ, quæ eſt forma ſubſtantialis, per comparationem ad formas accidentales manifeſtat. Similiter etiam partes animę ſiue potẽtia eius manifeſtiores ſunt quo ad nos, quàm ipſa anima. procedimus enim in cognitione animæ, ab obiectis in actus, ab actibus in potentias, per quas anima ipſa nobis innoteſcit, vnde conuenienter etiam per partes ratio manifeſtatur. Dicit ergo primo, ꝙ dictum eſt in vniuerſali quid ſit anima, cum prædicta diſſinitio omni animæ conueniat. Dictum eſt enim ꝙ anima eſt ſubſtantia, quæ eſt forma, à qua accipitur ratio rei. Eſt autẽ differentia inter formam, quæ eſt ſubſtantia, & formã, quæ non eſt ſubſtantia. Nam forma accidentalis, quæ nõ eſt in genere ſubſtantiæ, non pertinet ad eſſentiam ſiue quiditatem ſubiecti: non enim albedo eſt de eſſentia corporis albi. Sed forma ſubſtantialis eſt de eſſentia, ſiue de quiditate ſubiecti. Sic igitur anima dicitur forma ſubſtãtialis, quia eſt de eſſentia ſiue de quiditate corporis animati. Et hoc eſt quod ſubdit. {Hæc autem}, ſcilicet ſubſtantia quæ eſt ſecundum rationem {eſt quod quid erat eſſe huic corpori,} id eſt corpori conſtituto in ſpecie per talem formam. Ipſa enim forma pertinet ad eſſentiam rei quæ ſignificatur per diſſinitionem ſignificantem de re quid eſt. Et quia formę ſubſtantiales, cuiuſmodi ſunt formæ corporum naturalium, ſunt latentes, manifeſtat hoc per formas artificiales, quę ſunt accidentales. Et hoc eſt quod ſubdit {ſicut ſi aliquid organorum,} id eſt artificialium inſtrumentorum, vt puta dolabra {eſſet corpus phyſicum} naturale, forma ſua hoc modo ſe haberet ad ipſum, ſicut dictum eſt. Et ideo ſubdit. {Erat quidem dolabræ eſſe ſubſtantia ipſius,} id eſt forma dolabræ, (ſecundum quam accipitur ratio dolabræ, quam quidem rationem nominat eſſe dolabræ, eo quod ſecundum eam dolabra dicitur eſſe dolabra) hæc inquam forma eſt ſubſtãtia dolabræ. Et hoc ideo dicit, quia formæ corporum naturalium ſunt in genere ſubſtantiæ. Et vlterius ſi dolabra non eſſet ſolum corpus phyſicum, ſed etiam corpus animatum, forma dolabræ eſſet anima, & ea ſeparata, non eſſet amplius dolabra, niſi æquiuoce, ſicut ſeparata anima, non eſt caro, nec oculus, niſi æquiuoce. Nunc autem quia dolabra non eſt corpus naturale, nec eius forma eſt quod quid erat eſſe tali corpori, remota forma dolabræ audhuc eſt dolabra, id eſt ſubſtantia dolabræ. Subſtantia enim corporum artificialium eſt materia eorum, quæ remanet ſublata forma artificiali, licet non remaneat ipſum corpus artificiale in actu. Et quia dixerat ꝙ aliter nunc eſt in dolabra, & aliter eſſet ſi eſſet corpus phyſicum animatum, aſſignat rationem huius dicens, ꝙ hoc ideo eſt, quia {anima non eſt quod quid eſt eſſe & ratio,} id eſt forma huiuſmodi corporis, ſcilicet artificialis {ſed corporis phyſici huiuſcemodi,} ſcilicet habentis vitam. Et vt manifeſtet quid ſit eſſe phyſicum corpus, ſubiungit {habentis in ſeipſo principium motus & ſtatus.} Naturalia enim ſunt, quæ in ſeipſis principium motus & ſtatus habent. Huiuſmodi enim principium, natura dicitur. Vti habes libr. Phyſic. 2.

Quo differat accidentalis forma ſubſtãtialis.

Deinde cum dicit.

Atque id, quod dictum eſt, in partibus etiam inſpicere licet. Nam ſi oculus eſſet animal, eius vtique anima viſus ipſe nimirum eſſet. Hic eſt enim vt patet, oculi ſubſtantia, quæ ſeſe habet vt ratio, oculus autem eſt materies viſus. Qui cum defecerit non vlterius erit oculus, niſi nomine tantum, & perinde atque lapideus, vel etiam pictus. Id igitur quod de parte dictum eſt, ad totum corpus viuẽs accommodare oportet. Eſt enim hic profecto rationum ſi-

militudo. Nam vt pars ſeſe habet ad partem: ſic totus ſenſus ad totum ſenſitiuum corpus. vt talis eſt rationis.

Conſiderare autem in partibus oportet, quod dictum eſt. Si enim eſſet oculus animal: anima vtique ipſius viſus eſſet. Hic enim ſubſtantia eſt oculi, quæ eſt ſecundum rationem. Oculus autem materia viſus eſt: quo deficiente. non eſt adhuc oculus niſi æquiuoce, ſicut lapideus, aut depictus. Oportet igitur accipere quod eſt in parte, in toto viuente corpore. Proportionaliter nanque habet ſicut pars ad partem, totus ſenſus ad totum corpus ſenſitiuum, ſecundum quod huiuſmodi.

Manifeſtat diffinitionem animæ ex partibus dicens, quod id qnod dictum eſt de tota anima, & de toto corpore viuente, oportet cõſiderare in partibus vtriuſque. quia, ſi oculus eſſet animal oporteret quod viſus eſſet anima eius, quia viſus eſt ſubſtantialis forma oculi, & oculus eſt materia viſus. ſicut corpus organicum materia animæ. Deficiente autem viſu non remanet oculus niſi ęquiuoce, ſicut oculus lapideus, aut depictus æquiuoce dicitur oculus. Et hoc ideo eſt, quia æquiuoca ſunt, quorum nomen ſolum commune eſt & ratio ſubſtantiæ oculi nõ remanet niſi nomen oculi æquiuoce dictum. Quod ergo inuenitur in parte viuentis corporis, oportet accipere in toto viuente corpore, ſcilicet quod ſicut viſus eſt forma ſubſtantialis oculi, & eo remoto non remanet oculus, niſi æquiuoce, ita anima eſt forma ſubſtantialis viuẽtis corporis, & ea remota non remanet corpus viuum niſi ęquiuoce. Sicut enim ſe habet vna pars animæ ſenſitiuæ ad vnam partem corporis ſenſitiui, ſic ſe habet totus ſenſus ad totum corpus ſenſitiuum inquantum huiuſmodi.

Deinde cum dicit.

Non eſt autem id potentia viuens, quod abiecit animam, eaq́; vacat, ſed quod ipſam habet. Semen vero fructusúe id nimirum eſt, quod poteſt tale corpus euadere. Vt igitur inciſio, viſioq́; ſic eſt vigilia, actus, & vt viſus rurſus inſtrumentiq́; vis, ſic eſt anima actus, corpus autẽ eſt id, quod, vt diximus, eſt potentia viuens. Verum vt pupilla, viſusq́; oculus eſt, ſic anima & corpus eſt animal.

Text. comment. 10. *Eſt autem non abijciens animam, potentia eus, vt viuat, ſed quod habens. Semen autem & fructus, potentia tale corpus eſt. Sicut igitur inciſio & viſio, ſic & vigilantia actus. Vt autem viſus & potentia organi, anima. Corpus autem, quod potentia. eſt. Sed ſicut oculus eſt pupilla & viſus, & ibi anima & corpus, animal.*

Exponit præmiſſam diffinitionem de anima quantũ ad hoc, quod dixerat quod eſt actus corporis habentis vitam in potentia. Dicitur enim aliquid eſſe in potentia dupliciter. Vno modo, cum non habet principium operationis. Alio modo cum habet quidem, ſed operatur ſecundum ipſum. Corpus autem, cuius actus eſt anima, eſt habens vitam in potentia, non quidem primo modo, ſed ſecundo. Et hoc eſt quod dicit, quod corpus {potẽtia ens vt viuat,} id eſt habens vitam in potentia, cuius eſt actus anima non ſic dicitur eſſe in potentia ad vitam, quod {ſit abijciens animam,} id eſt carens principio vitæ, quod eſt anima, ſed quod eſt habens huiuſmodi principium, Sed verum eſt quod ſemen & fructus, in quo conſeruatur ſemen plantę, eſt in potentia ad huiuſmodi corpus viuum, quod habet animam. nondum enim ſemen habet animam, Vnde ſic eſt in potentia, ſicut abijciens animam. Et vt oſtendat quomodo eſt in potentia ad vitam corpus cuius actus eſt anima, ſubiungit quod ita vigilantia eſt actus animæ ſenſitiuæ, ſicut inciſio eſt actus cultelli, & viſio eſt actus oculi. Quodlibet enim iſtorum eſt operatio & vſus principij habiti. Sed anima eſt actus primus, ſicut viſus & quæcunque potentia organi. quodlibet enim horum eſt principium operationis. Sed corpus quod eſt perfectum per animam, eſt potentia habens quidem actum primum, ſed aliquando carens actu ſecundo. Sed ſicut oculus eſt aliquid compoſitum ex pupilla, ſicut materia, & viſu ſicut forma, ita animal eſt compoſitum ex anima, ſicut forma & ex corpore, ſicut materia.

Deinde cum dicit.

Animam igitur nõ ſeparabilem eſſe à corpore, vel partes ipſius nonnullas ſi partibilis ſit, non obſcurum eſſe videtur. Corporis nãque partium patet aliquas animæ, partes, actum eſſe. Nil tamen vetat, vt aliqua partium ſint ſeparabiles animæ, propterea quod corporis nullius ſint actus. At obſcurum eſt, nec dum patet, ſi perinde corporis anima ſit actus, vt gubernator actus eſt nauis. Hoc igitur pacto vniuerſaliter de aĩa determinatum deſcriptũue ſit.

Quod quidẽ igitur non ſit anima ſeparabilis à corpore, aut partes quædam ipſius, ſi partibilis naturaliter eſt, Text. comment. 11. *non immanifeſtum eſt. Quarundam enim actus partium eſt ipſarum. At vero ſecundum quoſdam nihil prohibet, propter id quod nullius corporis ſunt actus. Amplius autem immanifeſtum ſi ſit corporis actus, anima ſicut nauta nauis. Figuraliter quidem igitur hæc definita de anima ſint, atque deſcripta.*

Concludit quandam veritatem ex præmiſsis. quia. n. oſtẽſum eſt quod anima eſt actus totius corporis, & partes ſunt actus partium. actus autem & forma non ſeparãtur ab eo, cuius eſt actus vel forma: manifeſtum eſt quod anima non poteſt ſeparari à corpore, vel ipſa tota, vel aliquæ partes eius, ſi nata eſt aliquo modo habere partes. Manifeſtum eſt. n. quod aliquæ partes animæ ſunt actus aliquarum partium corporis, ſicut dictum eſt, quod viſus eſt actus oculi. Sed ſecundum quaſdam partes nihil prohibet animam ſeparari, quia quædam partes animæ nullius corporis actus ſunt, ſicut infra probabitur de his quæ ſunt circa intellectum. Et quia Plato ponebat quod anima eſt actus corporis non ſicut forma, ſed ſicut motor, ſubiungit quod hoc nondum eſt manifeſtum, ſi anima ſic ſit actus corporis, ſicut natura eſt actus nauis, ſcilicet vt motor tantum. Deinde epilogando colligit quę dicta ſunt, & dicit quod ſecundum prædicta determinatũ eſt de anima, & poſita eſt animæ deſcripto figuraliter quaſi extrinſece & ſuperficialiter & incomplete. Complebitur enim determinatio de anima, quando pertinget vſque ad intima vt determinetur natura vniuſcuiuſque partis ipſius animæ.

LECTIO III.

Ponit duplicem demonſtrandi modum, vnum à priori, alterum à poſteriori: quo concludit animam eſſe primum viuendi principium in tribus viuẽtium generibus eſſentialiter ordinatis.

AT enim cum ex obſcuris quidem, magis autem manifeſtis, fiat id notum quod eſt dilucidum ac notius ratione, enitendum eſt rurſus hoc pacto de ipſa anima pertractare.

Quoniam autem ex incertis quidem, ſed tamen mani- Text. commen. 12. *feſtioribus, certum fit id, quod eſt ſecundum rationem notius, tentandum eſt iterum ſic aggredi de ipſa.*

Poſtquam Philoſophus poſuit diffinitionem animæ hic intendit demonſtrare ipſam. Et primo dicit de quo eſt intentio. Secundo proſequitur intentum ibi. {Dicamus igitur principium &c.} Circa primum duo facit.


Primo


Primo determinat modum demõſtrationis, quo vti intendit in demonſtrãdo. Secundo manifeſtat quomodo quædam diffinitiones ſunt demonſtrabiles. ibi {Non.n. ſolum quodque,&c.}Circa primũ ſciendum eſt,ꝙ cum ex notis oporteat incognitionem ignotorum deuenire: omnis autem demonſtratio adducitur cauſa notificandi aliud: neceſſe eſt,ꝙ omnis demonſtratio procedat ex notioribus quo ad nos,quibus per demonſtrationem fit aliquid notum. In quibuſdam aũt eadem ſunt notiora quo ad nos & ſecundum naturam.ſicut in mathematicis,quę ſunt à materia abſtracta, & in his demõſtratio procedit ex notioribus ſimpliciter, & notioribus ſecundum naturam,ſcilicet ex cautis in effectus,vnde dicitur demõſtratio propter quid. In quibuſdã vero non ſunt eadem magis nota ſimpliciter,& quo ad nos,ſ.in naturalibus,in quibus plerunq; effectus ſenſibiles ſunt magis noti ſuis cauſis, & ideo vt in naturalibus, in pluribus proceditur ab his,quæ ſunt minus nota ſecundũ naturam,& magis nota quo ad nos, vt dicitur in.1. Phyſic. Et hoc modo de-
Lect. 11. monſtrationis intendit hic vti. Et hoc eſt ꝙ dicit, quod quia illud quod eſt certum ſecundum naturam, & quod eſt ſecundum rationem notius, fit certius quo ad nos ex his quæ ſunt incerta ſecundum naturam,certiora autem quo ad nos, per iſtum modum tentandũ eſt iterum aggredi de anima, demonſtrando diffinitionem eius ſupra poſitam. Deinde cum dicit.


Rationem enim diffinitiuam nõ ſolum eſſe ſignificare, vt complures dicere diffinitiones videntur,ſed etiã in ipſa cauſam ineſſe ac apparere oportet. Nunc autem diffinitionum complures, vt concluſiones eſſe videntur, veluti quid eſt quadratio, confectio figuræ laterũ æqualium angulorum,æqualis altera ex parte longiori figuræ. Atque diffinitio talis concluſionis occupat locũ. At ea,quæ quadrationem inuentionem eſſe mediæ dicit, ipſis rei profecto cauſam (vt patet) aſſignat.

Non enim ſolũ quod ſit, oportet diffinitiuam rationem oſtendere, ſicut plures terminorũ dicunt, ſed cauſam ineſſe, & apparere. Nunc autem ſicut cõcluſiones rationes terminorum ſunt, vt quidem tetragoniſmus, æquale altera parte longiori, orthogonium eſſe æqulaterale. Talis autem terminus ratio concluſionis. Dicens autem quòd tetragoniſmus eſt mediæ inuentio rei cauſam dicit.

Aſsignat rationem prædictæ intentionis, oſtendendo quod aliquæ diffinitiones ſunt demõſtrabiles. Et hoc eſt quod dicit,quod ideo oportet iterum aggredi de anima, quia oportet quod ratio diffinitiua non ſolum dicat hoc quod eſt quia,ſicut plures terminorum,i.diffinitionem dicunt,ſed oportet etiam quod in diffinitione tangatur cauſa & quod per diffinitionem dicẽtem, propter quid demonſtretur diffinitio,quæ dicit ſolum quia. Inueniuntur autem multæ rationes terminorum,i.diffinitiones quæ ſunt ſicut concluſiones. Et ponit exemplum in geometricalibus. Ad cuius intelligentiam ſciendũ eſt, quod figurarum quadrilaterarum,quædam habent omnes angulos rectos, & vocantur Orthogonia,i. ſuperficies rectorum angulorum, quędam autem nõ habet angulos rectos, & vocantur Rhomboydes. Sciendum eſt autem quod orthogoniorum quędã conſiſtit ex omnibus lateribus æqualibus & vocatur quadratum ſiue tetragoniſmus. quoddam autem non habet omnia latera æqualia in quo tamen quælibet duo latera ſibi oppoſita ſunt æqualia, & vocatur huiuſmodi, Orthogonium altera parte longius, ſicut patet in ſequentibus figuris.







Item ſciẽdum eſt, ꝙ in qualibet ſuperficie rectorum angulorum,duæ rectę lineæ,quę angulum rectum concludunt, dicuntur totam ſuperficiem continere, quia cũ alia duo latera ſint æqualia eis, vnumquodq; ſuo oppoſito,neceſſe eſt,ꝙ vna prædictarum linearum,rectum angulum concludentium menſuret longitudinem ſuperficiei rectangulę,& alia latitudinem,vnde tota ſuperficies rectangula cõſurgit ex ductu vnius in aliã. Vnde ſi imaginaremur, ꝙ vna earum moueretur per aliam, conſurgeret talis ſuperficies. Item ſciendum eſt, ꝙ cum in orthogonio,quod eſt altera parte longius,duę lineæ continentes ipſum, ſint inæquales,ſi accipiatur inter eas linea media in proportione,& ducatur in ſeipſam, fiet quadratum æquale altera parte longiori. Et quia hęc demonſtrationibus geometricis diffuſum eſſet oſtendere, ſufficiat hoc ad præſens manifeſtare in numeris. Sit igitur orthogonium altera parte longius,cuius maius latus ſit nouem palmorum,minus vero quatuor. Accipiatur autem linea media in proportione inter ea, quæ.ſ. ſunt ſex palmorũ. Quia ſicut ſe habent ſex ad nouem, ita quatuor ad ſex. Quadratum autem huius lineæ erit æquale prædicto orthogonio altera parte longiori. Quod etiam in numeris patet. Nam quater nouem ſunt triginta ſex. Similiter etiam ſexies ſex ſunt triginta ſex. Hoc eſt ergo quod dicit, quòd ſi quæratur quid eſt tetragoniſmus,i. quadratũ quod eſt æquale altera parte longiori aſsignabitur talis diffinitio, vt dicatur {eſſe orthogonium,}.i. ſuperficies rectorum angulorũ {æquilaterale,}.i. habens omnia latera æqualia,&c. {Talis autem terminus,}.i.talis diffinitio eſt {ratio cõcluſionis,}.i.per demonſtrationem concluſa. Si autem aliquis ſic diffiniat,dicens quòd {quadratum eſt inuentio mediæ}.ſ. lineæ mediæ in proportione inter duo latera inæqualia orthogonij altera longioris,i. orthogonium conſtitutum ex tali linea inuenta, qui inquam ſic diffinit {dicit cauſam rei.} Attendendũ eſt autem,quòd hoc exemplum quod hic inducitur, eſt ſimile ei,quod intendit circa animam, quantum ad aliquid,ſcilicet quantum ad hoc ꝙ demonſtretur diffinitio animę, non autem quãtum ad hoc ꝙ demonſtretur demonſtratione dicente propter quid. Deinde cum dicit.

Dicamus igitur,hic conſiderationis initio ſumpto,animatum ab inanimato,vita ſeiungi. Atq; cũ multifariam viuere dicatur etiam ſi vnum tantum iſtorum inſit, viuere illud dicimus,cui ineſt, vt intellectus,ſenſus, motus lo- Supra lec. 1. tex. 19. motu, ac ſenſu eo ſeiũgi affirmauit.

co,ac

co, ac ſtatus, & inſuper motio nutrimento accommodata, & accretio, decretione.

Dicamus igitur principium accipientes intētionis rei, determinari animatum ab inanimato in viuendo. Multipliciter autem ipſo viuere dicto, & ſi vnum aliquod horum inſit ſolum, viuere ipſum dicimus, vt intellectus, & ſenſus, motus, & ſtatus ſecundum locum. Adhuc autem motus, & ſtatus ſecundum alimentum, & decrementum, & augmentum.

Incipit demnnſtrare diffinitionem animę ſuperius poſitam modo prædicto, ſ. per effectum. Et vtitur tali demonſtratione. Illud, quod eſt primū principium viuendi eſt viuentium corporū actus, & forma: ſed anima eſt primum priucipium viuendi his, quæ viuunt: ergo eſt corporis viuentis actus, & forma. Manifeſtum eſt autē, quòd hæc demonſtratio eſt ex poſteriori. Ex eo enim ꝙ anima eſt forma corporis viuentis, eſt principium operum vitæ, & nō econuerſo. Circa hoc ergo duo facit. Primo oſtendit, ꝙ anima eſt principium viuendi. Secundo ꝙ primum principiū viuendi eſt forma corporis viuentis, ibi {Quoniam autem quo viuimus, & ſentimus.} Circa primum tria facit. Primo diſtinguit modos viuentiū. Secundo oſtendit, quòd anima eſt viuendi principium, ibi {Vnde & vegetabilia omnia, &c.} Tertio manifeſtat quomodo ſe habeant partes animæ abinuicem, ſecundū quas eſt principium operum vitæ, ibi {Verum aūt vnumquodq; horum.} Dicit ergo primo, quòd ad proſequendum noſtram intentionem, qua intendimus demonſtrare diffinitionem animæ, oportet hoc quaſi principium accipere, ꝙ animatum diſtinguitur ab inanimato in viuendo. Animata enim viuunt, ſed inanimata nō viuunt. Sed cum multiplex ſit modus viuendi, ſi vnus tātum eorum inſit alicui, dicitur illud viuens, & animatum. Ponit autem quatuor modos viuendi, quorum vnus eſt per intellectum, ſecundus per ſenſum, tertius per motum, & ſtatū localem, quartus per motum alimenti, & decrementi, & augmenti. Ideo autem quatuor tantum modos ponit viuendi, cum ſupra quinq; genera operationum animæ poſuerit, quia hic intendit diſtinguere modos viuendi, ſecundum gradus viuentium: qui diſtinguuntur ſecundū hæc quatuor. In quibuſdam enim viuentium inueniuntur tantum alimentum, augmentum, & decrementum, ſ. in plantis. In quibuſdam autem, cum his inuenitur ſenſus ſine motu locali, ſicut in animalibus imperfectis, ſicut ſunt oſtreæ. In quibuſdam autem, vlterius inuenitur motus ſecundum locum, ſicut in animalibus perfectis, quæ mouentur motus progreſsiuo, vt bos, & æquus. In quibuſdam aūt, cum his vlterius inuenitur intellectus, ſ. in hominibus. Appetitiuum autem, quod eſt quintum pręter hæc quatuor, non facit aliquā diuerſitatem in gradibus viuentium. Nam vbicunq; eſt ſenſus, ibi eſt & ap-
Infra tex. com. 20. petitus. Deinde cum dicit.

Quapropter, & vniuerſa planta videntur viuere, quippe cum videantur in ſeipſis vim habere talem, atque principium, quo ad contraria loca, tam incrementa, quam decrementa ſuſcipiunt. Non enim ſurſum quidem accreſcunt, deorſum autem non accreſcunt, ſed ad vtranq; ſimiliter differētiam, & omni ex parte, ſemperq; nutriuntur, & eouſq; viuunt, quouſque poſſunt alimentum accipere.

Tex. commen. 14. *Vnde & vegetabilia omnia videntur viuere. Videntur autem in ſeipſis habentia potentiam, & principiū huiuſmodi, per quod, augmentum, & decrementum ſuſcipiunt, ſecuundum contrarios locos. Non enim ſurſum quidem augentur, deorſum autem nō, ſed ſimiliter ad vtraq;, & in omnes partes continue aluntur, & viuunt, quouſq; poſſunt accipere alimentum.*

Manifeſtat quod anima eſt principium viuendi ſecundum omnes modos prædictos. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quomodo anima eſt principium viuendi in plantis. Secundo in animalibus, ibi {Animal autem propter ſenſum, &c.} Tertio oſtendit quid dictum ſit, & quid reſtat dicendū, ibi {propter quam aūt cauſam, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtēdit, quòd anima eſt principium viuendi in plantis. & dicit, quòd cum dictū ſit ꝙ quibuſcunq; ineſt vnū quatuor prædictorum modorum viuentium dicuntur viuere, ſequitur quòd omnia vegetabilia viuant. Omnia enim in ſeipſis habet potentiam quandam, & principium, quo ſuſcipiunt motum augmenti, & decrementi. Et quod hoc principium non ſit natura, ſed anima manifeſtū eſt. Nam natura non mouet ad contraria loca: motus autem augmenti & decrementi eſt ſecundum contraria loca. Augentur enim vegetabilia omnia, nō ſolum ſurſum & deorſum, ſed vtroq; modo. Manifeſtum eſt ergo ꝙ principium horum motuum non eſt natura, ſed anima. Nec ſolum vegetabilia viuunt, dum augentur, & decreſcunt, ſed quæcunq; nutriuntur tandiu viuunt, quandiu poſſunt accipere nutrimentum, per quod fit augmentum. Secundo ibi.

Atq; hæc quidem vis, à cæteris ſeiungi, ſeparariq́ue poſt, cætera autem in ipſis mortalibus ab iſta nequeunt ſeparari, quod quidem in ipſis perſpicitur plantis. Nulla enim prorſus in ipſis (vt patet) alia præter, hanc animæ potentia, atque officium ineſt. Viuere igitur, ob hoc principium viuentibus competit.

Separari autem hoc ab alijs poſſibile eſt, alia autem ab Tex. commen. 15.
hoc, impoſſibile eſt in rebus mortalibus. Manifeſtum eſt autem in his, quæ vegetantur. Neque enim vna ineſt ip- Tex. commen. 16.
ſis potentia alia animæ. Viuere igitur, propter hoc principium ineſt omnibus viuentibus.

Oſtendit ꝙ prædictum viuendi principium, eſt primum & ſeparabile ab alijs. Et dicit ꝙ hoc, ſ. principium augmenti & alimēti poteſt ſeparari ab alijs principijs viuendi, ſed alia nō poſſunt ſeparari ab eo in rebus mortalibus. Quod ideo dicit, quia in rebus immortalibus, ſicut ſunt ſubſtātiæ ſeparatæ, & corpora cęleſtia, ſi tamen ſunt animata, inuenitur intellectiuum ſine nutritiuo. Quod autem hoc principium ſit ſeparabile ab alijs, manifeſtum eſt in his, quæ vegetantur, i. in plantis, in quibus nulla alia potentia animæ ineſt, niſi huiuſmodi. Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ illud, propter quod primum inuenitur via in rebus mortalibus, eſt principium augmenti, & alimenti, quod vocatur anima vegetabilis. Deinde cum dicit.

Animal autem eſt ob ſenſum primo. Nam & ea, quæ non mouentur motu, nec mutant locum, ſenſum autem habent, non ſolum viuere dicimus, ſed etiam animalia nuncupare ſolemus. Videntur autem & huiuſcemodi animalia multa eſſe, quæ cum ſint natura loco manentia, habent ſolum ſenſum.

Animal autem propter ſenſum, primum. Et nanque quæ non mouentur, neque mutant locum, habent autem ſenſum animalia dicimus, & non viuere, ſolum. Videntur autem & huiuſmodi multa eſſe animalium, manentia aptum cum ſint natura, habent ſolum ſenſum.

Manifeſtat quomodo anima eſt principium viuendi in animalibus. Et circa hoc duo facit. Primo dicit, quòd primum dicitur aliquid eſſe animal propter ſenſum, licet animalia quædā & ſentiant, & moueantur. Ea enim dicimus eſſe animalia, & non ſolum viuere, quæ licet non mutent

mutent locum, tamen habent ſenſum. Sunt enim multa animalium talia, quæ naturaliter manent in eodem loco, & tamen habent ſenſum, ſicut oſtreæ, quæ non mouentur motu progreſsiuo. Secundo ibi.

At vero ex ſenſibus, tactus primo cunctis animalibus ineſt, atque vt vegetatiuum à tactu, ſenſuque omni, ſic à cæteris tactus ſeparari ſenſibus poteſt. Eam autem partem animæ vegetatiuum dicimus eſſe, cuius, & plantæ, participes ſunt. Animalia vero cuncta, ipſam vim habere ſentiendi tactu videntur.

Tex. commen. 17. *Senſuum autem, primo ineſt omnibus tactus. Sicut autem vegetatiuum poteſt ſeparari à tactu, & omni ſenſu, ſic & tactus ab alijs ſenſibus. Vegetatiuum autem dicimus huiuſmodi partem animæ, quo & vegetabilia participant. Animalia autem omnia videntur tangendi ſenſum habentia.*

Oſtendit ꝙ inter alios ſenſu, primo ineſt tactus animalibus. Quod probat ex hoc, quòd ſicut vegetatiuum poteſt ſeparari à tactu, & ab omni ſenſu, ſic tactus poteſt ſeparari ab alijs ſenſibus. Multa enim ſunt animalia, quę ſolum ſenſum tactus habent, ſicut animalia imperfecta. Omnia autem animalia habet ſenſum tactus. Vegetatiuum autē principium dicimus illam partem animæ, qua etiam vegetabilia, i. plante participant. Sic igitur ex prædictis patent tres gradus viuentium: primus eſt plantarum. ſecundus animalium imperfectorum immobiliū, quæ habent ſolum ſenſum tactus, tertius eſt animalium perfectorum, quæ mouentur motu progreſsiuo, quæ etiā habet alios ſenſus. Manifeſtum eſt autem, quòd quartus gradus eſt eorum, quę habent cum his etiam intellectum. Deinde cum dicit.

Quatuor ſunt viuentiū gradus. Tex. commen. 18. *Atq; quam ob cauſam iſtorum vtrunq; ſit, poſtea dicemus, ac explanabimus. Nunc euſq; tantum dicatur, animam inquam principium eſſe eorū, quæ dicta ſunt, & his eſſe diffinitā, vegetatiuo, ſenſitiuo, intellectiuo: & motu.*

Propter quam autem cauſam vtrunque horum accidit poſterius dicemus. Nunc autem intantum dictum ſit ſolum, quòd eſt anima: horum quæ dicta ſunt, principium, & his determinata eſt vegetatiuo, ſenſitiuo, intellectiuo, & motu.

Oſtendit quid dictū ſit, & quid reſtat dicendum. Et dicit, quòd poſterius dicēdum eſt, propter quam cauſam vtrūq; horum accidat, ſ. quòd vegetatiuum poteſt eſſe ſine ſenſu, & quòd tactus ſine alijs ſenſibus. Hoc enim
In 3. tex. com. 66.
dicet in fine libri. Nunc autem ſufficiat intantum dictū eſſe, quòd anima eſt principium viuendi ſecūdum prædictos modos, & quòd diſtincta eſt iſtis quatuor ſcilicet vegetatiuo, quod eſt in plantis, & in omnibus viuentibus, & ſenſitiuo, quod eſt in omnibus animalibus, & intellectiuo, quod eſt in omnibus hominibus, & motu progreſsiuo, qui eſt in omnibus animalibus perfectis ſenſu, vel intellectu.

LECTIO IIII.

Quo pacto diſtinguantur potentiæ ab ipſa anima, & abinuicem in rebus animatis: ex hoc deducens animam eſſe id, quo primo viuimus, ſentimus, mouemur & intelligimus.

QVærendum autem eſt, vtrū horum vnumquodq; ſit anima, an animæ pars. Et ſi pars, vtrū hoc pacto, vt ſit ſeparabile ratione ſolum, an etiā loco.

Tex. commen. 19. *Vtrum autem vnumquodq; horum ſit anima, an pars animæ. & ſi pars, vtrum ſic, vt ſit ſeparabilis ratione ſolum, an etiam, & loco.*

Oſtendit ſuperius Philoſophus, quòd anima eſt principium viuendi, ſecundum diuerſa genera vitæ. Et ideo nunc inquirit qualiter principia viuendi, ſecundum diuerſa genera vitæ ſe habent ad anima, & adinuicem. Et circa hoc duo facit. Primo mouet quęſtiones duas. Quarum prima eſt. Cum anima, quæ eſt principium viuendi, ſit determinata vegetatiuo, ſenſitiuo, motiuo ſecundum locum, & intellectiuo, vtrum quodlibet eorum ſit anima per ſe, aut ſit pars animę. Et manifeſtum eſt, quòd in his, quæ tantum augentur, & nutriuntur, ſicut in plantis, vegetatiuum eſt anima. In his autem, quæ vegetātur, & ſentiunt, eſt pars animæ, & ſimiliter eſt de alijs. Secunda quæſtio eſt. Si vnumquodq; prædictorū eſt pars animę, puta cum omnia inueniantur in vna anima, ſicut in humana, vtrum hoc modo ſint partes, quòd ſeparentur abinuicem ſolum ſecundū rationem, vt. ſ. ſint diuerſæ potentiæ, aut etiam ſeparentur loco, & ſubiecto, vtpote quòd in vna parte corporis ſit ſenſitiuum, in alia appetitiuum, in alia motiuū & ſic de alijs, ſicut quibuſdam viſum fuit. Secundo cum dicit.

Atqui de nonnullis quidem iſtorum videre, diſcernereque facile poſſumus, nonnulla autem dubitationem habent. Nam vt plantæ nonnullæ diuiſæ, ſeiunctæq; videntur viuere propterea, quòd anima quæ eſt in iſtis, actu quidem in vnaquaq; planta eſt vna, potentia vero plures, ſic & circa alias. Videmus animæ differentias fieri cum inciduntur animantium, ea quæ inſecta vocamus, vtraque nanq; partiū & ſenſum habet & motu loco cietur. Quod ſi ſenſum habet & imaginationem, & appetitum etiā habet, vbi nanq; eſt ſenſus ibi dolor etiam exiſtit, atq; voluptas. At vbi ſunt hæc ibi neceſſario cupiditas etiā ineſt. Animantia quędam recisa viuunt.

De quibuſdam quidem horum, non eſt difficile videre, quædam autem dubitationem habent. Sicut enim in plantis, quædam diuiſa videntur viuere ſeparata abinuicem, tanquā exiſtente in his anima actu quidem vna, in vnaquaque planta, potentia autem pluribus, ſic videmus, & circa alteras differentias animæ accidere, vt in entomis deciſis. Etenim ſenſum vtraq; partium habet & motum ſecundum locum. Si aūt ſenſum, & phantaſiam, & appetitum, vbi quidem enim ſenſus eſt, & triſtitia, & lætitia eſt. Vbi autem hæc ſunt, ex neceſſitate, & deſiderium eſt. Text. comment. 20.

Soluit propoſitas quæſtiones. Et primo ſecūdam. Secundo primam. ibi {Quod aūt quibuſdam animalium.} Circa primum duo facit. Primo ſoluit ſecundā q. quantum ad ſecundam partem oſtendens, vtrum partes animæ ſint ſeparabiles loco. Secundo, quantum ad primū, vtrum. ſ. ſint ſeparabiles ratione. ibi {Ratione autem ꝙ alteræ, &c.} Dicit ergo primo, quòd de quibuſdam partibus animæ, non eſt difficile videre, vtrum ſint ſeparabiles loco, i. ſubiecto, ſed de quibuſdam dubium eſt. Et ad oſtendendum, quòd in quibuſdā hoc facile eſt videre præmittit ſimilitudinem de plantis. ibi {Sicut. n. in plantis.} dicens quod quędam partes diuiſæ ab eis, & ſeparatæ ab alijs partibus, videntur viuere. Et hoc manifeſtatur per hoc, quod ramuſculi abſciſi inſeruntur, vel plantantur, & coaleſcunt, quod nō eſſet niſi remaneret in eis vita, & per conſequens anima, quæ principium viuendi, quod contingit tanquam in vnaquaque planta, anima ſit vna in actu, & multiplex in potentia. Sicut enim accidere videtur in formis corporum naturalium inanimatorum, ita in eis, quæ propter ſui imperfectionem non requirunt diuerſitatem in partibus, quòd in aliquo vno toto anima eſt in actu vna, & plures in potentia, ſicut & ipſum corpus eſt vnum in actu & plura in potentia. Poteſt enim diuidi vnumquodq; eorum in diuerſas partes ſimiles ſpecie, ſicut patet in aere, aqua, & in corporibus mineralibus. Legito ſupra in fine li. 1. & li. 2. tex. 6.

neralibus. Vnde oportet, quòd ſi partes ſunt ſimiles ſpecie adinuicem, & toti, quòd forma ſpecifica poſt diuiſionem ſit in vtraq; partium. Et eadem ratione, quia anima planę imperfecta eſt in ordine animarū non requirit magnam diuerſitatem in partibus, vnde anima totius poteſt ſaluari in aliqua partium. Et ſic etiam videmus in alijs differentijs animæ, ſicut in entomis deciſis, i. in animalibus, quæ deciſa viuunt, quia vtraque partium habet ſenſum. Quod patet ex hoc, quòd retrahit ſe, ſi pungitur. Et etiam habet motum ſecundum locum, vt ad ſenſum apparet. Sic ergo in vna, & eadem parte apparet, & ſenſitiuum, & motiuum principium. Et ſi eſt ibi ſenſus, neceſſe eſt, quòd ſit ibi phantaſia. Phantaſia autem nihil aliud eſt, quàm motus factus à ſenſu ſecūdum actum, vt infra dicetur. Et ſimiliter ſi habeat ſenſum pars deciſa, neceſſe eſt, ꝙ habeat appetitum. ad ſenſum enim de neceſſitate ſequitur lętitia, & triſtitia, ſiue delectatio, & dolor. Neceſſe, eſt enim ſi ſenſibile perceptum eſt conueniens, quòd ſit delectabile: ſi autem eſt nociuum, quòd ſit doloroſum. Vbi autem eſt dolor, & delectatio, oportet quòd ſit deſiderium, & appetitus, vnde neceſſe eſt, ꝙ ſi pars deciſa ſentit quòd etiam habeat appetitū. Sic ergo manifeſtum eſt, quòd vegetatiuum ſenſitiuum appetitiuum & motiuū inueniuntur in vna parte deciſa: ex quo patet, ꝙ non diſtinguūtur loco in corpore animalis. Sed de quibuſdam potentijs particularibus, manifeſtum eſt quòd diſtinguuntur loco. Viſus enim manifeſte non eſt niſi in oculo, auditus in aure, olfactus in naribus, guſtus in lingua & palato. Sed primus ſenſus, qui eſt tactus, & neceſſarius animali eſt in toto. Sed quòd dicit ꝙ phantaſia eſt in parte deciſa, videtur eſſe dubium. Nam à quibuſdam, phantaſiæ attribuitur determinatum organum in corpore. Sed ſciendum eſt, quòd phantaſia inuenitur in determinata in animalibus imperfectis, in animalibus perfectis determinata, ſicut infra in tertio dicetur. Organum ergo aliquod determinatum phantaſiæ attribuitur, ad maiorē perfectionē, & determinationē ſui actus, ſine quo phantaſiæ actus nullo modo eſſe poſſet, ſicut actus viſus nullo modo poteſt eſſe ſine oculo. Sic igitur manifeſtauit, quod in quibuſdā potentijs animæ, non eſt difficile videre, vtrum ſint ſeparabiles loco. Deinde cū dicit.

Lib.3. Tex.commen. 161.

Phantaſia determinata, & confuſa lege infra Thomā, in text. 32. & li.3. te.156. Tex.commen. 156. Lectio.5.

De intellectu vero, contemplatiuaq; potentia, nondum quicquam eſt manifeſtum, ſed videtur hoc animæ genus eſſe diuerſum. Idque ſolum, perinde atq; perpetuum, ex eo quòd accidit ſeiungi, ſepararique poteſt. Cęteras autem animæ partes, ſeparabiles quidem non eſſe, vt quidem aſſeruerunt, ex his, quæ diximus, patet.

Tex.commen.21. *De intellectu autē & perſpectiua potentia nihil adhuc manifeſtum eſt, ſed videtur genus alterum animæ eſſe, & hoc ſolum contingit ſeparari, ſicut æternum à corruptibili.* Tex.commen.22. *Reliquæ autem partes animæ manifeſtum ex his, quod non ſeparabiles ſunt, ſicut quidam dicunt.*

Oſtendit in qua parte animę circa hoc poſſit eſſe dubium. Et dicit, quòd de intellectu, quocunq; nomine vocetur perſpectiua potentia, i. ſpeculatiua, nihil eſt adhuc manifeſtum. Nondum enim per ea, quæ dicta ſunt, apparet vtrum habeat aliquod organum in corpore diſtinctum loco ab alijs organis, vel non diſtinctum. Sed tamen quantum in ſuperficie apparet, videtur quòd ſit alterum genus animæ ab alijs partibus animę, i. alterius naturæ, & alio modo ſe habens, & quòd hoc ſolum genus animæ poſſit ſeparari ab alijs partibus animæ, vel etiam quod ſit ſeparatū ab organo corporeo, ſicut perpetuum à corruptibili. Sed quòd reliquæ partes animæ non ſint ſeparabiles loco abinuicem, manifeſtum eſt ex prædictis. Deinde cum dicit.

Ratione vero differre, non obſcurum eſſe videtur. Senſitiui nanque ratio diuerſa (ſi à ratione principij opinandi. ſiquidem diuerſa ſunt ſentire, ac opinari, & vnumquodque dictorum ſimiliter.

Ratione autem, quòd alteræ, manifeſtum eſt. Senſitiuo enim eſſe & opinatiuo alterum, ſiquidem & ſentire ab ipſo opinari. Similiter autem & aliorum vnumquodque, quæ dicta ſunt.

Oſtendit ꝙ ſint ſeparabiles ratione. Cuiuſlibet enim potentiæ ratio eſt, ſecundū ordinem ad actum: vnde neceſſe eſt, ſi actus ſint diuerſi ſecundum ſpeciem, quòd potentiæ habeant diuerſam rationem ſpeciei. Et hoc eſt, quod dicit, quòd alterum eſt eſſe ſenſitiuo & opinatiuo, id eſt intellectiuo, i. altera eſt ratio vtriuſque potentiæ, ſi ſentire eſt alterum ab opinari, & ſimiliter eſt de prædictis alijs potentijs. Deinde cum dicit.

At vero quibuſdam animantium cunctæ partes, vt patet, inſunt, quibuſdam nonnullæ ſunt, & quibus vna tantum ineſſe videtur, atq; idipſum differentiam animantiū facit. Quam autem ob cauſam ita ſit, poſtea perſcrutabimur. Eadem & circa ſenſus fieri ſane videmus. Quadam enim omnes, quædam aliquos, quadā vnum duntaxat habere videntur, tactum, inquam, ipſum, qui quidem eſt omnium maxime neceſſarius. Infra.te.27.

Adhæc quibuſdam animalium omnia inſunt hæc, quibuſdam vero quadam horum, alteris autem vnum ſolū. Hoc autem facit differentias animalium. Propter quam autem cauſam ſit factum, poſterius intendendum eſt. Similiter autem & circa ſenſus accidit. Alia enim habent omnes, alia vero quoſdam, quadam vero vnum maxime neceſſarium, tactum. Tex.commen.13.

Soluit primam. q. & dicit, ꝙ hic facit differentiam in animalibus, ꝙ quibuſdam animalium inſunt omnia prędicta, quibuſdam vero quędam horum, alijs vero vnum ſolum. Quibuſcunq; autem ineſt vnum ſolum prædictorum, oportet quòd illud ſit anima. In quibus vero inſunt plura, quodlibet eſt pars animæ, ſed illa anima denominatur à principaliori, vel ſenſitiua, vel intellectiua. Quare autem hoc ſit, ꝙ quædam habent vnum, quædā plura, quædam omnia, poſterius dicetur. Et ſicut accidit circa potentias animæ, ita accidit circa ſenſus. Quædam enim habent omnes ſenſus, ſicut animalia perfecta: quędā vero habent quoſdam ſenſus, ſed non omnes, vt talpa: quędam vero habent vnum maxime neceſſarium. ſi. tactū, vt animalia imperfecta. Poteſt autem & hæc particula ad alium ſenſum referri, vt dicatur ꝙ quia ſuperius oſtenderat Philoſophus, quòd partes animę nō ſunt ſeparabiles abinuicem loco vel ſubiecto, in animali in quo ſunt, ꝙ propter hoc etiam non ſeparentur in diuerſis animalibus, ſed cuicunq; ineſt vnum, ineſſent omnia. Et ideo remouet hoc in hac particula. Deinde cum dicit. Lib.3. t. com.131.

Quoniam autem id, quo viuimus, quoue ſentimus, bifariam dicitur, & perinde atq; id quo ſcimus, & id etiā, quo ſani ſumus atq; valemus: quoddam enim ſcientiam, quoddam animam dicimus, quippe cum vtroq; ſcire dicamus. & aliud ſanitatem, aliud partem corporis aliquam, vel totum dicimus corpus: atq; horum vtrunq; tam ſcientia, quam ſanitas forma quædam, & ſpecies eſt & ratio, & tanquam actus ſuſcipientis, ſcientia quidem, ſcientis, ſanitas autem ſani. Actus enim agentium in eo quod patitur atq; diſponitur, ineſſe videtur. Anima autem, id eſt (vt patet) quo viuimus, & quo ſentimus, ac intelligimus

primo

primo. Ipſa profectò ratio quædam erit, & forma, ſed non vt materies, atq; ſubiectum. Nam, cum ſubſtantia tripliciter dicatur, vt diximus: quædam enim eſt forma, quædam materies, quædam id, quod ex vtriſque componitur, & materia quidem eſt (vt patet) potentia, forma autem actus. Cum igitur, vt diximus, ſubſtantia dicatur trifariam, animatumque id ſit, quod ex vtriſque, corpore, inquam, & anima conſtat: corpus profectò nõ eſt actus animæ, ſed ipſa corporis alicuius eſt actus.

Text. comment. 24. *Quoniam autem quo viuimus, & ſentimus dupliciter, ſicut quo ſcimus, dicimus autem hoc quidem ſcientiam, illud autem animam, vtroq; enim horum dicimus ſcire. Similiter autem, & quo ſanamur, aliud quidem ſanitas eſt, aliud autem pars quædam corporis, aut etiam totum. Horum autem ſcientia quidem & ſanitas. forma eſt, & ſpecies quædam, & ratio, vt actus ſuſceptiuorum, hæc quidem eius quod ſcientiæ, capax eſt, illa vero ſanabilis. Videtur enim in patiente, & diſpoſito actiuorũ ineſſe actio.*

Secũda animæ definitio. Tex. comment. 25. *Anima autem hæc quo viuimus, & ſentimus, & mouemur, & intelligimus primo. Quare ratio quædam vtique erit, & ſpecies: ſed non vt materia, & vt ſubiectum. Tripliciter enim dicta ſubſtantia, ſicut diximus, hæc quidem ſpecies, illud vero vt materia, aliud autem ex vtriſque. Horum autem materia quidem potẽtia, ſpecies aũt actus, poſtea quod ex vtriſq;, animatum, neq; corpus eſt actus animæ, ſed ipſa corporis cuiuſdam.*

Oſtenſo, quòd anima eſt primum viuẽti principium concludit ex hoc, diffinitionem prius aſsignatam. Et circa hoc duo facit. Primo demonſtrat propoſitum. Secundo ex veritate demonſtrata, quaſdam concluſiones vlterius inducit, ibi {Propter hoc bene opinantur, &c.} Circa primũ ponit talem demonſtrationem. Duorum, quorum vtroque dicimur eſſe aliquid, aut operari, vnum. ſ. quod primũ eſt, eſt quaſi forma, & aliud quaſi materia. Sed anima eſt primũ quo viuimus, cũ tamẽ viuamus anima, & corpore: ergo anima eſt forma corporis viuentis. Et hæc eſt diffinitio ſuperius de animã poſita, ꝙ anima eſt actus primus phyſici corporis potentia vitam habentis. Manifeſtum eſt autem ꝙ medium huius demonſtrationis eſt quędam diffinitio animæ, ſ. anima eſt: quo viuimus primum. Circa hanc autem demõſtrationem. 4. facit. Primo ponit maiorem dicens, quòd quo viuimus, & ſentimus dicitur dupliciter. ſ. altero, ſicut forma, & altero ſicut materia. Sicut & quo ſcimus dicitur dupliciter. duobus enim dicimur ſcire, quorum vnum eſt ſcientia, & aliud eſt anima. Et ſimiliter quo ſanamur dicitur de duobus, quorum vnũ eſt ſanitas, & aliud eſt aliqua pars corporis, vel etiam totum corpus. Vtrobiq; autem vnũ eſt quaſi forma, & aliud quaſi materia. Nam ſcientia & ſanitas ſunt formæ, & quaſi actus ſuſceptiuorũ, ſcientia quidem forma ſcientifici, i. partis animæ, in qua eſt ſcientia, ſanitas vero eſt forma corporis ſanabilis. Ideo autem dicit {ſanabile, & ſcientificum} vt oſtendat aptitudinem in ſubiecto ad tales formas. Semper enim actiuorũ actus, i. formæ, quæ inducuntur ab agentibus in materia, videntur eſſe in patiente & diſpoſito, i. in eo, quod eſt natũ pati actiones agentis à tali agẽte, & quod eſt diſpoſitum ad conſequendum finem paſsionis. ſ. formã ad quam patiendo perducitur.

Lect. 3. Secundo ibi {Anima autem hoc.} Ponit minorem propoſitionem & dicit, quòd anima eſt primũ quo & viuimus, & ſentimus, & mouemur, & intelligimus. Et referũtur hæc. 4. ad quatuor genera vitę de quibus ſuperius fecerat mentionem. Viuere enim refert ad principium vegetatiuum, quia ſuperius dixerat, quòd viuere propter hoc principium ineſt omnibus viuentibus. Sciendum eſt autem, quòd quamuis ſanitate & corpore dicamur eſſe ſani, tamen ſanitas eſt primum quo ſani dicimur eſſe. Non enim dicimur eſſe ſcientes, quia anima non dicimur eſſe ſcientes, niſi inquantum habet ſcientiã. Similiter etiam & corpore non dicimus eſſe viuẽtes, niſi inquantum habet animam, & propter hoc, hic dicitur ꝙ {anima} eſt primum quo viuimus, ſentimus, &c. Tertio ibi {Quare ratio quædam.} Ponit concluſionem, & pendet hucusque conſtructio ab illo loco {quoniam autem quo viuimus, &c.} Concludit ergo ex prædictis, quòd anima ſe habet vt ratio & ſpecies, & non ſicut materia & ſubiectum. Quarto ibi {tripliciter enim dicta ſubſtantia, &c.} Oſtendit concluſionẽ ſequi ex præmiſsis. Non enim videbatur magis ſequi de anima, quòd ſit forma, quàm de corpore, cum vtroq; viuere dicamur, Vnde ad perfectionem dictæ demonſtrationis, ſubiungit, quòd cum ſubſtantia dicatur tripliciter, vt ſupra dictum eſt. ſ. de materia, & forma, cõpoſito ex vtriſque, quorum materia eſt potentia, & ſpecies, ſiue forma eſt actus, & compoſitum ex vtriſq; eſt animatum, manifeſtum eſt ꝙ corpus non eſt actus animæ, ſed magis anima eſt actus corporis alicuius: corpus enim eſt in potentia reſpectu animæ. Et ideo cum conſequatur ex prædicta demonſtratione, quòd vel corpus, vel anima ſit ſpecies, & corpus, vt dictum eſt non ſit ſpecies animæ, ſequitur quod anima ſit ſpecies corporis. Deinde cum dicit.

Idcirco rectè admodum putant ij, quibus anima, neque eſſe ſine corpore, neq; corpus aliquod eſſe videtur. Etenim ipſa corpus quidem non eſt, eſt autem corporis aliquid.

Et propter hoc bene opinantur, quibus videtur neq; ſine corpore eſſe, neq; corpus aliquod anima. Corpus enim non eſt, corporis autem aliquid eſt. Text. commen. 26.

Inducit quaſdam concluſiones ex præmiſsis, quarum prima eſt, ꝙ bene opinati ſunt, quibus viſum eſt, ꝙ anima non ſit ſine corpore, neque ſit corpus. Non enim eſt corpus, quia non eſt materia, ſed eſt aliquid corporis, quia eſt actus corporis. Et quia omnis actus eſt in eo, cuius eſt actus, infert conſequenter ibi.

Et ineſt ob hoc in corpore, atque in corpore tali, non in quouis ſine diſcrimine vllo, quemadmodũ veteres ad corpus ipſum accommodabant, nihil prorſus determinantes, quodnam illud & quale ſit corpus, atq; non rectè, vt patet: quippe cum non videatur, quoduis ſine vllo diſcrimine quodcunque ſuſcipere. Hoc autem pacto, eum ratione etiam ſit ſane. Actus enim vniuſcuiuſq; in eo, quod eſt potentia, & in propria materia ſuapte natura fieri, eſſeque ſolet. Animam igitur perfectionem quandam eius. & actum, ac rationem eſſe, quod potentiam habet, vt huiuſmodi ſit, ex hiſce, quæ diximus, innoteſcit. Actus omnis propria materia fieri naturaliter cõſueuit.

Et propter hoc, in corpore eſt, & in corpore tali, & nõ ſicut priores ad corpus aptabant ipſam nihil diffinientes in quo & quali, quamuis nõ videatur, quoduis ſubiectum cuiuſuis formæ capax eſſe. Si autem ſit, & ſecundum rationem. Vniuſcuiuſque enim actus in eo, quod in potentia exiſtit, & in propria materia apte, naturaliterque ſit. Quod quidem igitur actus eſt quidã, & ratio potentiam habentis, vt tale ſit, manifeſtum ex his eſt.

Secundam concluſionem, ſ. quòd anima eſt in corpore, & tali corpore. ſ. phyſico, organico, & hoc non eſt per modum quo priores phyſici loquebantur de anima, & vnione eius ad corpus, nihil determinantes in quo vel quali corpore eſſet. Et vere hoc eſt, ſicut nunc dicimus quòd anima accipere quodcunque corpus contingat, ſed determinatum.

determinatum. Et hoc rationabiliter accidit, quia vnuſquiſque actus natus eſt fieri in propria, & determinata materia, vnde & anima oportet ꝙ in determinato corpore recipiatur. Vltimo autem epilogando concludit, ꝙ anima eſt actus quidam & ratio habentis eſſe huiuſmodi, ſcilicet potentia viuentis.

LECTIO V.

Quot nam ſint & quę animæ vires, & quomodo ſeinuicem ordine quodam conſequantur exponit, ac quo parto ſingulis earũ animæ ratio conueniat, quam proxime explicauerat.

ANimantium autem quibuſdam omnes inſunt potentiæ dictæ, quibuſdam nonnulla inſunt, & quibuſdam vna tantum ineſſe videtur: atque potentias anima diximus has, nutritiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, loco motiuum, atque intellectiuum.

Potentiæ, animæ quin que ſunt. Text. commen. 27.

Potentiarum autem animæ, quæ dictæ ſunt, alijs quidem inſunt omnes, alijs vero quædam harum, quibuſdam vero vna ſola. Potentias autem dicimus, vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, motiuum, ſecundum locum, intellectiuum.

Poſtquam Ariſt. diffiniuit animam in cõmuni, nunc accedit ad determinãdum de partibus eius. Non autem habet aliter anima partes, niſi ſecundum ꝙ eius potentię partes eius dicuntur, prout alicuius potentis multa, partes dici poſſunt, poteſtas ad ſingula. Vnde determinare de paribus eius eſt determinare de ſingulis potẽtijs eius.

Cur potentiæ animę par nominã tur.

Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima determinat de potentijs animæ in communi, diſtinguendo eas adinuicem. In ſecũda determinat de ſingulis earũ: ibi {Quare primum ad alimento, & generatione, &c.} Prima autem pars diuiditur in duas. In prima diſtinguit potentias animæ abinuicem. In ſecunda oſtendit quid de potentijs animæ, & quomodo, & quo ordine determinandum ſit, ibi {Quare & ſecundum vnumquodq; quærendũ, &c.} Circa primum duo facit. Primo diſtinguit potentias animæ abinuicem. Secundo oſtendit quomodo ratio communis animæ ſe habet ad partes prædictas, ibi {Manifeſtum igitur eſt quoniam eodem, &c.} Circa primũ duo facit. Primo enumerat potentias animæ. Secundo oſtendit quomodo ſeinuicem conſequantur, ibi {Ineſt autem plantis, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ de potentijs animæ, quæ ſupra nominatæ ſunt, quibuſdam inſunt omnes, ſicut hominibus: quibuſdam quædam harum, ſicut alijs animalibus: quibuſdam vna tantũ, ſicut plantis. Et quia ſuperius non nominauerat eas potentias, ſed partes animæ, ideo manifeſtat, quòd per potentias idem intelligit, quod ſupra per partes. Quarum quidem ſunt quinq; genera, ſ. vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, motiuum ſecũdum locum, intellectiuum. Oportet autem hęc duo videre. Primo quidem quare ponuntur hic quinque genera potentiarum animæ, præcipue cum conſuetũ ſit dicit triplicem eſſe animam, vegetabilem, ſenſibilem, & rationalem. Secundo conſiderare oportet, quare hic ponit. 5. cum ſuperius poſuerit tantum quatuor. Sciendum autem circa primum, ꝙ cum omnis potentia dicatur ad actum proprium, potentia operatiua dicitur ad actum, qui eſt operatio. Potentiæ autem animæ ſunt operatiuæ, talis enim eſt potẽtia formæ. Vnde neceſſe eſt ſecundum diuerſas operationes animæ, accipi diuerſitatem potentiarum. Operatio autem animæ, eſt operatio rei viuentis, cum igitur vnicuique rei competat propria operatio, ſecundum ꝙ habet eſſe, eo quòd vnumquodq; operatur, inquantum eſt ens: oportet operationes animę conſiderare, ſecundum ꝙ inuenitur in viuentibus. Huiuſmodi autem viuentia inferiora, quorũ actus eſt anima, de qua nunc agitur, habent duplex eſſe. Vnum quidem materiale, in quo conueniunt cum alijs rebus materialibus: aliud autem immateriale, in quo communicant cum ſubſtantijs ſuperioribus aliqualiter. Eſt autem differentia inter vtrunq; eſſe, quia ſecundum eſſe materiale, quod eſt per materiam cõtractum, vnaquæq; res eſt hoc ſolum, quod eſt, ſicut hic lapis nõ eſt aliud quam hic lapis: ſecundum vero eſſe immateriale, quod eſt amplum, & quodammodo infinitum, inquantum non eſt, per materiam terminatum, res non ſolum eſt id, quod, eſt, ſed etiam eſt quodammodo alia. Vnde in ſubſtantijs ſuperioribus immaterialibus ſunt quodammodo omnia, ſicut in vniuerſalibus cauſis. Huiuſmodi aũt immateriale eſſe, habet duos gradus in iſtis inferioribus. Nam quoddã eſt penitus immateriale, ſ. eſſe intelligibile. In intellectu enim res habent eſſe, & ſine materia, & ſine conditionibus materialibus indiuiduantibus, & etiam abſq; organo corporali. Eſſe autem ſenſibile eſt medium inter vtrunque. Nam in ſenſu res habet eſſe ſine materia, non tamen abſq; conditionibus materialibus indiuiduantibus, neq; abſq; organo corporali. Eſt enim ſenſus particularium, intellectus vero vniuerſalium. Et quãtum ad hoc duplex eſſe, dicit Philoſophus in tertio huius, ꝙ anima eſt quodammodo omnia. Operationes igitur, quę competunt viuenti ſecundum eſſe materiale, ſunt operationes, quæ attribuuntur animæ vegetabili, quæ tamen licet ad id ordinentur, ad quod etiam ordinantur actiones in rebus inanimatis, ſ. ad conſequendum eſſe, & conſeruandũ, tamen in viuentibus hoc fit per altiorem, & nobiliorem modũ. Corpora enim inanimata generantur & conſeruantur in eſſe à principio motiuo extrinſeco, animata vero generantur à principio intrinſeco, quod eſt in ſemine, conſeruantur vero à principio nutritiuo intrinſeco. Hoc enim videtur eſſe viuẽtium proprium, ꝙ operentur tanquam ex ſeipſis mota. Operationes autem, quæ attribuuntur rebus viuentibus, ſecundum eſſe penitus immateriale, pertinent ad partem animæ intellectiuam, quæ vero attribuuntur eis, ſecũdum eſſe medium, pertinent ad partem animæ ſenſitiuam. Et ſecundum hoc triplex eſſe diſtinguitur communiter triplex anima, ſ. vegetabilis, ſenſibilis, & rationalis. Sed quia omne eſſe, eſt ſecundum aliquã formam oportet ꝙ eſſet ſenſibile ſit ſecundum formam ſenſibilem, & eſſe intelligibile, ſecundum formam intelligibilem: ex vnaquaq; autem forma ſequitur aliqua inclinatio, & ex inclinatione operatio. ſicut ex forma naturali ignis, ſequitur inclinatio ad locum, qui eſt ſurſum, & ſecundum quam ignis dicitur leuis, & ex hac inclinatione ſequitur operatio. ſ. motus qui eſt ſurſum. Ad formam igitur tam ſenſibilem ſequitur inclinatio quædã, quę dicitur appetitus ſenſibilis, vel intellectualis, ſicut inclinatio conſequens formam naturalem, dicitur appetitus naturalis. Ex appetitu autem ſequitur operatio, quæ eſt motus localis. Hęc igitur eſt ratio, quare oportet eſſe quinq; genera potentiarum animæ quod primo quærebatur. Circa ſecundũ ſciendum eſt ꝙ ſupra Ariſt. intendens oſtendere ꝙ anima eſt principium viuendi in omnibus viuentibus, diſtinxit ipſum viuere ſecundum gradus viuentium, & non ſecundũ operationes vitæ ſecundum quas diſtinguuntur hæc genera potentiarum. Appetitiuum autem non conſtituit aliquem diuerſum gradum in viuentibus, quia omnia quæ habent ſenſum, habent appetitum, & ſic remanent tantum quatuor gradus viuentium, vt ſupra oſtenſum eſt. Deinde cum dicit.

Tres animæ quinque potẽtiarum ac operationũ genera ſortitæ, ſunt.

Diuerſitas potẽtiarum animæ ex diuerſitate operationum ſumitur.

Tex. commen. 13. Lect. 13.

Forma omnis aliquã ex ſe parat inclinationẽ, ſeu appetitum.

Appetitus triplex ſenſitiuus, intellectiuus, naturalis.

4. gradus viuẽtiũ ſunt. Sed potẽtiarum animæ genera quinque. à te. 14. ad. 17. Tex. 20. 23.

Et

Et plantis quidem nutritiuum ineſt dumtaxat. Alijs autem & idipſum, & ſenſitiuum. Quod ſi ſenſitiuum ineſt, & appetitiuum etiam ineſt. Nam appetitus cupiditas eſt, & ira, atque voluntas. Animalia vero cuncta vnum ex ſenſibus habent, tactum, in quam, ipſum, atque cui ſenſus ineſt, ei voluptas etiam & dolor ineſt, & perceptio iocundi, atque moleſti. Quibus autem hoc inſunt, ea cupiditatem etiam habent: hęc enim appetitio eſt eius, quod afficit voluptate.

Ineſt autem plantis vegetatiuum ſolum, alteris autem & hoc & ſenſitiuum ſi autem ſenſitiuum, & appetitiuũ. Appetitus enim deſiderum eſt & ira, & uoluntas. Animalia autem omnia habent vnum ſenſum tactum. Cui autem ſenſus ineſt, huic & lætitia & triſtitia, & dulce, & triſte. Quibus autem hæc, & concupiſcentia. Delectabilis enim rei appetitus eſt hæc.

Oſtendit, quomodo prædictæ potentiæ cõſequuntur ſeinuicem: manifeſtans quod ſupra dixerat, quòd potentiarum quibuſdam inſunt omnes, quibuſdam quædam, quibuſdam vna ſola. Vbi conſiderandũ eſt, quòd ad hoc quòd vniuerſum ſit perfectum, nullus gradus perfectionis in rebus intermittitur, ſed paulatim natura de imperfectis ad perfecta procedit. Propter quod etiam Ariſto. in. 8. Metaph. aſsimilat ſpecies rerum numeris, qui paulatim in augmentum proficiunt. Vnde in viuentibus quędam habent vnum tantum prędictorum, ſcilicet plantę, in quibus eſt ſolum vegetatiuum, quod neceſſe eſt in omnibus viuentibus materialibus eſſe: quia huic potentiæ attribuuntur operationes pertinentes ad eſſe materiale. Alijs autem, ſcilicet animalibus ineſt vegetatiuũ & ſenſitiuum. Si autem eſt ibi ſenſitiuum, oportet quòd adſit tertium, ſ. appetitiuũ. Quod quidem diuiditur in tria. ſ. deſiderium, quod eſt ſecundum vim concupiſcibilem; & iram, quæ eſt ſecundum vim iraſcibilem, qui duo appetitus pertinent ad partem ſenſitiuam: ſequuntur enim apprehenſionem ſenſus. Tertium aũt eſt voluntas, quod eſt appetitus intellectiuus conſequens, ſ. apprehenſionem intellectus. Quod autem appetitiuum inſit omnibus animalibus, probat duplici ratione. Quarum prima eſt, ꝙ omnia animalia habent ad minus vnum ſenſum, ſcilicet tactum, quibus autem ineſt ſenſus, ineſt lætitia & triſtitia, delectatio & dolor. Lætitia enim & triſtitia magis videntur ſequi apprehenſione interiorem. Sed delectatio, & dolor cõſequuntur apprehenſionem ſenſus, & præcipue ſenſus tactus. Et ſi eſt lætitia, & triſtitia, neceſſe eſt quòd ſit aliquid triſte, & dulce, i. delectabile & doloroſum, oportet enim omne quod ſentitur ſecũdum tactum eſſe vel conueniens, & ſic eſt delectabile: vel nociuum, & ſic eſt doloroſum. Quibuſcunq; autem ineſt aliquid delectabile & triſte, his ineſt, & concupiſcentia, quæ eſt appetitus delectabilis, ergo de primo ad vltimum, omnibus animalibus, quibus ineſt ſenſus tactus, ineſt appetitus. Secundam rationem ad idem oſtendendũ ponit ibi.

Tex. commen. 10. Lectio. 3.

Alimenti præterea ſenſum habent. Tactus enim ſenſus eſt alimenti. nam ſiccis, & humidis, & calidis, atq; frigidis aluntur viuentia cuncta. Horum autem, vt patet, ſenſus eſt tactus. cæteris vero ſenſibilibus per accidens nutriuntur. Nihil enim cõducit ad alimentum ſonus, vel color, & odor, ſapor autem vnum quid eſt eorum, quæ tactu percipiuntur. At vero fames, ſitisúe cupiditas eſt: ſicci quidem, & calidi fames frigidi vero, & humidi ſitis. At ſapor, horum quaſi quoddam eſt condimentum. Verum hæc declaranda poſterius ſunt. Nunc uſque ſit dictum, animantium, inquam, hiſce, quæ tactum habent, & appetitum ineſſe. De imaginatione vero non patet, ſed de hoc poſtea conſideremus oportet. Nonnullis inſuper & loco motiuum etiam ineſt, & alijs ratiocinatiuum, ac intellectus, vt hominibus, & ſiquid ſit aliud tale, vel etiam præſtabilius.

Quid ſit fames, & ſitis.

Adhuc autem alimenti ſenſum habent. tactus enim alimenti ſenſus. Siccis enim & humidis, & calidis & frigidis aluntur omnia viuentia: horum autem ſenſus eſt tactus, ſed alijs ſenſibilibus ſecundũ accidens aluntur. Nihil enim ad alimẽtum confert ſonus, neq; color neq; odor. Humor autem vnum aliquod eſt tangibilium, eſuries autem, & ſitis, eſt concupiſcentia: & eſuries quidem calidi & ſicci, ſitis autem frigidi & humidi, ſapor vero, vt delectamentum horum eſt. Certificandum autem de his poſterius eſt. Nunc autem in tantum dictum ſit, quòd animalibus habentibus tactum & appetitus inſit. De phantaſia autem immanifeſtum eſt, poſterius autem intendendum eſt. Quibuſdam autem adhuc ineſt, & ſecundum locum motiuum. Alteris autem, intellectiuum, & intellectus, vt hominibus, & ſi aliquod alterum huiuſmodi eſt, aut etiam honorabilius.

Text. comment. 28.

Tex. commen. 29.

Quæ talis eſt. Omnia animalia habent ſenſum, quo cognoſcunt ſuum alimentum, ſcilicet ſenſum tactus, qui eſt ſenſus alimenti. Et quia neceſſarium eſt omnibus animalibus vti alimento, vt dictum eſt, ideo neceſſariũ eſt, quòd habeant ſenſum tactus quo percipiant alimentum ſibi conueniens. Quod autem tactus ſit ſenſus alimenti, manifeſtum eſt. ſicuti enim corpora viuentia cõſtant ex calidis, & humidis, & frigidis, & ſiccis, ita ex his nutriuntur: tactus autem eſt ſenſus diſcretiuus horũ. {Sed alijs ſenſibilibus,}. i. alijs ſenſibilibus non nutriuntur viuentia, niſi ſecundum accidens, inquantũ videlicet coniunguntur tangibilibus. Sonus enim & odor, & color nihil conferunt in alimentum inquantum: huiuſmodi, ſed ſolum inquantum contingit colorata, & odorata, & ſonantia, eſſe calida, vel frigida, humida vel ſicca. humor autem, id eſt ſapor, eſt quoddã de numero trangibilium qualitatum, ſicut, & guſtus eſt quidam tactus. Sic igitur patet quod omnia animalia habent ſenſum alimenti, quibuſcunq; aũt ineſt ſenſus alimenti, his ineſt eſuries, & ſitis: quorum vtrunq; eſt concupiſcentia alimenti. eſuries quidem eſt concupiſcentia calidi, & ſicci, quod habet rationem cibi: ſitis autem frigidi & humidi, quod habet rationem potus. Sapor autem eſt quoddam horum delectamentum, ſapor enim delectabilis indicat conuenientem proportionem calidi & frigidi, humidi, & ſicci in alimento. Vnde magis pertinet ad delectationem alimenti, quàm ad neceſsitatem. Sic igitur vbicunque eſt ſenſus tactus, eſt etiam appetitus. Quomodo autem phantaſia ſe habet ad appetitiuum, & ſenſitiuũ, poſterius dicetur. Quibuſdam antem animalibus, ſupra hæc tria. ſ. vegetatiuum, ſenſitiuum, & appetitiuum, ineſt etiam motiuum ſecundum locum. Alijs vero ſupra hæc quatuor, ineſt etiam intellectiuum, & intellectus ipſe, ſcilicet hominibus, & ſi aliquod aliud genus rerũ eſt ſimile hominibus, aut etiam honorabilius hominibus, inuenitur autem aliquid honorabilius hominibus, quibus ineſt intellectus. eſt, enim in ſubſtantijs ſeparatis, & in corporibus cœleſtibus, ſi tamen ſunt animata, licet in viuentibus mortalibus non eſt aliquod genus, viuentium habentium intellectum, niſi in ſpecie humana. Cum enim intellectus nõ organum corporale, non poſſunt diuerſificari habentia intellectum ſecundum diuerſam complexionem organorum,

norum, ſicut diuerſificantur ſpecies ſenſitiuorum, ſecundum diuerſas complexiones, quibus diuerſimode ſe habent ad operationes ſenſus. Deinde cum dicit.

Perſpicuum igitur eſt, vnam animę rationem eſſe, perinde atq; figurę. Neq; enim ibi figura vlla præter triangulum eſt, & eas quæ deinceps ſunt collocatæ, neque hic anima vlla præter eas, quas diximus. At vt in figuris vna communis ratio fieri poteſt, quæ cunctis quidem figuris accommodabitur, nullius autem erit figuræ propria ratio, ſic & in animabus dictis fieri poteſt. Quapropter ridiculum eſt, & in his, & in cæteris rebus, cõmunem quærere rationem, quæ quidem nullius eorum, quæ ſunt, erit propria ratio, nec in propria cuiquam accommodabitur & indiuidua ſpecie, rationem eam omittentes diffinitionemue, quæ cuilibet hoc pacto competere, accommodarique poteſt. At vero quemadmodum in figuris, ſic & in anima fit. Nam tam in figuris quam in animantibus, in eo quod deinceps eſt collocatum, id ineſt potentia, quod illo eſt prius. In quadrato nanque, triangulus, & in ſenſitiuo vegetatiuum ineſt, vt patet.

Manifeſtum igitur eſt, quòd eodem modo vna vtique erit ratio animæ, & figuræ. Neq; enim ibi figura eſt præter triangulum, & figuras, quæ conſequenter ſunt, neque hic anima præter prædictas eſt. fiet autem vtique & in figuris ratio communis, quæ conueniet quidem omnibus, propria autem nullius erit figuræ. Similiter autem & in dictis animabus. Vnde ridiculũ eſt quærere communem rationem, & in his & in alteris, quæ nullius erit, eorum quæ ſunt propria ratio, neque ſecundum propriam & in- Tex. commen. 30. *diuiduam ſpeciem, tali definitione omiſſa. Similiter autem ſe habent ei, quod de figuris eſt, & quæ ſecundum animam ſunt. Semper enim in eo, quod eſt conſequenter, eſt in potentia quod prius eſt & in figuris, & inanimatis, vt in tetragono quidem trigonum eſt, in ſenſitiuo autem vegetatiuum.*

Oſtendit qualiter ſe habet prædicta diffinitio animæ ad partes enumeratas. Et ad huius intellectum, ſciendũ eſt quòd Plato poſuit vniuerſalia eſſe ſeparata ſecũdum eſſe, tamen in illis, quæ ſe habent conſequenter, non poſuit vnam ideam communem, ſicut in numeris, & figuris. non enim poſuit vnam ideam numeri pręter omnes numeros, ſicut poſuit vnam ideam hominis, præter omnes homines, eo quòd numerorum ſpecies naturali ordine conſequenter ſe habent. Et ſic prima earum, ſ. dualitas eſt cauſa omnium conſequentium. Vnde non oportet ponere aliquam ideam communem numeri, ad cauſandum ſpeciem numerorum. Et ſimilis ratio eſt de figuris. Nam eius ſpecies conſequenter ſe habent, ſicut & ſpecies numerorum. trigonum enim eſt ante tetragonũ, & tetragonum ante pentagonum. Dicit ergo manifeſtũ eſſe quòd eodem modo vna eſt ratio animę, ſicut vna eſt ratio figuræ. ſicuti enim inter figuras non eſt aliqua figura, quæ ſit præter triangulũ, & alias ſpecies conſequentes, vtpote quæ ſit cõmunis omnium figurarum, ita nec in propoſito eſt aliqua anima, quaſi ſeparata exiſtens præter omnes prædictas partes. Sed quamuis non ſit vna figura ſeparata ineſſe præter omnes figuras, etiam ſecundũ Platonicos, qui ponunt ſpecies communes ſeparatas, tamen inuenitur vna ratio communis, quæ conuenit omnibus figuris & non eſt propria alicuius earum, ita eſt, & in animalibus. Et ideo ridiculum eſt, quod homo quærat vnam rationem cõmunem, tam in animabus, quàm in alijs rebus, quæ non conueniat alicui animarum, quæ ſunt in rerum natura particulariter. Neq; etiam eſt conueniens, quòd homo quærat diffinitionem animæ, ſecundum vnamquanque ſpeciem animæ, & dimittat diffinitionem communem omnibus animabus. Ergo neq; diffinitio communis animæ prætermittenda fuit, neque ſic eſt aſsignanda diffinitio cõmunis animę, quòd non conueniat ſingulis animabus. Et quia dixerat, quòd eodem modo ſe habet ratio animæ, ſicut ratio figuræ, oſtendit conuenientiam inter vtrunque, & dicit ꝙ ſimiliter ſe habent figuræ, & animę adinuicem, in vtriſque enim illud quod eſt prius, eſt in potentia in eo quod eſt conſequenter. Manifeſtum eſt enim in figuris quòd trigonum, quod eſt prius, eſt potentia in tetragono. Poteſt enim tetragonum diuidi in duos trigonos. Et ſimiliter in anima ſenſitiua vegetatiuum eſt, quaſi quædam potentia eius, & quaſi anima eſſe. Et ſimiliter eſt de alijs figuris, & alijs partibus animæ.

LECTIO VI.

De animæ viribus ſingulis dicendum eſſe proponit: & incipiendum eſſe ab obiectis, ex quibus ipſi actus, & ea his potentiæ, & ipſa anima patefiunt.

Quapropter in ſingulis quærendum eſt, quænam ſit cuiuſq; anima, vt quænam ſit anima plantæ, quæ beſtiæ, quæ denique hominis.

Quare & ſecundum vnumquodque quærendum quænam ſit vniuſcuiuſque anima, aut quæ plantæ, & quæ hominis, aut beſtiæ.

Poſtquam Philoſophus enumerauit genera potentiarum animæ, & quomodo ſe habet diffinitio communis animę ſupra poſita ad partes eius, hic oſtendit quid aliud modo determinandum ſit, & quo ordine. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quid determinandum reſtat de anima. Secundo oſtendit quo ordine determinare oporteat, ibi {Neceſſarium autem eſt debentem.} Circa primum oſtendit duo reſtare ad determinandum, quorum vnum concludit ex prædictis. Dictum eſt ſu- Lect. 5. pra, ꝙ ſicut non eſt quærenda talis diffinitio communis animæ, quæ nulli animæ partium conueniat, ita non debemus eſſe contenti diffinitione communi, ſed oportet propriam diffinitionem cuiuſlibet partis animæ inquirere. & ex hoc concludit, quòd hoc, ſecundum vnumquodq; animatum quærendum eſt, quæ ſit vniuſcuiuſq; anima, vt ſcilicet ſciatur quid eſt anima plantæ, & quid anima hominis & quid anima beſtiæ, & hoc eſt ſcire de vnaquaq; parte animæ, quid ſit. Secundo ibi.

Quædã animalia ſolum tactum habent.

Quam autem ob cauſam deinceps ſic ſe habent, conſiderare oportet. Senſitiuum nanque ſine vegetatiuo non eſt. At à ſenſitiuo, vegetatiuum in plantis ſeiungitur. Rurſus ſine tactu, nullus cæterorum ſenſuum eſt. At ipſe tactus, ſine cæteris eſt. Complura nanque ſunt animalium, quæ neque viſum, neque auditum, neque ſenſum habent odoris. Et eorum rurſus, quæ ſentiunt, quædam habent loco motiuum, quædam non habent. Extrema autem, atque minima, rationem habent, & mentem. Quibus enim mortalium ineſt ratio, ijs inſunt continuo, & cætera cuncta. At quibus vnumquodque illorum ineſt, hiſce non omnibus ineſt & ratio. Sed quædam imaginatione vacant, quædam hac ſola viuunt. De intellectu vero contemplatiuo alia ratio eſt. Quæ cum ita, ſint, patet horum cuiuſque rationem animæ maxime rationem propriam eſſe.

Solus homo ex corruptibilibus ratione ac mente prȩditus eſt.

Vegetatio.

Propter quam autem cauſam conſequenter ſic ſe habent, conſiderãdum eſt. Sine enim vegetatiuo, ſenſitiuum

non

non eſt. A ſenſitiuo autem ſeparatur uegetatiuum in plantis. Iterum autem, ſine eo quod poteſt tangere, aliorũ ſenſuum nullus eſt. Tactus autem ſine alijs eſt. Multa enim

Tactus. Tex. commen. 32.

animalium, neque viſum, neque auditum habent, neque odoratus ſenſum. Et ſenſitiuorum autem, alia quidem habent ſecundum locum motiuum, alia uero non habent, vltimum autem, & minimum, rationem & intellectum, vt homo, aut huiuſmodi aliud. Quibus enim ineſt ratiocinatio, corruptibilium his & reliqua omnia. Quibus autem illorum vnumquodq; non omnibus ratiocinatio, ſed quibuſdam quidem neq; imaginatio, alia autem hac ſola viuunt. De ſpeculatiuo autem intellectu, alia ratio eſt. Quod igitur de horum vnumquodque ratio hæc propriiſſima, & de anima ſit, manifeſtum eſt.

Ponit aliud, quod reſtat ad determinandum. Dictum eſt enim ſupra, quòd partes animæ conſequenter ſe habent ad inuicem, ſicut ſpecies figuræ. Sed cõſiderandum eſt propter quam cauſam partes animæ hoc modo ſe habeant conſequenter. Huiuſmodi enim cauſam in fine libri aſsignabit. Exponit autem qualiter ſe habeant conſequenter, quia ſenſitiuum non poteſt eſſe ſine vegetatiuo, ſed vegetatiuum ſeparatur à ſenſitiuo in plantis. Nec

Lectio. 5.

eſt mirum, quia ſupra dictum eſt, quod opera vegetatiui ordinantur ad adipiſcendum, & conſeruandum eſſe naturale, quod ſubiacet.q. fundamentum. Iterum etiam conſequentia quædã inuenitur in ipſis ſenſibus, quia ſine ſenſu tactus, nullus aliorum ſenſuum eſſe poteſt, tactus autem inuenitur ſine alijs ſenſibus. Multa enim animalium, neq; viſum habent, neque auditum neque ſenſum odoratus, ſed ſolum tactum. Et hoc etiam rationabiliter accidit. Nam tactus eſt ſenſus perceptiuus eorũ, quæ pertinent ad conſiſtentiã animalis, ex quibus, ſcilicet animal conſtat, & nutritur. Alia vero ſenſibilia non conferunt, ad hoc niſi per accidens. Vnde alij ſenſus non ſunt de neceſsitate animalis, & propter hoc non inueniuntur in omnibus animalibus, ſed in perfectis. Eſt etiam conſideranda conſequentia ſenſitiui, & motiui. Nam motiuum non poteſt eſſe ſine ſenſitiuo, aliqua enim habentium ſenſum, habent etiam motum ſecundum locũ, ſed aliqua non habent. Sed intelligendum eſt de motu progreſsiuo animalium, ſecundum quòd animalia mouentur de loco ad locum. Hic enim motus non ineſt omnibus animalibus. Sed quæ carent hoc motu, habent aliquem motum localem, ſcilicet dilationis & conſtrictionis, ſicut apparet in oſtreis. Illud autem, quod eſt vltimũ inter omnes partes animæ & minimum, quia non diuiditur in diuerſa ſecundum ſpeciem eſt quod habet rationem & intellectum, quia quibuſcunque de numero corruptibilium ineſt ratio, his inſunt & omnia alia prædicta. Hoc autem dicit, vt præſeruet ſe à ſubſtantijs ſeparatis, & à corporibus cæleſtibus, ſi ſunt animata. quia cũ ſint ſine generatione & corruptione, non indigent vegetatiuo. Iterum, eorum intellectus per ſe ſpeculatur ea, quæ ſunt ſecundũ ſe intelligibilia, vnde non indigent ſenſibus ad cognitionem intellectiuam cõſequendam. Sed in mortalibus habentibus intellectum, neceſſe eſt omnia alia præexiſtere, ſicut quædam inſtrumenta & præparatoria ad intellectum, qui eſt vltima perfectio intenta in operatione naturæ. Non autem omnibus quibus ineſt aliquod prædictorum, ineſt & ratio. Et quia imaginatio videtur habere quandam affinitatem ad intellectum, cum ſupra dictum ſit, quòd intellectus vel eſt phantaſia quædam, vel non ſine phantaſia, addit de imaginatione, & dicit quòd quibuſdam animalibus non ſolũ non ineſt intellectus, ſed nec etiam imaginatio. Videtur tamen hoc eſſe contrarium ei, quod ſupra dixerat, quia ſi pars deciſa habet ſenſum & appetitum, habet etiam phantaſiam, ſi tamen phantaſia eſt idem cum imaginatione vt videtur. Dicendum eſt igitur, quòd animalia imperfecta (vt in tertio dicetur) habent quidem phantaſiam, ſed indeterminatam, quia, ſcilicet motus phantaſiæ non remanet in eis poſt apprehenſionem ſenſus, in animalibus autem perfectis remanet motus phantaſię, etiam abeuntibus ſenſibilibus. Et ſecundum hoc, dicitur hic quòd imaginatio non eſt eadẽ omnibus animalibus. Sed quędam animalia ſunt, quæ hac ſola viuunt, carentia, ſ. intellectu, & directa in ſuis operationibus per imaginationẽ, ſicut nos dirigimur per intellectum. Et licet non omnibus animalibus inſit imaginatio, ſicut nec intellectus, tamen de intellectu ſpeculatiuo eſt alia ratio, quàm de imaginatione. Differunt enim adinuicem, vt infra patebit. Manifeſtum eſt igitur quòd de vnaquaque parte animæ propriiſsime dicitur hæc diffinitio, quæ aſsignata eſt de anima. Deinde cum dicit.

Dub. ad hominem. Lectio. 4. Lectio 5. Tex. commen. 156. Libro. 3. Tex. commen 157.

Neceſſe eſt autem eum, qui de hiſce conſiderationem facturus eſt, quidnam ſit vnumquodque ipſorum accipere: denique quærere, perſcrutarique de hiſce quæ ſequuntur, ac comitantur.

Tex. commen. 33.

Neceſſarium autem eſt, debentem de his perſcrutationem facere, accipere vnumquodque eorum quid eſt, poſtea ſic de habitis & de alijs inueſtigare.

Oſtendit quo ordine determinãdum ſit de partibus animæ. Aſsignat ordinem, quantũ ad duo. Primo quantum ad hoc, quòd ille, qui debet de partibus animæ perſcrutari, primo debet accipere vnumquodque horum, quid eſt: & poſtea debet conſiderare de habitis, i. conſequentibus partibus, & de alijs, quæ ſunt cõſideranda circa partes animæ, & circa ipſa animata, ſicut de organis & de alijs huiuſmodi. Et iſte ordo neceſſarius eſt, quia ſi ſimul de omnibus determinaretur, eſſet confuſa doctrina.

Secundum tangit ibi.

Quod ſi dicere oporteat, quid vnumquodq; ipſorum ſit, vt quid ſit intellectiuum, vel ſenſitiuum, vel nutritiuum, antea dicendum eſt, quidnam ſit intelligere, quid ſentire. Nam operationes, actiones ſuæ potentijs viribusq; priores ſunt ratione, Quod ſi ita ſit, atq; prius etiam obiecta, quam iſta contemplari oporteat primum profecto de illis propter eandem cauſam, vt de alimento, de ſenſibili, de intelligibili determinare oportet.

Si autem oportet dicere, quid vnumquodque ipſorum vt quid intellectiuum, aut vegetatiuum, prius adhuc dicendum, quid ſit intelligere, & quid ſentire. Priores enim potentijs, actus & operationes, & ſecundum rationem ſunt. Si autem ſic, adhuc his priora oppoſita oportet conſiderare, de illis primum vtique oportebit determinare, propter eandem cauſam, vt de alimento, & ſenſibili, & intelligibili.

Dicens, quod ſi oportet de aliqua parte animæ dicere quid eſt, ſcilicet quid eſt intellectiuũ, aut ſenſitiuum, aut vegetatiuũ, prius oportet dicere de actibus, ſcilicet quid ſit intelligere, & quid ſentire. Et hoc ideo, quia ſecũdũ rationem diffinitiuam, actus & operationes ſunt priores potentijs. Potentia enim ſecũdum hoc ipſum, quod eſt, importat habitudinem quandam ad actum. eſt enim principium quoddam agendi vel patiendi. vnde opor-

tet quod actus ponantur indiffinitionibus potentiarum. Et ſi ita ſe habet circa ordinem actus & potẽtiæ, & actibus adhuc ſunt priora oppoſita, i. obiecta: Species enim actuum & operationum, ſumuntur ſecundum ordinem ad obiecta. Omnis enim animæ operatio, vel eſt actus potentiæ actiuæ, vel paſsiuæ. Obiecta quidem potentiarum paſsiuarum comparantur ad operationes earum, vt actiua, quia reducunt potentias in actum, ſicut viſibile, viſum, & omne ſenſibile, ſenſum. Obiecta vero potentiarum actiuarum comparãtur ad operationes ipſarum, vt fines. Obiecta enim potẽtiarum actiuarum, ſunt operata ipſarum. Manifeſtum eſt autem, quod in quibuſcunq;, præter operationes ſunt aliqua operata, quod operata ſunt fines operationum, vt dicitur in primo. Ethic. ſicut domus, quæ ædificatur, eſt finis ædificationis. Manifeſtum eſt igitur, quod omne obiectũ comparatur ad

Lect. 1. operationem animæ, vel vt actiuum, vel vt finis. Ex vtroque autem ſpecificatur operatio. Manifeſtum eſt enim quod diuerſa actiua ſecundũ ſpeciem, habent operationes ſpecie differentes, ſicut calefactio eſt à calore, & infrigidatio à frigore. Similiter etiam ex termino & fine ſpecificatur operatio, ſicut ſanatio & ægrotatio differunt ſpecie, ſecundum differẽtiam ſanitatis & ægritudinis. Sic igitur obiecta ſunt priora operationibus animæ in via diffiniendi. Vnde & prius oportebit determinare de obiectis, quàm de actibus, propter eandem cauſam propter quàm & de actibus prius determinaſ quàm de potentijs. Obiecta autem ſunt, ſicut alimentum reſpectu vegetatiui, & ſenſibile reſpectu ſenſus, & intelligibile reſpectu intellectus. Sed ſciendum eſt, quod ex obiectis diuerſis nõ diuerſificantur actus & potentię animæ, niſi quando fuerit differentia obiectorum inquantum ſunt obiecta, id eſt ſecundum rationem formalem obiecti, ſicut viſibile ab audibili. Si autem ſeruetur eadem ratio obiecti, quæcunque alia diuerſitas non inducit diuerſitatem actuum ſecundum ſpeciem, & potentiæ. Eiuſdem enim potentiæ eſt videre hominem coloratum & lapidem coloratum, quia hęc diuerſitas, per accidens ſe habet in obiecto, inquantum eſt obiectum.

Obiecta formaliter actus ſpecificant & diſtinguunt.

Sciendum eſt etiam, quod intellectus noſter poſsibilis eſt in potentia tantum, in ordine intelligibilium: fit autem actu per formam à phantaſmatibus abſtractam: nihil autem cognoſcitur, niſi ſecundum quod eſt actu: vnde intellectus poſsibilis noſter cognoſcit ſeipſum per ſpeciem intelligibilem, vt in tertio habetur, non autem intuendo eſſentiam ſuã directe. Et ideo oportet, quod

Lectio. 8. Tex. commen. 1. in cognitionem animæ procedamus ab his, quæ ſunt magis extrinſeca, à quibus abſtrahuntur ſpecies intelligibiles, per quas intellectus intelligit ſeipſum, vt ſcilicet per obiecta cognoſcamus actus, & per actus potentias, & per potentias, eſſentiam animæ. Si autem directe eſſentiam ſuam cognoſceret anima per ſeipſam, eſſet contrarius ordo ſeruandus in animæ cognitione, quia quanto aliquid eſſet propinquius eſſentiæ animę, tanto prius cognoſceretur ab ea.

LECTIO VII.

De ipſo alimento, ac generatione, quæ ad vegetatiuam animæ partem vt obiectum, & opus ſpectant: dicendum eſſe oſtendit: hinc probat animam ipſam omnium viuentium cauſam eſſe in triplici cauſarum genere, videlicet, formæ, finis, & efficientis.

De potentia vegetatiua.

QVare de alimento, de generationeue primo dicendum eſſe videtur. Nutritiua nanque anima cæteris ineſt, & prima eſt: & maxime communis animæ vis, & potentia, quæ cuncta viuentia viuunt, cuius ſunt operationes, officiaúe, generare, nutrimentoque vti.

Tex. commen. 34. *Quare primum de alimento, & generatione dicendum eſt. Vegetatiua enim anima, & alijs ineſt, & prima: & maxime communis potentia eſt animę, ſecundum quam ineſt viuere omnibus, cuius ſunt opera, generare, & alimento vti.*

Poſtquam Philoſophus diſtinxit potentias animę abinuicem & oſtendit quid & quo ordine de eis tractandũ ſit, hic ſecundum prætaxatum ordinem de eis determinat. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de ſingulis partibus animæ, quid ſit vnaquæque. In ſecunda aſsignat cauſam, quare talem conſequentiam habent adinuicem. ibi. {Vegetabilem igitur habent animam, &c. in penultimo capitulo libri.} Prima diuiditur in partes quatuor. In prima determinat de vegetatiuo. In ſecunda de ſenſitiuo. ibi. {Determinatis autem his dicamus communiter de omni ſenſu, &c.} In tertia de intellectiuo. ibi. {De parte autem animæ, qua cognoſcit, &c.} In quarta de motiuo ſecundum locum ibi. {De mouente autem, quòd forte animæ ſit, &c.} De appetitiuo autem non facit ſpecialem tractatum, quia appetitiuum non conſtituit aliquem ſpecialem gradum viuentium, & quia ſimul cum motiuo de eo determinatur in 3. Prima autem pars diuiditur in duas. In prima præmittit quædam, quæ ſunt neceſſaria ad cognitionem partis vegetatiuæ. In ſecunda determinat de parte vegetatiua ibi. {Quoniam autem eadem potentia animæ vegetatiuæ & generatiuæ, &c.} Prima diuiditur in duas. In prima dicit de quo eſt intentio. In ſecunda manifeſtat quędam quæ præexiguntur ad cognitionem partis vegetatiuæ. ibi. {Naturaliſsimum enim operum, &c.} Concludit ergo primo ex prędictis, quòd cum dicendum ſit primo de obiectis & actibus, quàm de potentijs, & primo de prima potentia, quàm de conſequentibus: ſequitur, quòd primo dicendum eſt de alimẽto, quod eſt obiectum animæ vegetatiuæ, & de generatione, quæ eſt actus eius. Ideo primo dicendum eſt de obiecto, & actu huiuſmodi partis, quam aliarum. quia iſta pars eſt prima inter alias partes animæ in ſubiectis, in quibus inuenitur cum alijs. eſt enim quaſi fundamentum aliarum, ſicut eſſe naturale ad quod pertinent operationes eius, eſt fundamentum eſſe ſenſibilis & intelligibilis. Et alia ratio eſt, quare prius de ea dicendum eſt, quia ipſa eſt communis omnibus viuentibus. ipſa enim ſeparatur ab alijs, ſed aliæ non ſeparantur ab ea, & de communibus prius eſt agendum. Huiuſmodi autem partis opera ſunt, generare, & alimento vti, & ideo de iſtis primo agendum eſt. Deinde cum dicit.

Hæc enim operatio, maxima omnium operationum, viuentibus eſt naturalis: viuentibus, inquam, hiſce, quæ ſunt perfecta, non membris capta, quæque non ſine ſemine oriuntur, vnumquodq;, inquam, aliud ſibi ſimile procreare: animal quidem animal, planta autem plantam, vt ſint ſemper hoc pacto, conditionemq; ſubeant, quoad poſſunt, diuinam. Id enim ipſum appetunt vniuerſa, gratiaq; ipſius omnia agunt, quæcunque ſecundum naturam agunt. Duplex eſt autem id, cauſa cuius cætera fiunt, atque vnum eſt quod, alterum quo. Cum igitur ſemper eſſe conditionemque diuinam ſubire continuatione nequeant animantia, quia fieri nequit, vt caducorum atque mortalium quicquam, idem vnumquodq; numero ſemper permanet,

vt vnum-

vt vnumquodque poteſt, ſic æternitatis, conditioniſque diuinæ particeps eſt, aliud quidem magis, aliud autem minus. Permanetq; non ipſum, ſed tale, quale eſt ipſum, numero quidem non vnum, ſpecie autem vnum.

Tex.comment.35.

Naturaliſſimum enim operum viuentibus, quæcunq; perfecta, & non orbata, aut generationem ſpontaneam habent, facere alterum quale ipſum: animal quidem animal, planta autem plantam, quatenus ipſo ſemper, & diuino eſſe, & immortali participent, ſecundum quòd poſſunt. Omnia illud appetunt, & illius cauſa agunt omnia, quæcunque agunt, ſecundum naturam. Id autem, cuius cauſa ſit aliquid, dupliciter eſt, hoc quidem cuius illud vero quo. Quoniam igitur communicare non poſſunt ipſo ſemper, & diuino, continuatione, propterea quod nihil contingit corruptibilium idem & vnum numero permanere, ſecundum quòd poteſt participare vnumquodque, ſic communicat, hoc quidem magis, illud vero minus. Et permanet, non idem, ſed numero quidem non vnum, ſpecie autem vnum.

Quapropter ſemen animalium & plantarũ propriũ ac naturale generationis inſtrumentũ eſt.

Determinat quædam quæ præexiguntur ad cognitionem partis vegetatiuæ. Et diuiditur in duas partes. In prima oſtendit, quòd generare pertinet ad partem vegetatiuam, quod ideo neceſſarium fuit, quia ſupra huic pati non attribuit generationem, ſed ſolum augmentũ & decrementum. In ſecunda oſtendit quòd opera potentiæ vegetatiuæ ſint ab anima, quod ideo neceſſariũ fuit, quia cum his operibus deſeruiant qualitates actiuæ vel paſsiuæ, poſſet alicui videri quòd eſſent à natura, & non ab anima, & præcipuæ quia in plantis eſt vita occulta & latens, & hoc ibi. {Eſt aũt anima viuentis corporis, &c.} Primum oſtendit tali ratione. Omnis operatio, quæ naturaliter inuenitur in omnibus viuentibus, pertinet ad potentiam vegetatiuam, ſecundum quam primo viuere ineſt omnibus, vt dictum eſt: ſed generare naturaliter ineſt omnibus viuentibus: ergo pertinet ad potentiam vegetatiuam. Dicit ergo, quòd ideo generare eſt opus animæ vegetatiuæ, quia inter alia opera eſt magis naturale omnibus viuentibus. Et dicitur naturaliſsimũ, quia in hoc conuenit etiam cũ alijs rebus inanimatis, quæ generationem habent, licet alio modo. habent enim inanimata generationem ab extrinſeco generante, ſed viuentia à principio intrinſeco, inquantum generantur ex ſemine quod proficit in rem viuam. Sed ab iſta generalitate viuentium excipiuntur tria, quibus hoc opus non competit. Primo illa, quæ ſunt imperfecta, ſicut pueri non generant. Quod enim poteſt alterum facere tale quale ipſum eſt, in vnoquoq; genere, perfectum eſt. Secundo excipit illa, quæ patiuntur aliquem defectum alicuius principij naturalis, ſicut ſunt ſpadones & frigidi. Tertio animalia & plantæ, quæ generantur ſine ſemine ex putrefactione. In his enim, propter ſui imperfectionem ſufficit ad eorum productionem, agens vniuerſale, ſcilicet virtus corporis cœleſtis & materia diſpoſita. In animalibus autem perfectis plura requirũtur principia, non enim agens vniuerſale ſufficit, ſed requiritur agens

4.Metaph. Tex.commen. 19.

proprium vniuocum. Dicit ergo, quòd viuentia poſſunt facere alterum, quale ipſa ſunt {quæcunque ſunt perfecta} ad excludendum pueros: {& non orbata.} ad excludendum eunuchos, & habentes ſimiles defectus: {aut quæcunque non habent generationem ſpontaneam.} ad excludendum ea, quæ generantur ex putrefactione, quæ dicuntur quaſi ſponte naſci, quia producuntur ex terra ſine ſemine, per illam ſimilitudinem, qua dicitur, aliquis ſponte facere illud, ad quod ab extrinſeco nõ inducitur. Sic autem intelligitur, quòd res viua facit alterum, quale ipſum eſt, quia animal facit animal, & planta plantam. Et vlterius ſecundum ſpeciem tale animal facit tale animal, vt homo generat hominem & oliua oliuam. Ideo autem eſt naturale viuentibus facere alterum tale, quale ipſum eſt, {vt ſemper participent, ſecundum quòd poſſunt, diuino & immortali,} id eſt vt aſsimilentur ei ſecundum poſſe. Conſiderandum eſt enim, quòd ſicut ſunt diuerſi gradus perfectionis in aliquo vno & eodem, quod exit de potentia in actũ, ita etiam ſunt diuerſi gradus perfectionis in diuerſis entibus. vnde quanto aliquid fuerit magis perfectum, tanto perfectioribus magis aſsimilatur. Sicut igitur vnumquodque quando fuerit exiens de potentia in actum, cum fuerit in potentia, ordinatur ad actum, & appetit ipſum naturaliter, & cum fuerit in actu minus perfecto deſiderat actum perfectiorem, ita vnumquodque, quod eſt in inferiori gradu rerum, deſiderat aſsimilari ſuperioribus, quantum poteſt. Et hoc eſt quod ſubiungit, quòd {omnia appetunt illud,} .ſ. aſsimilari diuino & immortali. {& illius cauſa agunt, quæcunq; naturaliter agunt.} Sed intelligendum eſt, quòd id, cuius cauſa agitur, dicitur dupliciter. Vno modo id cuius cauſa agitur directe, ſicut ſanitatis cauſa agit medicus. Alio modo ſicut quo. Quod poteſt intelligi dupliciter. vno modo vt intelligamus quòd ſi vis, dicitur & ſubiectum habens id cuius cauſa agitur, vt ſi dicamus quòd finis medicinæ eſt, nõ tantum ſanitas, ſed etiam corpus habens ſanitatem. Alio modo vt dicamus quòd finis eſt, nõ tantum principale intentum, ſed etiam illud, quo illud adipiſcimur, vt ſi dicamus quod finis medicinæ eſt calefcere corpus, quia à calore habetur æqualitas complexionis, quæ eſt ſanitas. Sic igitur & hic poteſt dici, quod ipſum eſſe perpetuũ eſt id cuius cauſa agitur, vel res habens perpetuitatem, cui naturalia intendunt aſsimilari per generationem, in quo, ſcilicet eſt perpetuitas, vel etiam ipſa generatio, qua perpetuitatem adipiſcuntur. Quia igitur nõ poſſunt communicare inferiora viuentia ipſi eſſe ſempiterno & diuino, per modum continuationis, id eſt vt maneant eadem numero, propter hoc quòd nihil corruptibilium contigit vnum & idem numero permanere ſemper, cum neceſsitas corruptionis ſit neceſsitas abſoluta, vtpote proueniens ex ipſa materia, non ex fine, ſequitur quòd vnumquodque communicet perpetuitate. ſecundum quòd poteſt, hoc quidem magis, quod eſt diuturnius: illud vero minus, quod eſt minus diuturnum, & tamen permanet ſemper per generationem, non idem ſimpliciter. {ſed vt idem,} id eſt in ſimili ſecundum ſpeciem. Vnde exponens quod dixerat, ſubdit quòd nõ permanet vnum numero, quod eſt eſſe vnum ſimpliciter, ſed permanet idem ſpecie, quia vnumquodque generat ſibi ſimile ſecundum ſpeciem.

Deinde cum dicit.

Eſt autem anima, corporis cauſa, principiumque viuentis. Atqui cum multifariam hæc dicantur, anima pari modo tribus determinatis modis cauſa eſt. Nam eſt cauſa, à qua profluit motu: eſt etiam gratia cuius cætera fiunt: eſt inſuper vt forma corporum animatorum, ſubſtantiaue.

Eſt autem anima, viuentis corporis cauſa & principium. Hæc autem multipliciter dicuntur. Attamen anima ſecundum determinatos modos tres, cauſa dicitur. Etenim vnde motus, & cuius cauſa, & ſicut ſubſtantia animatorum corporum, anima eſt cauſa. Tex.commen.36.

Oſtendit ꝙ opera, quæ attribuuntur potentiæ vegetiuę, ſunt ab anima. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit veritatem. Secundo excludit errorem. ibi. {Empedocles autem non bene dixit, &c.} Circa primnm duo facit. Primo proponit quod intendit, & dicit, quòd anima eſt principium & canſa viuentis corporis. Et cũ principium & cauſa dicatur multipliciter, anima dicitur tribus modis principium & cauſa viuentis corporis. Vno modo, ſicut vnde eſt principium motus. Alio modo, ſicut cuius cauſa.i. finis. Tertio, ſicut ſubſtantia, id eſt forma corporum animatorum. Secundo ibi.

Atque cauſam, vt ſubſtantiam, animantium eſſe, non eſt obſcurum, Cauſam nanq; cunctis vt ſint, formam ipſam atque ſubſtantiam eſſe patet. At viuere viuentium eſt eſſe, cuius ſane cauſa eſt (vt conſtat,) atque principium, anima.

Tex. commen. 37. *Quod igitur ſit ſicut ſubſtantia, manifeſtnm eſt. Cauſa enim ipſius eſſe, omnibus ſubſtantia eſt. Viuere autem viuentibus eſſe eſt. Cauſa aũt & principium horum, anima.*

Viuere eſt viuentium eſſe. Probat quod ſuppoſuerat. Et primo ꝙ anima ſit cauſa viuẽtis corporis, vt forma, & hoc duplici ratione, quarnm prima talis eſt. Illud eſt cauſa alicuius, vt ſubſtantia, i. vt forma, quod eſt cauſa eſſendi. Nam per formam vnumquodque eſt actu. Sed anima viuentibus eſt cauſa eſſendi, per animam enim viuunt, & ipſum viuere eſt eſſe eorum: ergo anima eſt cauſa viuentis corporis vt forma. Secundam rationem ponit ibi.

Præterea, actus eius quod eſt potentia, ratio eſt eiuſdem, vt anima viuentis eſt corporis actus.

Tex. commen. 6. *Amplius autẽ eius quod eſt in potentia, ratio actus eſt.*

Quæ talis eſt. Id, quod eſt actus alicuius, eſt ratio & forma eius, quod eſt potentia: ſed anima eſt actus corporis viuentis, vt ex ſuperioribus patet: ergo anima eſt ratio & forma viuentis corporis. Secundo ibi.

Anima eſt finis corporum naturalium. *Patet etiam animam eſſe cauſam, vt id, gratia cuius cætera fiunt. Nam vt mens, ſic & natura alicuius gratia facit: quod quidem ipſius eſt finis, atque tale eſt in ipſis viuentibns, anima, ſecundũ naturam. Vniuerſa nanq; naturalia corpora, tam animalium, quam etiam plantarum, ipſius animæ ſunt inſtrumenta. Quo fit, vt ipſa ſint animæ, ſine controuerſia, gratia. Duplex eſt autem id (vti diximus) cauſa cuius cætera fiunt, atque vnum eſt quod, alterum quo.*

Supra tex 31. *Manifeſtum autẽ eſt, quod & cuius gratia anima cauſa eſt. Sicut enim intellectus, gratia huius facit, eodem modo & natura, & hoc eſt ipſius finis. Tale eſt autem in animalibus anima ſecundum naturam. Omnia enim phyſica corpora, animæ inſtrumẽta ſunt, ſicut animalium, ſic & plantarnm, tanquam gratia animæ exiſtentia. Dupliciter autem dicitur cuius gratia id, & cuius, & quo.*

Oſtendit quòd anima eſt cauſa, vt finis, & ꝙ ſit cauſa, vt finis viuentium corporũ, ſic oſtendit. Sicut enim intellectus operatur propter finem, ita & natura vt probatur in. 2. Phyſic. Sed intellectus in his, quæ fiunt per ar-
Tex. comment. 79. tem, materiam ordinat & diſponit propter formam, ergo & natura. Cum igitur anima ſit forma viuentis corporis, ſequitur ꝙ ſit finis eius. Et vlterius non ſolum anima eſt finis viuentinm corporũ, ſed etiam omnium naturalium corporũ in iſtis inferioribus, quod ſic probat. Videmus enim quod omnia naturalia corpora ſunt quaſi inſtrumenta animæ, non ſolum in animalibus, ſed etiã in plantis. Videmus enim quod homines viuntur ad ſui vtilitatẽ animalibus & rebus inanimatis, animalia vt rò plantis, & rebus inanimatis, plantæ autem rebus inanimatis, inquantum, ſ. alimentum & iuuamentũ ab eis accipiunt. Secundum autem quod agitur vnumquodque in rerum natura, ita natum eſt agi. Vnde videtur quod omnia corpora inanimata, ſint inſtrumenta animatorum, & ſint propter ipſa. Et etiam animata minus perfecta, ſint propter animata magis perfecta. Et conſequenter diſtinguit id cuius cauſa eſt, ſicut & ſupra. Tertio ibi.

At vero conſtat animam id etiam eſſe, vnde primum motus ad locum accommodatus emergit. verum hæc vis non vniuerſis ineſt viuentibus. Fit etiam per animam & alteratio & accretio, ſenſus enim alteratio quædam eſſe videtur, ſentitq; nihil, quod non habeat animam. eadem eſt & de accretione decretioneue ratio. Nihil enim incrementa naturaliter decrementaue ſuſcipit, quod non nutritur, & nihil prorſus nutritur, quod nõ vitæ particeps ſit. Anima eſt cum efficiẽs omniũ motuum, quæ in animantibus fuerit.

Tex. commen. 38. *At vero & vnde principium, qui ſecũdum locum motus, anima eſt, non omnibus autem viuentibus ineſt potentia hæc. Eſt autem & alteratio & augmentum ſecundũ animam. Senſus enim quędã alteratio eſſe videtur. Nihil autem ſentit, quod non habet animam. Similiter autem & de augmento & decremento ſe habet: nihil enim decrementum patitur, neq; augmentum phyſice, niſi alatur, alitur autem nihil, quod non communicet vita.*

Oſtendit quod anima eſt principium mobilis corporis, ſicut vnde motus, & vtitur quaſi tali ratione. Omnis forma corporis naturalis eſt principium motus proprij illius corporis, ſicut forma ignis eſt principium motus eius. Sed quidam motus ſunt proprij rebus viuentibus, ſcilicet motus localis, quo animalia mouent ſeipſa, motu proceſsiuo ſecundum locum, licet hoc nõ inſit omnibus viuentibus, & ſimiliter ſentire eſt alteratio quædam, & hoc nõ ineſt niſi habentibus animam. Item motus augmenti & decrementi non ineſt, niſi illis, quæ aluntur, & nihil alitur, niſi habens animam. ergo oportet quod anima ſit principium omnium iſtorum motuum.

LECTIO VIII.

Duas minus recte philoſophantium ſententias refellit, vnam qua Empedocles viuentium augmentum, decrementumq́; terræ ac igni attribuebat, alteram, qua tantum igni, hoc ipſum, non autem animæ, attribuendum, vt par erat, exiſtimabat.

Empedo. opinio. *ATque in hac parte, ſententia Empedo. eſt poſt habenda, qui quidem hoc nõ recte dixit. hoc addens, ideo incrementa plantas ſuſcipere, tnm in radicibus infra, tnm in ramis etiam ſnpra, quia terra deorſum, ſuapte natura, & ignis ſurſum identidem pergit.*

Empedocles autem non bene dixit hic, addens augmentum accidere plantis, deorſum quidem radicem mittentibus, propterea quod terra ſic fertur ſecundum natnram, ſurſum autem propter ignem ſimiliter.

Superius oſtendit Philoſophus, quod opera, quæ attribuuntur potentiæ vegetatiuæ, ſunt ab anima. Nunc excludit quoſdam errores, contra determinatam veritatem. Et diuiditur in partes duas ſecũdum duos errores, quos remouet. ſecunda pars incipit. ibi. {Videtur autem quibuſdam} Circa primnm duo facit. Primo ponit errorem. Secundo improbat ipſum. ibi. {Neque enim ſurſum & deorſum.} Sciendum eſt igitur circa primum, quod ſicut Emped. alias vtilitates, quæ in rebus viuentibus proueniunt, non dixit procedere ex intentione naturæ, ſed ex neceſsitate materiæ, puta quòd pedes animalium ſic ſunt diſpoſiti, non vt ſint vtiles ad greſſum,

ſed

ſed quia ſic contigit materiam diſpoſitam fuiſſe circa pedes, ita etiam & augmentum viuentium nõ attribuit animæ, ſed motui grauium & leuium. Videbat enim ꝙ viuentia augentur in diuerſas partes puta ſurſum & deorſum, quod apparet manifeſte in plantis, quæ radices in deorſum mittunt, & rami in ſurſum eleuantur. Dicebat igitur ꝙ augmẽtum plantarum in deorſum, cauſatur ex motu terræ, quæ eſt in compoſitione plantæ, & naturaliter deorſum fertur, propter ſui grauitatem. Augmentum autem in ſurſum cauſatur ex motu ignis, qui propter ſui leuitatem naturaliter ſurſum fertur. Deinde cum dicit.

Primum nanque non recte accipit in plantis differentias dictas, infra inquam ac ſupra. Non enim eadem ſunt omnium rerum, & vniuerſi, ſupra & infra, ſed quam habet rationem in animalibus caput, eam ſubeunt in plantis radices, ſi inſtrumenta diuerſa, vel eadem operationibus, officijsue dicere aſſerereque oportet.

Neq; enim ſurſum & deorſum bene accipit. Non.n. idẽ omnibus ſurſum & deorſum, & omni, ſed ſicut caput animalium, ſic radices plantarũ ſunt, ſi congruit, inſtrumenta dicere altera & eadem, operibus. Nam quę ad idẽ opus accommodantur, eadem inſtrumẽta eſſe iudicamus.

Differẽtiæ ſitus diſtinguuntur diuerſimode in diuerſis.

Reprobat prædictam opinionem dupliciter. Et primo quidem per hoc ꝙ non bene accipit ſurſum & deorſum. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod ſurſum, & deorſum, & aliæ poſitionum differentiæ, ſ. ante & retro, dextrum & ſiniſtrum in quibuſdã quidem diſtinguuntur ſecundum naturam, in quibuſdam vero ſolum poſitione quo ad nos. In quibus enim ſunt determinatæ partes, quæ ſunt naturaliter principia aliquorum motuum, in his diſtinguuntur prędictæ poſitionum differentiæ ſecundum naturam. ſicut in vniuerſo, ad cuius mediũ naturaliter feruntur grauia, ad circunferentiã feruntur naturaliter leuia. Vnde in vniuerſo ſurſum & deorſum naturaliter diſtinguũtur. Et ſurſum dicitur locus, ad quem feruntur leuia: & deorſum ſiue medium, ad quem feruntur naturaliter grauia. In viuentibus etiam & mortalibus, ſecundum motum augmenti & decrementi, determinantur ſurſum & deorſum. Nam ſurſum dicitur illa pars, vnde viuentia alimentum accipiunt, deorſum autẽ pars oppoſita, vnde ſuperfluitates emittuntur. Ante vero & retro determinatur in quibuſdã animalibus, vel viuentibus ſecundũ ſenſum: dextrum & ſiniſtrum ſecundum motum localem. In his vero, in quibus non eſt aliqua determinata pars, principium aut terminus alicuius motus, in eis non determinantur poſitionum differentię ſecundum naturam, ſed ſolum poſitione quo ad nos, ſicut in rebus inanimatis. Vnde eadẽ columna dicitur ſiniſtra & dextra, ſecundũ quod eſt homini dextra vel ſiniſtra. In quibuſdam autem viuentium, in quibus determinatur ſurſum & deorſum ſecundum naturam, eodem modo determinantur ſicut in vniuerſo, vt in homine, cuius ſuperior pars, i. caput eſt verſus ſurſum vniuerſi, inferior autem eſt verſus deorſum ipſius. In plantis autem eſt econuerſo. nam radices plantarum ſunt proportionabile capiti, ad eundem enim actum ordinantur. nam ſicut animalia cibũ accipiunt ore, quod eſt in capite, ita plantæ radicibus. Inſtrumẽta autem dicuntur eadem & altera, ſiue ſimilia & diſſimilia, ex operibus, quæ ſunt fines eorum. vnde radices plantarum ſunt ſimiles capitibus animaliũ, & tamen ſunt verſus deorſum. Vnde modo contrario ſe habet ſurſum & deorſum in plantis, & in vniuerſo. In brutis autem animalibus nõ eodem modo

Senſum deorſum in toto orbe.

Surſum & deorſum in animãtibus.

Ante, & retro.

Dextrũ ac ſiniſtrum.

Surſum & deorſum in homine.

In plantis.

ſe habet, quia eorum capita non ſe habent verſus ſurſum vniuerſi, neq; deorſum ipſius. Hoc eſt ergo quod dicit, quod ſurſum & deorſum non eſt idem omnibus, ſ. viuentibus, & omni, i. vniuerſo. Sed Empe. ſic accipit ſurſum & deorſum, ac ſi eodem modo eſſet in omnibus viuentibus & in vniuerſo. Si enim motus augmenti, ſecundum quem determinatur ſurſum & deorſum in viuentibus, ſit ſecundum motum grauium & leuium ſecundũ quem determinatur ſurſum & deorſum in vniuerſo, ſequetur quod eodem modo ſit ſurſum & deorſum in omnibus viuentibus, & in vniuerſo. Et ideo etiam ipſe in plantis augmentum radicum dicit eſſe deorſum. Secundo ibi.

Deinde quod eſt, quod continet terram, ignemúe, quæ quidem in contraria loca feruntur, Diſtrahent enim profecto niſi aliquid ſit, quod ipſa probibeat, atque detineat. Quod ſi ſit aliquid, id eſt profecto anima ipſa. Quo ſit, vt ipſa ſit augendi cauſa, nutriendiúe, non elementa, quemadmodum ille putabat.

Adhuc autem, quod eſt continens ea quæ in contraria feruntur, ignem & terram. Diſtrabentur enim, niſi aliquid ſit prohibens. Si vero erit, hoc eſt anima, & cauſa augmenti et alimenti. Text. commen. 39.

Reprobat prędictam poſitionem alio modo. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod, cũ elementa non ſint actu in mixto, ſed in virtute, non habet elementum ſeorſum proprium motum, ſed totũ mixtum mouetur motu elementi prædominantis in ipſo. Si autem quodlibet elementum haberet proprium motum, vt Empe. ponere videbatur, cum naturalis motus elementorũ ſit ad contraria loca, ſequeretur, quod totaliter abinuicem ſepararentur, niſi eſſet aliquid cõtinens elementa, quod non ſineret totaliter abſcedere elementa abinuicem. Illud autem, quod continet elementa, ne totaliter abinuicem ſegregẽtur maxime videtur eſſe cauſa alimẽti & augmenti. Sed augmentum ſecundum diuerſas partes contingit ex diuerſis motibus elementorũ. Non enim poſſet imaginari, qualiter eſſet augmentum, elementis in contraria motis, niſi per hoc quod manent adinuicem coniuncta, quia ſi totaliter ſepararentur, eſſet diuiſio, non augmentum. Illud igitur principaliter eſt cauſa augmenti, quod continet elemẽta, ne totaliter abinuicem ſeparentur, hoc aũt eſt anima in rebus viuentibus, anima igitur eſt principium augmenti. Deinde cum dicit.

Sunt autem quibus ipſius ignis natura cauſa ſimpliciter nutritionis & accretionis eſſe videtur. ipſe nanq; ſolus omnium corporum, aut elementorum, nutriri ac augeri videtur, quapropter & in plantis & in animalibus putabit quiſpiam ignem ipſum eſſe, quod operatur. Tex. commen. 40.

Videtur autem quibuſdam ignis natura, ſimpliciter cauſa augmenti & alimenti eſſe. Etenim ignis ipſe videtur ſolum corporum & elementorum, quod alitur & augetur. Vnde & in animalibus putabit vtique quis hoc eſſe, quod operatur.

Ponit aliam poſitionẽ. Et circa hoc duo facit. Primo ponit eam. Secundo improbat. ibi. {Hoc autem concauſam, &c.} Sciendum eſt autem, quod hæc opinio differt in hoc à prima, quod prima attribuebat cauſam augmẽti & alimenti diuerſis elementis, ſ. igni & terræ, hęc aũt attribuit eorum cauſam igni tantũ. Et mouebantur ad hoc hac ratione. Quia illud videtur eſſe principium alicuius paſſionis, vel motus in aliquo, quod ſ'm ſe habet illã paſſionem vel motum. ſicut ignis, qui ſ'm ſe calidus eſt, eſt

cauſa caloris in rebus mixtis,& terra, quæ ſecundũ ſe eſt grauis, eſt cauſa grauitatis in eis. Inter autem elementa videtur ſolus ignis nutriri,& augeri,ſi ſuperficialiter de nutrimento & augmento loquamur. Solus igitur ignis videtur eſſe faciens augmentum & alimentum in plantis & animalibus. Vtrum vero ignis nutriatur & augeatur, inferius erit manifeſtum. Deinde cum dicit.

Verum non ita eſt, ſed cum comitetur cauſam, eſt ob idipſum quodammodo non ſimpliciter cauſa ſed talis eſt potius anima. Nam ignis quidem accretio, in infinitum progreditur, & eouſq; fit, quouſque ſit combuſtibile. At eorum omnium, quæ natura conſtant, eſt finis tam magnitudinis quam accretionis, & ratio. Hæc autem, animæ ſunt, non ignis, & rationis potius, quam materiæ.

Lectio.41. *Hoc autem concauſa quidem quodammodo eſt, non tamen ſimpliciter cauſa, ſed magis anima. Ignis enim augmentum in infinitum eſt, quouſque fuerit combuſtibile. Natura autem conſtantium omnium terminus eſt, & ratio magnitudinis, & augmenti. Hoc autem eſt animæ, ſed non ignis, & rationis magis, quam materiæ.*

Improbat prædictam poſitionem. Sciendum tamen eſt, quod prædicta poſitio aliqnid habet veritatis. Neceſſe eſt enim omne alimentum decoqui: quod qnidem fit per ignẽ, vnde ignis aliquo modo operetur ad alimentum,& per conſequens ad augmentum: non quidem ſicut agens principale, hoc enim eſt animę, ſed ſicut agens ſecundarium & inſtrumẽtale. Et ideo dicere, quod ignis quodammodo concauſa eſt augmenti & alimenti, ſicut inſtrumentum, concauſa eſt principalis agentis verũ eſt, nõ tamen eſt principaliter cauſa, vt principale agens, ſed hoc modo cauſa eſt anima: quod ſic probat. Illud eſt principale in qualibet actione, à quo imponitur terminus & ratio ei quod fit. ſicut patet in artificialibus, quod terminus vel ratio arcæ vel domui non imponitur ab inſtrumentis, ſed ab ipſa arte. Nam inſtrumenta ſe habent indifferenter, vt cooperentur ad hanc formam, vel quantitatem, vel aliam. Serra enim quantum eſt de ſe, apta eſt ad ſecandnm lignum, ſecũdum quod competit & oſtio, & ſcanno,& domui,& in quacunq; quantitate, ſed quod ſic ſecetur lignum, quod aptum ad talem formam, & ad talem quantitatem, eſt ex virtute artis. Manifeſtum eſt autem, quod in omnibus, quæ ſunt ſecundum naturam, eſt certus terminus & determinata ratio magnitudinis & augmenti. ſicut enim cuilibet ſpeciei debentur aliqua accidentia propria, ita & propria quantitatis, licet cum aliqua latitudine propter diuerſitatem materiæ & alias cauſas indiuiduales, nõ enim omnes homines ſunt vnius quantitatis. Sed tamen eſt aliqua quantitas tam magna, vltra quam ſpecies humana non porrigitur, & alia quantitas tam parua, vltra quam homo non innenitur. Illud igitur, quod eſt cauſa determinationis magnitudinis, & augmenti eſt principalis cauſa augmenti. Hoc autem nõ eſt ignis. Manifeſtum eſt enim quod ignis augmentum non eſt vſque ad determinatam qnantitatem, ſed in infinitum extenditur, ſi in infinitum materia combuſtibilis inueniatur. Manifeſtum eſt igitur ꝙ ignis non eſt principale agens in augmento & alimento, ſed magis anima. Et hoc rationabiliter accidit, quia determinatio quantitatis in rebus naturalibns eſt ex forma, quæ eſt principiũ ſpeciei, magis quàm ex materia. Anima autem comparatur ad elementa, quæ ſunt in corpore viuente, ſicut forma ad materiam. Magis igitur terminus & ratio magnitudinis & augmenti eſt ab anima, quàm ab igne.

LECTIO IX.

Alimentum quomodo ei, quod alitur, ſit contrarium, & quidnam ſit oſtendit, quo item pacto, nutritioni, augmento,& generationi animatorum conueniat expouit, ex quo animæ vegetabilis definitionem deducit, qua item demum ratione alimentum ſit ipſius nutritionis inſtrumentum declarat.

CVm autem eadem vis animæ ſit, & nutriendi, & generandi, primũ de alimento determinare neceſſe eſt. Hęc.n.à cęteris potẽtijs, hoc opere ſeiungitur.

Quoniam eſt eadem potentia animæ vegetatiua & generatiua de, alimento neceſſarium eſt determinare primum. Separatur enim ab alijs potentijs, opere hoc. Tex. commen 41.

Poſtquam Philoſophus oſtendit, ꝙ anima eſt principium operationum, quæ attribuuntur potentiæ vegetatiuæ, hic intendit de his determinare. Et circa hoc tria facit. Primo determinat de obiecto ſecundum ſe.ſ.de alimento. Secũdo determinat de eo ſecundum ꝙ congruit operationibus animæ vegetatiuæ. ibi.{Quoniam autem non alitur.} Tertio potentias diffinit, quę ſunt principia harum operationũ.ibi.{Quare huiuſmodi animę,&c.} Circa primum tria facit. Primo dici de quo eſt intentio. Secundo proponit id, quod primo aſpectu apparet de alimento. ibi. {Videtur autem eſſe alimentum,&c.} Tertio mouet circa hoc dubitationem ibi. {Dnbitationem autem habet.} Dicit ergo primo, ꝙ cum vegetatiua & generatiua ab eadem cõmuni potentia animæ contineatur, licet vegetatiua, i. nutritiua. ſit quędam ſpecialis potentia diſtincta à generatiua, oportet primum determinare de alimento, quod eſt obiectũ generatiuæ, ſiue nutritiuæ. Hoc enim opere, ſcilicet nutritione, diſtinguitur hæc pars animæ ab alijs, ſ. intellectiuo, ſenſitiuo, &c. Nam aliæ operationes huius partis, i. animæ hanc pręſupponunt. Deinde cum dicit.

Videtur itaq; nutrito eſſe contrario nutrimentum. At non cuilibet quoduis, ſed id ei, quorum alterum ex altero non ſolum mutuo generatur, ſed incrementa etiam ſuſcipit. Complura nanque contrariorum fiunt quidem ex ſeſe mutuo, ſed non à ſuis omnia contrarijs, incrementa ſuſcipiunt, vt ex ægrotante fit ſanum. At vero nec illa modo eodem ſibi mutuo nutrimentũ eſſe videntur, ſed aqua quidem alimentum eſt igni, ignis aũt non nutrit aquam. At ſimplicibus corporibus, horum alterum alimenti, alterum eius quod nutritur, maxime ſubire rationem videtur.

Videtur autem eſſe alimentum contrarium alito. non omne autem omni, ſed quæcunq; contrariorum, non ſolum generationem habent ex ſe inuicem, ſed & augmentum. Fiunt enim multa ex inuicem, ſed nõ omnia augentur, vt ſanum ex laborante. Videntur autem neq; illa eodem modo ſibi inuicem eſſe alimentum, ſed aqua quidem igni alimentum eſt, ignis autem non alit aquam. In ſimplicibus igitur corporibus, hæc eſſe videtur maxime, aliud quidem alimentum, aliud vero id quod alitur. Tex. commen.43.

Proponit illud, quod primo aſpectn de alimento apparet. & proponit tria, quorũ primum eſt, quod alimẽtum videtur eſſe contrarium ei, quod alitur: & hoc ideo, quia nutrimentũ conuertitur in id, quod nutritnr: generationes aũt fiunt ex contrarijs. Secundum aũt eſt, quod non videtur quodcunq; contrariũ ſufficere ad rõnem alimenti, ſed oportet ꝙ ſit de illis contrarijs, quæ hñt generationẽm ex ſe inuicem. Nutrimẽtum.n.cõuertitur in ſubſtantiam nutriti. vnde quęcunq; contraria inſunt in ſubſtantia, ſ̃m quæ fiunt alterationes adinuicem,& non generationes, non pertinent ad rationem alimenti. Non enim

dicimus

dicimus quod infirmum ſit nutrimẽtum ſani, vel album nigri, aut aliquid huiuſmodi. Quomodo autem in ſubſtantijs ſit aliqua contrarietas, alia quæſtio eſt. Tertio oportet quod ſit de illis contrarijs, quæ augmẽtum ſuſcipiunt ex inuicem, quia ad alimentum videtur ſequi augmentum. Vnde licet igne generetur aqua, ſicut econuerſo, non tamen dicitur quod ex igne nutriatur ignis, quantum liquores humidi cedunt in ignis nutrimentum: quia .ſ. dum ignis in aquã conuertitur, non apparet noua aquæ generatio, ſed ignis præexiſtens, ad ſui conſeruationem & augmentum videtur in ſe humorem conuertere. Et ideo in elementis videtur ſolus ignis nutriri, & ſola aqua eſſe eius nutrimentum, ſecundum quod ad aquam pertinent omnes humores & liquores. Deinde cum dicit:

Quæſtio. *Verum enim is locus dubitationem habere videtur: Sunt enim qui dicunt ſimile ſimili nutriri, quemadmodũ & accreſcere. Quibuſdam autem, vti diximus, non hæc ſententia, ſed contraria placet, cenſent quæ non ſimile ſimili, ſed contrario contrariũ ali. Etenim fieri nequit (vt inquiunt) vt à ſimili ſimile patiatur. Alimentum autem mutatur atq; digeritur, mutationemq́ue rerum omnium in oppoſitũ, vel in medium eſſe conſtat. Præterea nutrimentum quidem aliquid patitur ab eo, quod alitur, hoc autem ab alimento non patitur quicquam, quemadmodum nec à materia faber, ſed materies (vt patet) à fabro, qui quidem ex otio mutatur tantum ad operandum.*

*Dubitationem autem habet. Dicunt enim hi quidem ſimile ſimili ali, ſicut & augeri. Alijs autem, ſicut diximus, e contrario videtur ali contrarium contrario, tanquam impaſſibile ſit ſimile à ſimili, alimentum autem mu*Tex.commen.44 *tari, & decoqui. Mutatio autem omnibus contrarium eſt, aut medium. Adhuc autem patitur aliquid alimentum ab eo, quod alitur, ſed non hic ab alimento, ſicut nec faber à materia, ſed ab illo hæc: faber autem mutatur ſolum in actum ex otio.*

Tex.commen.45. Mouet quandã dubitationem circa prædeterminata. Et primo obijcit ad vtranq; partem. Secundo ſoluit eam ibi. {Vtrum autem ſit alimentum, &c.} Oritur autẽ dubitatio circa hoc, quod ſupra dictum eſt, quod alimentũ oportet eſſe cõtrarium, quibuſdam autem videtur quod alimentum oporteat eſſe ſimile eo quod alitur. Alimentum.n. eſt cauſa augmenti: oportet aũt quod ſimile ſimili augeatur. Si.n. aliquid diuerſum apponeretur alicui nõ eſſet eiuſdem augmentum, ſed naturæ extraneæ adiunctio. Videtur igitur, quod oporteat ſimile ſimile ali. Alijs autem videtur, quod alimentum oportet eſſe cõtrarium ei, quod alitur, ſecundum id, quod ſupra dictum eſt. Et ad hoc inducuntur duplici ratione. quarũ prima eſt, quia alimentum in cõtrarium aut medium, ſicut album, mutatur in nigrum aut pallidum. Medium autem eſt quodammodo contrarium. Pallidum enim albo comparatum, eſt nigrum: nigro vero comparatum, eſt album. eſt enim compoſitum ex vtroque. ergo nutrimentum, eſt contrarium ei, quod alitur, & in quod mutatur. Secunda ratio eſt, quia agens eſt contrarium patienti, non enim ſimile à ſimili patitur. Alimentum autem patitur ab eo quod alitur, alteratur enim ab eo, & digeritur. Id autem, quod alitur, non patitur ab alimento. Sicut neque artifex patitur à materia, ſed econuerſo, materia enim mutatur, non autem artifex, niſi forte per accidens, ſecundũ quod exit de potentia in actum. Videtur igitur quod alimentum ſit contrarium ei quod alitur. Prima igitur harum rationũ ſumitur ex contrarietate quam oportet eſſe inter terminos mutationis. Secunda vero ex contrarietate, quam oportet eſſe inter agens & patiens. Id enim quod alitur, & agit in alimentum eſt terminus, in quem alimentum mutatur. Deinde cum dicit.

At enim intereſt plane, ſi nutrimentũ ſit id, quod vltimo tandem adiungitur, atq; additur, an non hoc, ſed id, quod primum ingreditur. Quod ſi vtrunq; quidem eſt alimentum, alterum tamen eſt digeſtum, alterum indigeſtũ, vtroq; profecto modo & contrario contrarium, & ſimile ſimili vere licet nutriri. Nam ſi vt indigeſtum ſumatur, Reſpondet quæſtioni. *contrarium contrario alitur, Si vt digeſtum, ſimile ſimili* Alimentum *nimirum hoc pacto nutritur. Quare patet illos vtroſque* initio diſſi- *partim recte, partim non recte dicere, atque ſentire.* mile eſt po-

Vtrum autem ſit alimentum quod vltimo aduenit, aut ſtea vero ſi- *quod primo, habet differentiam. Si vero vtrunq;, ſed hoc* mile euadit. *quidem nõ coctum, illud autem coctum, certe vtroq; modo continget alimentum dicere. quatenus.n. non coctum, eatenus contrarium cõtrario alitur: quatenus autem coctum, ſimile ſimili nutritur. Quare manifeſtum quod dicunt quodammodo vtique & recte & non recte.*

Soluit propoſitam dubitationem dicens, quòd differt quantum ad propoſitam quæſtionem, vtrum alimẽtum dicatur id quod vltimo aduenit .ſ. poſt decoctionẽ & digeſtionem, an illud quod primo aſſumitur, .ſ. antequã digeratur & decoquatur. Et ſi dici poſſit vtrunq; horum, alimentum, vnum horum quaſi alimentum decoctum, aliud vero quaſi non decoctum, ſecundum vtranq; partem quæſtionis poterit iudicari de alimento. Quia inquantum alimentum dicitur non decoctum, ſic contrarium contrario alitur, hoc enim eſt quod patitur & mutatur. Inquantum vero eſt coctum ſic alitur ſimile ſimili, agens enim aſſimilat ſibi patiens; vnde in fine paſſionis oportet paſſum eſſe ſimile agenti, & per hunc modũ poteſt augere id, quod alitur. Et ſic patet quod vtriq; prædictorum opinantium, aliquo modo dicunt recto & aliquo modo dicunt recte. Deinde cum dicit.

Cum autem nihil nutriatur, quin habeat vitam, animatum id erit profecto corpus, quod alitur, ea ſane ratione, qua eſt animatum. Quare & nutrimentum ad animatum per ſe refertur, & non per accidens.

Quoniam autem nihil alitur, non participans vitam, Tex.commen.46. *animatum vtique erit corpus, quod alitur, quatenus animatum. quare & alimentum ad animatum eſt, & non ſecundum accidens.*

Determinat de alimento ſecundum ꝙ conuenit operationibus animæ vegetatiuæ. Et primo ſecũdum ꝙ congruit nutritioni. Secũdo ſecundum ꝙ congruit augmento. ibi. {Eſt aũt alterum alimento, &c.} Tertio ſecundũ ꝙ congruit generationi. ibi. {Et generationis aũt factiuum, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ nihil nutritur quod non participet vitam: omne aũt participans vitam eſt animatum: ſequitur ergo ꝙ corpus quod alitur, ſit animatum. Alimentum aũt eſt in potentia ad id, quod alitur, conuertitur.n. in ipſum: relinquitur ergo ꝙ alimentum inquantum eſt nutritionis obiectum, ſit aliquid exiſtens in potentia ad animatum per ſe, & non ſecundum accidens. Conſiderandum eſt autem, ꝙ nihil proprie nutritur niſi Ignis non animatum: ignis aũt videtur quidem per quandam ſimi- proprie nu litudinem nutriri, non autem proprie nutritur, quod ſic tritur. patet. Id proprie nutriri dicimus, quod in ſeipſo aliquid recipit ad ſuiipſius conſeruationem: hoc autem in igne videtur quidem accidere, ſed tamen non accidit: Cum enim igne accenſo aliqua materia combuſtibilis additur, in illa materia combuſtibili nouus ignis generatur, non autem ita, quòd illud combuſtibile additũ cedat in

conſeruationem ignis, in alia materia prius accenſi. Puta ſi aliquod lignũ de nouo ignitur, per hanc ignitionem non conſeruantur ignitio alterius ligni prius igniti, totus enim ignis qui eſt ex congregatione multorum ignitorum non eſt vnus ſimpliciter, ſed videtur vnus aggregatione, ſicuti aceruus lapidum eſt vnus: & propter talem vnitatem, eſt ibi quædã ſimilitudo nutritionis. Sed corpora animata vere nutriuntur, quia per alimentum conſeruatur vita in illa parte eadem, quæ prius fuit. Et propter hoc etiam ſola animata vere augentur, quia qualibet pars eorũ nutritur & augetur, quod non conuenit rebus inanimatis, quæ videntur per additionem creſcere. Non enim creſcit id quod prius fuit, ſed ex additione alterius conſtituitur quoddã aliud totum maius. Ideo autem ſimilitudo augmenti, & nutrimenti præcipue apparet in igne, quia ignis habet plus de forma, quàm alia elementa, & eſt potentior in virtute actiua, vnde propter hoc quòd manifeſte alia cõuertit in ſe videtur nutriri & augeri. Deinde cum dicit,

Sola viuentiæ ꝓprie ac vere nutriũtur atq; agũtur.

Atqui diuerſa eſt alimenti ratio, vt nutrit & auget. Nam vt ipſum animatum quantum eſt quoddam, auget. Vt eſt hoc aliquid & ſubſtantia, nutrit. Conſeruat enim ſubſtantiam, & eſt eouſque profecto, quouſque nutritur,

Eſt autem alterum, alimento & actiuo, eſſe. Secundum enim quod quantum aliquod animatum, eſt actiuum: ſecundum autem quod hoc aliquid, & ſubſtantia, alimentum eſt: ſaluat enim ſubſtantiam, & eo vſque hoc ſit, quouſque alatur.

Alimentum nutrit, & auget nutrit ſubſtãtiam, auget illius quãtitatem.

Oſtendit quomodo alimentum congruit augmento. Et dicitur quod licet idem ſit ſubiecto, quod eſt obiectum nutritionis prout dicituralimentũ, & quod eſt obiectum augmenti, prout dicitur augmentatiuum, tamen differt ratione. Dictum eſt enim quod alimentum eſt in potentia ad corpus animatum, corpus autem animatum, & eſt quoddam quantum, & eſt hoc aliquid & ſubſtantia. Secundum igitur quod eſt quoddã quantum, ſecundum hoc, alimentũ adueniens ei, (quod etiam & ipſum quantum eſt) facit augmentum, & dicitur augmentatiuum: inquantum aut corpus animatum, hoc aliquid & ſubſtantia eſt, ſic habet rationem alimenti. Hoc enim eſt de rõne alimenti, quod conſeruat ſubſtantiam eius quod alitur. Quæ quidem conſeruatio neceſſaria eſt propter continuam cõſumptionem humidi à calido naturali, & ideo tandiu durat ſubſtantia eius quod nutritur, quandiu nutriatur. Deinde cum dicit,

Efficit preterea generationem ac ortum, non eius quod alitur, ſed talis, quale eſt id, quod nutritur. Iam enim eſt ipſius ſubſtantia, & nihil ſeipſum generat, ſed conſeruat.

Alimentum eſt cauſa generationis.

Et generationis autem factiuum, non eius quod alitur, ſed talis, quale id eſt quod alitur. Iam enim eſt ipſa ſubſtantia. Generat autem nihil ipſum ſeipſum, ſed ſaluat.

Oſtendit quomodo alimentũ congruat generationi. Et dicit, ꝙ etiam alimentum eſt factiuum generationis. Semen.n.quod eſt generationis principium, eſt ſuperfluũ alimenti. Non tñ alimentum eſt principium generationis eius, quod alitur, ſed alterius quod eſt tale ſm ſpeciem, quale eſt quod alitur, quia ſubſtantia quæ alitur, iam eſt, & quod eſt, nõ generatur, & nihil generat ſeipſum, quia quod generat, iam eſt, quod generatur nondũ eſt. Sed aliquid põt agere ad ſui conſeruationem. Deinde cũ dicit,

Semen eſt ſuperfluũ alimẽti & cauſa generationis.

Quare tale quidem animæ principium, vis eſt talis, vt id conſeruet, quod ipſam habet, ea numerũ ratione, qua ipſam habet. Alimentum autem ad operandum præparare videtur, quapropter alimento priuatum, eſſe non poteſt.

Quid ſit potentia nutritiua.

Quare tale anima principium, potentia eſt potens ſaluare ſuſcipiens ipſam, ſecundum quod eſt huiuſmodi. Alimentum autem præparat operationem, vnde priuatum alimento, non poteſt eſſe.

Tex. commen. 48.

Ex præmiſsis accipit diffinitionem potentiarum animæ vegetabilis. Et primo potentiæ nutritiuæ. Secundo totius animæ vegetabilis ibi (Quoniam à fine, &c.) Circa primum primo ex præmiſsis concludit diffinitionem potentiæ nutritiuę, & dicit, quòd cum dictum ſit ꝙ nutrimentum inquantum huiuſmodi ſaluat nutritum, manifeſtum eſt, ꝙ hoc principium animæ: quod.ſ.eſt principium nutritionis, nihil eſt aliud quam potentia potens ſaluare ſuum ſuſceptum, inquantum huiuſmodi. Alimentum vero eſt quod præparat operationẽ huiuſmodi potentiæ, inquantum talis potentia mediante alimento ſaluat ſuum ſuſceptiuũ. Et propter hoc illud quod priuatur alimento, nõ poteſt cõſeruari. Et quia dixerat quod principium nutritionis eſt potentia animæ, cuius principium eſt etiam alimentum, vt ex dictis patet, ideo ſecũdo ibi.

At vero cum hoc in officio tria ſint hæc, neceſſarioque concurrant, id, inquam, quod nutritur, & quo nutritur, & quòd nutrit: id quidem quod nutrit eſt ipſa anima prima: Id autem quòd nutritur corpus eſt, quòd ipſam animam habet: At id, quo nutrit ipſa, eſt alimentum.

Quod nutrit anima. Quod nutriat corpꝰ quo nutrit alimẽtum.

Quoniam autem ſunt tria, quod alitur, & quo alitur & alens: alens quidem eſt prima anima, quod vero alitur eſt habens hanc corpus: quo vero alitur, alimentum.

Oſtendit quomodo differenter potentia animæ, & alimentum ſunt principia nutritionis. Dicit ergo, quia in nutritione ſunt tria, quod alitur, quo alitur, & alens primum. Primum quidem alens eſt prima anima, ſ. anima vegetabilis. Illud vero quod alitur eſt corpus habens hãc animam, ſed illud quo alitur eſt alimentũ. Sic igitur potentia animæ eſt principium nutritionis vt agens principale, alimentum aũt vt inſtrumentum. Deinde cũ dicit,

Atqui cum ſit par, vniuerſas à fine res appellare: finiſq; huius animæ ſit generatio talis, quale eſt id, quod ipſam habet: erit anima prima profecto principium generandi tale, quale eſt id quod hanc ipſam animam habet.

Quid ſit anima vegetatiua.

Quoniam autem à fine appellari omnia, iuſtum, eſt. Finis autem eſt, & generaſſe quale ipſum eſt: vtique prima anima, & generatiua talis quale eſt ipſum.

Text. comment. 49.

Diffinit ipſam primam animam, quæ dicitur anima vegetabilis, quæ quidem in plantis eſt anima, in animalibus pars animæ. Et circa hoc duo facit. Primo diffinit huiuſmodi animam. Ad cuius diffinitionis intellectum ſciendum eſt, ꝙ inter tres operationes animæ vegetabilis, eſt quidam ordo. Nam prima eius operatio eſt nutritio, per quam ſaluatur aliquid vt eſt. Secũda autem perfectior eſt augmentum, quo aliquid proficit in maiorem perfectionem, & ſecundum quantitatem, & ſecundũ virtutem. Tertia autem perfectiſsima & finalis eſt generatio, per quam aliquid iam quaſi in ſeipſo perfectum exiſtens, alteri eſſe & perfectionẽ tradit. Tunc enim vnumquodq; maxime perfectum eſt, vt in quarto meteororũ dicitur, cum poteſt facere alterum tale, quale ipſum eſt. Quia igitur iuſtum eſt & omnia diffiniantur, & denominentur à fine, finis autem operum animæ vegetabilis eſt generare alterum tale, quale ipſum eſt, ſequitur quòd ipſa ſit conueniens diffinitio primæ animæ, ſcilicet vegetabilis, vt ſit generatiua alterius ſimilis ſecundum ſpeciem. Et quia dixerat quòd alimentum eſt inſtrumentũ huius animæ, ne credatur quod non habeat aliud inſtrumentum, ideo ſecundo ibi.

Tria operę animæ vegetabilis. Nutrire. Augere. Generare.

Text. comment. 1. Lect. 4.

Id autem,

Id autem, quo nutrit anima, duplex eſt, quemadmodũ & id, quo gubernator gubernat, manus, inquã, et clauus. Atque aliud mouet, atque mouetur, aliud mouetur tantum. Neceſſe eſt autem omne nutrimentum, natura ſit talis, quæ digeri poſſit. At digeſtionem efficit calor. Quapropter omne animans habet calorem. Quid igitur ſit alimentum ipſum, vniuerſaliter diximus, poſtea vero de ipſis exactius perſcrutabimur.

Text. comment. 50.

Id quo viuẽs alitur, duplex eſt, coniunctũ & ſeparatum.

Eſt autem id, quo aliter, duplex: ſicut & quo gubernatur, & manus, & temo, hoc quidem mouens & motum, illud autem mouens ſolum. Omne autem alimentum, neceſſarium eſt tale eſſe, vt concoqui poſſit. Operatur autem decoctionem, calidum. Vnde omne animatum habet calorem. Figuraliter quidem igitur alimentum quid ſit, dictum eſt: certificandum autem eſt poſterius de ipſo, in proprijs rationibus.

Oſtendit quod habeat aliud inſtrumentum, & dicit ꝙ duplex ex inſtrumentum, quod alitur, ſicut, duplex eſt inſtrumentum gubernationis, gubernator enim gubernat manu, & temone. manus enim eſt inſtrumentum coniunctum, cuius forma eſt anima. Vnde temo eſt inſtrumentum mouens nauem & motum à manu, ſed manus non eſt inſtrumentum motum ab aliquo exteriori, ſed ſolum à principio intrinſeco. eſt enim pars hominis mouentis ſeipſum. Sic igitur & nutritionis inſtrumentum eſt duplex, & vt ſeparatum quidem & cuius forma nondum eſt anima eſt nutrimentum. Oportet autem quod aliud ſit inſtrumentum nutritionis coniunctum. Neceſſe eſt enim quod alimentum decoquatur, quod autem operatur decoctionem, eſt aliquid calidum. Sicut igitur gubernator mouet temonem manu, nauem autem temone, ita anima mouet calido alimentum, & alimento nutrit. Sic igitur calidum aliquod, aſt inſtrumentum coniunctũ huius animæ, in quo ſcalicet radicaliter eſt calor naturalis digerens. & propter hoc oportet quod omne animatum quod nutritur, habeat calorem naturalem, qui eſt digeſtionis principium, Si autem hæc anima non haberet inſtrumentum coniunctum, non eſſet actus alicuius partis corporis, quod ſoli intellectui competit. Vltimo epilogans quod dixerat concludit quod figuraliter, id eſt vniuerſaliter dictum eſt quid ſit alimentum, ſed poſterius certius tractandum eſt de alimento, in proprijs rationibus. Fecit enim vnum ſpecialem librum de alimento, ſicut de generatione animalium & de motu animalium.

De nutrimẽto & nutribili.

LECTIO X.

Quomodo ſimile à ſimili patiatur, ex quo deducit ſenſum nõ in actu eſſe ipſa ſenſibilia, ſed in potentia, eſt etiam in actu, quo ipſo ſuo opere fungitur, ſenſibilia ipſa cognoſcendo.

De ſenſu in commune.

DEterminatis autem his, primum de omni ſenſu cõmuniter, deinde de vnoquoque dicamus. Fit itaq; ſenſus, cum mouetur atque patitur aliquid, vt diximus. Nam ipſe ſenſus alteratio quædam eſſe videtur. Inquiunt autem quidam, & à ſimili ſimile pati: quod quidem quonam pacto fieri poteſt, aut non poteſt, in vniuerſalibus de actione ſermonibus, paſſioneue diximus.

Senſus paſſiua potẽtia ẽ.

Tex. comment. 51.

Determinatis autem his, dicamus communiter de omni ſenſu. Senſus autem in moueri aliquid, & pati accidit, ſicut dictum eſt, Videtur enim quædam alteratio eſſe. Aiunt autem quidam, & ſimile à ſimili pati Hoc autem quomodo poſſibile, aut impoſſibile, dictum eſt in vniuerſalibus rationibus, de agere & pati.

Poſtquam determinauit Philoſophus de parte vegetatiua, hoc incipit determinare de parte ſenſitiua. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de eo, quod apparet in hac parte, ſcilicet de ſenſibus exterioribus. In ſecunda determinat de eo, quod latet in parte ſenſitiua. ibi. {Quod autem non ſit ſenſus alter &c.} Prima diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quomodo ſe habet ſenſus ad ſenſibile. In ſecunda determinat de ſenſibili & ſenſu. ibi. {Dicendum eſt autem ſecundum vnum.} Circa primum duo facit. Primo reſumit quædam, quæ ſunt prius dicta. Secundo inueſtigat propoſitum ibi. {Habet autem dubitationem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ determinatis his, quæ pertinent ad ſenſum in communi. De his enim quæ pertinet ad vnumquenque ſenſum ſpecialiter, poſtmodum dicet. Duo autem reſumit dicta de ſenſu, quorum vnum eſt, ꝙ ſentire conſiſtit in moueri & pati. Eſt enim ſenſus in actu, quædam alteratio; quod autem alteratur, patitur & mouetur. Aliud autẽ quod reſumit, eſt, ꝙ quidam dicunt ſimile à ſimili pati. Et propter hoc ſentire eſt pati. quidam antiqui Philoſophi poſuerunt, ꝙ ſimile ſimili cognoſcitur & ſentitur ſicut Emped. poſuit ꝙ terra terra cognoſcitur, ignis igne, & ſic de alijs, Sed hoc quomodo eſſe poſſit vel non, ꝙ ſimile ſimili patiatur, dictum eſt in vniuerſalibus rationibus de agere & pati, id eſt in libro de generatione, vbi determinauit de actione & paſſione in communi. Dictum eſt enim ibi, quod id quod patitur à principio dum patitur eſt cõtrarium agenti, ſed in fine, quando iam eſt paſſum, eſt ſimile. Agens id eſt agendo aſſimilat ſibi patiens.

Lectio 14. & inde.

Lect. 7. tex. commẽ. 57.

Lect. 9. tex. cõment. 44.

Lib. 1. text. cõment. 51.

Deinde cum dicit.

Habet autem is locus dubitationẽ, ambigetq; non iniuria quiſpiam, cur & ſenſuum ipſorum, ſenſus non ſit, & cur ſine ijs, quæ ſunt extra, non efficiunt ſenſum, cum inſit & ignis, et terra, cæteraq; elementa, quorũ eſt per ſe ſenſus, vel per ea, quæ ipſis accidunt. At enim patet ſenſitiuum non eſſe actu, ſed potentia tantum: quapropter non ſentit. Quemadmodum combuſtibile non vritur, ipſum per ſe, ſine eo, quod ipſum vrere poteſt, Vreret enim ſeipſum, & non indigeret eius, qui actu eſt ignis.

Cur ſenſus extremis abiectis indigeat vt ſentiat.

Habet autem dubitationem, propter quid ſenſuum ipſorum non ſit ſenſus, & quare ſine his, quæ ſunt extra, non faciunt ſenſum inexiſtente igne, & terra, & alijs elementis, quorum eſt ſenſus per ſe, aut per ea, quæ accidunt ipſis. Manifeſtum igitur eſt, quòd ſenſitiuum non eſt actu, ſed potentia tantum, vnde non ſentit ſicut combuſtibile non comburitur ipſum à ſeipſo, ſine combuſtiuo, Combureret enim ſeipſum, neque indigeret igne actu exiſtente.

Tex. commen. 52.

Determinat veritatem circa propoſitum. Et circa hoc facit tria. Primo oſtendit, ꝙ ſenſus ſit in potentia. Secundo ꝙ quandoque eſt in actu. ibi {Quoniam autem ſentire &c.} Tertio oſtendit quomodo ſenſus reducatur de potentia in actum, ibi {Dicendum autem &c. Circa primum conſiderandum eſt, ꝙ Empe. & quicunque poſuerunt ſimile ſimili cognoſci, poſuerunt ſenſum eſſe actu ipſa ſenſibilia. vt enim cognoſceret omnia ſenſibilia, poſuerunt animam ſenſitiuam eſſe compoſitam quodammodo ex omnibus ſenſibilibus, inquantum conſtabat ſecundum eos ex elementis ſenſibiliũ. Duo ergo ad hanc poſitionem conſequebantur, quorum vnum eſt, ꝙ ſenſus eſt ipſa ſenſibilia in actu, vtpote compoſitus ex eis: & cum ipſa ſenſibilia in actu ſentiri poſſint, ſequeretur ꝙ ipſi ſenſus ſentiri poſſent. Secundum eſt, quod cum ſenſus ſentire poſſit præſentibus ſenſibilibus, ſi ſenſibilia actu ſunt in ſenſu, vtpote ex eis compoſito, ſequitur quòd ſenſus poſſit ſentire ſine exterioribus ſenſibilibus.

Vtrunque autem horum eſt falſum. Et ideo hæc duo inconuenientia, quæ ſequuntur ad antiquorum poſitionẽ, ſub quæſtione propoſuit, tanquam quæ per antiquos ſolui non poſsint. Hoc eſt ergo quod dicit, ꝙ {Dubitationem habet, propter quid non ſunt ſenſus ipſorum ſenſuum, id eſt quare ipſi ſenſus non ſentiantur. hoc enim videtur ſequi, ſi ſenſus ſint ſimiles ſenſibilibus, etiam habet dubitationem {quare non faciunt ſenſum,} id eſt quare ſenſus non ſentiunt actu {ſine his, quæ ſunt extra,} id eſt ſine exterioribus ſenſibilibus, cum tamẽ interius exiſtant in ipſis ſenſibus (ſecundum opinionem antiquorũ) ignis, & terra, & alia elementa, quæ ſunt ſenſibilia, aut ſecundum ſe, id eſt ſecundum ſuam ſubſtantiam, ſecundũ eos, qui non diſcernunt inter ſenſum, & intellectum intellectus enim eſt proprie cognoſcitiuus ſubſtantiæ, aut ſecundum accidentia propria, ſcilicet calidum, & frigidum, & alia huiuſmodi, quæ ſunt per ſe ſenſibilia. Quia igitur hæ dubitationes per ſe ſolui non poſſunt, ſi ſenſus habet ſenſibilia in actu, vt antiqui poſuerunt, concludit tanquam manifeſtum, quod anima ſenſitiua nõ eſt actu ſenſibilia, ſed potentia tantum. Et propter hoc, ſenſus nõ ſentiunt ſine exterioribus ſenſibilibus, ſicut combuſtibile, quod eſt potentia tantum ignitum, non comburitur a ſeipſo, ſine exteriori combuſtiuo. Si enim eſſet actu ignitum, combureret ſeipſum, & nõ indigeret exteriori igne ad hoc quod combureretur. Deinde cum dicit.

Sẽſus & ſentire dupliciter potentia & actu. *At vero quoniã ſentire bifariam dicere conſueuimus, nam & id quod potentia videt & audit, videre audireq; dicimus & ſi forte dormiat: & id identidem quod iam operatur, dupliciter & ipſe ſenſus profecto dicetur, quidam vt potentia, quidam vt actu ſimiliter & ipſum ſentire, & quod eſt potentia, & quod eſt actu.*

Tex. commen. 53. *Quoniam autem ſentire dicimus dupliciter. Potentia enim audiẽs & videns, audire & videre dicimus, etiam ſi forte dormiat: et quod iam operatur, dupliciter vtrique dicetur & ſenſus: hic quidem, ſicut potentia, ille vero ſicut actu: Similiter autem & ſentire, et quod potentia eſt, & quod actu.*

Oſtendit quod etiam ſenſus eſt quandoque actu. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit ſenſum quandoque eſſe in actu per hoc, quod dupliciter dicimus aliquem ſentire, quandoque enim dicimus aliquem videre, & audire, qui audit & videt in potentia, puta cum aliquis eſt dormiens, quandoque autem dicimus aliquem videre & audire, eo quod eſt in ipſa operatione audiendi, & videndi. Ex quo patet, quod ſenſus, & ſentire dicuntur dupliciter, ſcilicet in actu, & in potentia. Secundo ibi.

Tex. commen. 54. *Primum igitur id ſcire oportet, nos, inquam, quaſi ſint eadem, pati, moueri, ac operari, ita nunc his vti, ac dicere. Motus enim eſt quidam actus, imperfectus tamen, vt in alijs diximus.*

Primum igitur, tanquam ſit idem pati, & moueri & agere & mouere dicimus. Et nanque motus eſt actus quidam imperfectus tamen, ſicut in alijs dictum eſt.

Manifeſtat quomodo intelligẽdum ſit quod dictum eſt, videbatur enim repugnare, quod ſentire dicitur in actu, ei, quod dictum eſt, quod ſentire eſt quoddam pati, & moueri. Eſſe enim in actu videtur magis pertinere ad agere. Et ideo ad hoc exponendum dicit, quod ita dicimus ſentire in actu, ac ſi dicamus, quod pati & moueri

Tex. comment. 6. Lectio. 11. ſint quoddam agere id eſt quoddam eſſe in actu, Nam motus eſt quidam actus, ſed imperfectus, vt dictum eſt in 3. Phyſic. Eſt enim actus exiſtentis in potentia, ſcilicet mobilis. Sicut igitur motus eſt actus, ita moueri & ſentire eſt quoddam agere, vel eſſe ſecundum actum. Per hoc autem quod dicit, primum ſignificat quod quædam alia poſtmodum ſubdet ad oſtendendum, quomodo ſenſus fiat in actu. Tertio ibi.

Ea vero cuncta quæ patiuntur, atque mouẽtur ab actiuo, & ab eo, quod eſt actu, patiuntur, atque mouentur. Iccirco fit, vt tum aſſimili ſibi, tum à diſſimili, res omnis patiatur, vt diximus. Patitur enim eo quod eſt diſſimilis, at eum eſt paſſa, tum ſimilis eſt vt patet. Nihil patitur niſi ab actiuo neq; mouetũ, niſi ab eo quod eſt in actu.

Omnia autem patiuntur, & mouentur ab actiuo, & actu ente. Vnde eſt quidem tanquam à ſimili pati, eſt autem vt à diſſimili, ſicut à diſſimili, ſicut diximus. Patitur enim quod diſſimile, paſſum autem ſimile eſt.

Oſtendit ſecundum prędicta, quomodo antiquorum poſitio non poſsit eſſe vera, ſcilicet ꝙ ſimile ſimili ſentitur. Dicit ergo, ꝙ omnia quæ ſunt in potentia, patiuntur, & mouentur ab actiuo, & exiſtente in actu, quod, ſcilicet dum facit eſſe in actu ea, quæ patiuntur, aſsimilat ea ſibi, vnde quodãmodo patitur aliquis aliquid à ſimili, & quodammodo à diſsimili, vt dictum eſt: quia à principio dum eſt in tranſmutari & pati, eſt diſsimile, in fine autẽ, dum eſt in tranſmutatum eſſe & paſſum, eſt ſimile. Sic igitur & ſenſus poſtquam factus eſt in actu à ſenſibili, eſt ſimilis ei: ſed ante non eſt ſimilis. Quod antiqui non diſtinguentes errauerunt. Tex. comment. 19.

LECTIO XI.

Diſtinguit quippiam eſſe in potentia bifariam vel ſimpliciter, vel ſecundum quid: & ad intellectum applicans oſtendit quo modo ex potentia reducatur in actum non quidem patiendo, ſed potius ſeipſum perficiendo.

DEinde diſtinguendum eſt de potentia, atque actu, nunc enim de his ipſis ſimpliciter dicimus.

Diſtinguendum eſt autem, & de potentia, & actu. Nunc enim ſimpliciter dicimus de ipſis. Tex. commen. 55.

Poſtquam Philoſophus oſtendit ſenſum eſſe in potentia & actu, nunc intendit oſtendere quomodo educatur de potentia in actum. Et diuiditur in partes duas. In prima diſtinguit potentiam & actum, & oſtẽdit quomodo diuerſimode aliquid educatur de potẽtia in actum, vtẽs exemplo in intellectu. In ſecunda parte oſtendit propoſitum circa ſenſum, ibi {Senſitiui autem.} Circa primum tria facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo diſtinguit potentiam, & actum circa intellectum, ibi. {Eſt quidem enim ſic ſciens &c.} Tertio oſtendit quomodo educitur aliquid de vtraque potentia in actum, ibi {Ambo quidem igitur &c.} Dicit ergo primo, ꝙ dicendum eſt de potentia, & actu, id eſt oſtendendum quot modis dicitur aliquid in potentia, & quot modis in actu: quod neceſſarium fuit, quia in ſuperioribus ſimpliciter, id eſt abſque diſtinctione vſus eſt potentia, & actu. Deinde cum dicit.

Nam eſt hoc pacto quiſpiam ſciens, vt ſi dicamus hominem eſſe ſcientem, quia homo eſt talis ſuapte natura, vt ſit ſciens, atque ſcientiam habeat. Eſt etiã hoc pacto quippiam ſciens, vt hominem eum iam dicimus eſſe ſcientem, qui Geometriam, aut Grammaticam habet, atque horum vterque non eodem modo poteſt potentiæque ſubijcitur, ſed alter quidem ex eo, quia genus ipſum eſt tale materia ſua. Alter vero proptcrea quod cum voluerit contemplari, poteſt idipſum facere, niſi quid externum forte prohibeat, impedimentoque fiat. At præter ipſos eſt hiſce, qui iam contemplatur, & eſt actu proprieque ſciens, hoc A. Potentia et que actus dupliciter dicũtur ſimpliciter ſecundũ quid, ſiue pare, & mute.

Eſt enim ſic vt ſciens aliquid, ſicut ſi dicamus hominẽ ſcientem

ſcientem eſſe, quoniã homo, ex eorũ numero eſt, quę ſcĩam habere poſſunt. Eſt autem ſicut iam eſſe dicimus ſciẽtem,
Text. comment. 56.
habentem grammaticam. Vterque autem horum non eodem modo potens eſt. Sed hic quidem, quoniam genus huiuſmodi & materia eſt, ille autem, quia volens, poteſt conſiderare, niſi aliquid prohibeat externum. Iam autem conſiderans actu eſt, & proprie ſciens hanc literam A.

Diſtingit potentiam, & actum circa intellectum. Et dicit, ꝙ vno modo dicitur aliquid in potentia, puta homo ſciens, quia habet naturalem potẽtiam ad ſciendum ſicut homo dicitur eſſe de numero ſcientium & habentium ſcientiam, inquãtum habet naturam ad ſciendum, & ad habendum habitum ſcientiæ. Secundo modo dicimus aliquem eſſe ſcientem, quod aliqua ſciat. ſicut dicimus habẽtem habitum alicuius ſcientiæ, puta grammaticæ, eſſe iam ſcientem. Manifeſtum eſt autem, ꝙ vterq; horum dicitur ſciens, ex eo ꝙ aliquid poteſt, ſed non eodem modo vterque eſt potens à ſciendum. Sed primus quidem dicitur potens, quia eſt genus huiuſmodi, & materia, ſcilicet quia habet naturalem potentiam ad ſciendum, per quẽ collocatur in tali genere, & quia eſt in potentia, puta ad ſcientiam, ſicut materia ad formam. Secũdus autem, ſcilicet qui habet habitum ſcientię, dicitur potens, quia cum vult, poteſt conſiderare, niſi aliquid extrinſecum per accidens impediat, puta vel occupatio exterior, vel aliqua indiſpoſitio ex parte corporis. Tertius autem, qui iam conſiderat, eſt in actu, & iſte eſt qui proprie & perfectè ſcit ea, quæ ſunt alicuius artis, puta hanc literam a quæ pertinet ad grammaticam, de qua ſupra fecit mentionem. Horum igitur trium, vltimus eſt in actu tantum, primus in potentia tantum, ſecundus autem in actu reſpectu primi, & in potentia reſpectu ſecundi. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ eſſe in potentia dicitur dupliciter, ſcilicet de primo, & ſecundo, & eſſe in actu dicitur dupliciter, ſcilicet de ſecundo, & tertio. Deinde cum dicit.

Ambo igitur illi primi, potentia quidem ſunt ſcientes, vt diximus verum vnus indiget alteratione per diſciplinam, qua quidem nonnunquam etiam ex habitu cõtrario, diſpoſitioneque mutatur. Alter habet quidem ſenſum, aut grammaticam, ſed indiget operationis, vt ex otio tandem operationisq; vacuitate, agat, ac operetur, atque hic modus potentiæ diuerſus eſt, vt patet ab antea dicto.

Ambo igitur primi, ſecundum potentiam ſcientes ſunt Sed hic quidem per doctrinã alteratus eſt, & multotiens ex contrario mutatus habitu, hic autem ex eo quòd habet ſenſum, aut grammaticam, nõ agit autẽ ex otio, ad agendum excitatur, verum alio modo, atque antea, cum nundam habitum eſſet adeptus.

Oſtendit quomodo de vtraque potentia aliquid reducitur in actum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit quomodo de vtraque potentia aliquid in actum reducitur. Secundo oſtendit vtrum tali reductio ſit ſecundum aliquam paſsionem, ibi {Non eſt autem ſimpliciter neque pati &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cum ambo primi ſint ſciẽtes ſecundum potentiam, & id quod eſt in potentia, reducatur in actum, alio modo reducitur in actum aliquid de potentia prima, & aliter de ſecunda. Nam quod eſt in potentia primo modo, reducitur in actum, quaſi alteratus per doctrinam, & motus ab aliquo alio exiſtẽte in actu, ſicut à magiſtro, & multotiens talis mutatio eſt ex contrario habitu. Quod ideo dicit, quia cum aliquis reduci-
Ignorantia duplex.
tur de potentia prima in actum, ex ignorante fit ſciens. Ignorans autem dicitur dupliciter, vno modo ſecundum ſimplicem negationem, quãdu nec veritatem cognoſcit nec contrario errore dẽtinetur, & qui ſic ignorans eſt, fit actu ſciens, non .q. mutatus de contrario habitu, ſed ſolũ ſicut acquirens ſcientiam. Alio mõ dicitur aliquis ignorans ſecundum prauam diſpoſitionem, vtpote quia detinetur errore contrario veritati, & hinc in actum ſcientię reducitur quaſi de contrario habitu mutatus. Qui vero eſt in potentia ſecundo modo, vt, ſcilicet iam habens habitum, tranſit ex eo, ꝙ habet ſenſum, aut ſcientiam, & non agit ſecundum ea, in agere, quia, ſcilicet fit agens ſecundum ſcientiam. Sed alio modo iſte fit actu, & alio modo primus. Deinde cum dicit.

Ad vero neque ipſum pati, ſimplex eſſe videtur, ſed aliud eſt à cõtrario corruptio quædam, aliud ſalus potius eſt eius, quod eſt potentia, ab eo, quod eſt actu, ſimileque perinde, atque potentia ſeſe habet ad actum.
Pati dupliciter ſumitur proprie, & cõmuniter.

Non eſt autem ſimplex, neque ipſum pati, ſed aliud quidem corruptio quędam à contrario, aliud autem ſalus magis eius, quod potentia eſt, ab eo, quod eſt actu, & à ſimili, atq; ita ſe habente, ſicut potentia ſe habet ad actum.
Tex. commen. 57.

Manifeſtat vtrum ſecundum ꝙ aliquid educitur de potentia in actũ ſcientiæ primo modo, vel ſecundo, poſſit dici pati. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quot modis dicitur pati. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi {Speculans autem fit habens ſcientiam.} Dicit ergo primo, ꝙ ſicut potentia, & actus non dicuntur ſimpliciter, ſed multipliciter, ita, & pati non vno modo, ſed multipliciter. Dicit enim pati vno modo, ſecundum quandam
Pati dupliciter.
corruptionem, quæ fit à contrario. Paſsio enim proprie dicta, videtur importare quoddam decrementum patiẽtis, inquantum vincitur ab agente: decrementum autem patienti accidit ſecundum ꝙ aliquid à patiente abijcitur quæ quidem abiectio, corruptio quædam eſt: vel ſimpliciter, ſicut quando abijcitur forma ſubſtantialis vel ſecũdum quid, ſicut quando abijcitur forma accidentalis. Huiuſmodi autem formæ abiectio, fit à contrario agente: abijcitur enim forma à materia vel ſubiecto, per introductionem contrariæ formæ, & hoc eſt à contrario agente. Primo igitur modo proprie dicitur paſsio, ſecundum ꝙ quædam corruptio fit à contrario. Alio mõ paſſio communiter dicitur & minus proprie, ſecundum, ſcilicet ꝙ importat quandam receptionem. Et quia ꝙ eſt receptiuum alterius, comparatur ad ipſum, ſicut potẽtia ad actum: actus autem eſt perfectio potentiæ, ideo hoc modo dicitur paſsio, non ſecundum quod fit quædam corruptio patientis, ſed magis ſecundum quod fit quædam ſalus, & perfectio eius, quod eſt in potentia, ab eo, quod eſt in actu. Quod enim eſt in potentia, non perficitur, niſi per id, quod eſt in actu. Quod autem in actu eſt, non eſt contrarium ei, quod eſt in potentia, inquantum huiuſmodi, ſed magis ſimile. nam potentia nihil aliud eſt, quàm quidem ordo ad actum, niſi autem eſſet aliqua ſimilitudo inter potentiam, & actum, non eſſet neceſſariũ ꝙ proprius actus fieret in propria potentia. Potentia igitur ſic dicta, non eſt à contrario, ſicut potẽtia primo modo dicta, ſed eſt à ſimili, eo modo quo potentia ſe habet ſecundum ſimilitudinem ad actum. Deinde cum dicit.

Fit enim cõtemplans, quod ſcientiam habet. Quod quidem aut non eſt alterari (in ipſum enim fit incrementum, & in actum perfectionemúe) aut aliud alterationis eſt genus. Quocirca non rectè ſe habet, dicere ipſum ſciens, cum ſcit, alterari ſicut nec ædificatorem, cum ædificat. Quod igitur in actum ducit, ex eo quod eſt intelligens potentia, atque ſciens, id nõ doctrinam appellere oportet, ſed aliud nomen eſt ęquum habere.

Tex. commẽt. 58. *Speculans enim fit, habens ſcientiam: quod certe, aut non eſt alterari (in ipſum enim additio eſt, et in actu) aut alterum genus alterationis eſt. Vnde non bene habet dicere ſapientem, cum ſapiat, alterari, ſicut nec ædificatorẽ, cum ędificat. In actum igitur ducens, ex potentia ente ſecundum intelligere, & ſapere, non doctrinam appellare, ſed alteram habere denominationem iuſtum eſt.*

Manifeſtat, vtrum quod educitur de potentia in actũ ſcientię patiatur. Et primo manifeſtat hoc circa id, quod educitur de ſecunda potentia in actum purum. Secundo autem manifeſtat hoc circa id, quod educitur de potentia prima in habitum, ibi {Ex potentia autem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ habens ſcientiam, id eſt habitualiter ſciens, fit actu ſpeculans. Sed hoc aut non eſt vere, & proprie alterari, & pati, quia, vt dictum eſt, non eſt propriè paſsio & alteratio, cum de potẽtia procedit in actum, ſed cum aliquid de contrario mutatur in contrarium. Cum autem habitualiter ſciens, fit ſpeculans actu, non mutatur de contrario in contrarium, ſed proficit in eo quod iam habet. Et hoc eſt ꝙ dicit ꝙ {eſt additio in ipſum, & in actum. {Additur, enim ei perfectio, ſecundum quod proficit in actũ. Aut ſi dicatur alterari, & pati erit aliud genus alterationis, & paſsionis non propriæ dictę, Et hoc manifeſtat per exemplum dicens, ꝙ non bene ſe habet, dicere ſapientem habitualiter, cum ſapiat actu, alterari, ſicut neque dicimus ædificatorem alterari, cum ædificat. Concludit autem vlterius, ꝙ cum ille, qui tranſit de habitu in actum, non accipiat de nouo ſcientiam, ſed proficiat, & perficiatur in eo quod habet: doceri autem, ſcientiam eſt acquirere: manifeſtum eſt, ꝙ cum educitur aliquis de potentia in actum, ſecundum hoc ꝙ incipit facere eum intelligere actu, & ſapere, non eſt iuſtum ꝙ talis exitus de potentia in actum habeat denominationem doctrinæ, ſed aliquam aliam poteſt habere, quæ quidem forte non eſt poſita, ſed poteſt poni.

Deinde cum dicit.

At quod ex eo quod eſt potentia, diſcit, accipitque ſcientiam ab eo, quod eſt actu ſciens, atque ab ipſo docente, id autem aut non eſt dicendum pati, ac alterari, aut duos alterationis eſſe modos fateamur oportet: eam, inquam, mutationem, quæ ad priuatiuas eſt diſpoſitiones, & eam, quę eſt ad habitus atque naturam.

Ex potentia autem ente, addiſcens, & accipiens ſcientiam ab eo qui actu, & doctus eſt, & docet. aut neque pati dicendum (ſicut dictum eſt) aut duos eſſe modos alterationis, & eam, quę in priuatiuas diſpoſitiones eſt, mutationem, & eam, quæ eſt in habitus, & naturam.

Manifeſtat, vtrum cum aliquis exit de prima potentia in actum ſcientiæ, alteretur, & patiatur. & dicit ꝙ cum aliquis prius ſciens in potentia tantum fit addiſcens, & accipiens ſcientiam ab eo, qui eſt actu ſciens, & à magiſtro, vel non debet dici pati ſimpliciter, & alterari, aut dicendum eſt eſſe duos modos alterationis. quorum vnus alterationis eſt ſecundum {mutationem, in priuationis diſpoſitiones,} id eſt in diſpoſitiones cõtrarias, quibus priuantur, propter diſpoſitiones prius exiſtentes, quia vnum cõtrariorum eſt priuatio alterius. Alter vero alterationis modus eſt ſecundum {mutationem in habitum, & natura,} id eſt ſecundum ꝙ recipiuntur aliqui habitus, & formæ, quæ ſunt perfectiones naturæ, abſque eo ꝙ aliquid abijciatur. Ille igitur, qui addiſcit ſcientiam, non alteratur, neque patitur primo modo, ſed ſecundo. Videtur autem hoc eſſe contrarium eius quod ſupra dixit, ꝙ multotiens qui addiſcit ſcientiam, mutatus eſt à contrario habitu, & ita videtur ꝙ ſit alteratio ſecundum mutationem in priuatiuas diſpoſitiones. Sed dicendum ꝙ cum aliquis ab errore reducitur ad ſciẽtiam veritatis, eſt ibi quædam ſimilitudo alterationis, quæ eſt de contrario ad contrarium, non tamen vere eſt ibi talis alteratio. Nam alterationi, quæ eſt de contrario in contrarium, vtrunque per ſe, & eſſentialiter cõpetit ſcilicet ꝙ ſit à contrario, & ꝙ ſit in contrarium. Sicut enim dealbatio non eſt niſi ad album, ita non eſt niſi nigro vel medio, quod reſpectu albi, eſt quodammodo nigrum. Sed in acquiſitione ſcientiæ accidit ꝙ ille, qui acquirit ſcientiam veritatis, prius fuerit in errore. abſque hoc enim poteſt adduci ad ſcientiam veritatis, vnde non eſt vere alteratio de contrario in contrarium. Item dubitatur de hoc dicit, quod illa, qui accipit ſcientiam fit actu ſciens à ſciente in actu, & magiſtro. Hoc enim non ſemper fit, ſcientiam enim aliquis acquirit, nõ ſolum addiſcendo à magiſtro, ſed etiam per ſe inueniendo. Et ad hoc dicendum eſt, ꝙ ſemper cũ aliquis eſt in potẽtia ſciens, ſi fiat actu habens ſcientiam, oportet ꝙ hoc ſit ab eo quod eſt actu. Cõſiderandum tamen eſt, ꝙ aliquid aliquando reducitur de potentia in actum ab extrinſeco principio tantum, ſicut aer illuminatur ab eo, quod eſt actu lucidum, quandoque autem & à principio intrinſeco, & à principio extrinſeco. ſicut homo ſanatur, & à natura, & à medico, vtrobiq; autẽ ſanaẽ à ſanitate in actu. Manifeſtum eſt.n. ꝙ in mente Medici eſt ratio ſanitatis, ſecundum quam ſanat. oportet etiam in eo, qui ſanatur ſecundum naturam, eſſe aliquam partẽ ſanam, ſcilicet cor, cuius virtute aliæ partes ſanantur, & cum Medicus ſanat, hoc modo ſanat, ſicut natura ſanaret ſcilicet calefaciendo, aut infrigidando, aut aliter traſmutando. vnde Medicus nihil aliud facit, quàm ꝙ auxiliatur naturæ ad expellendum morbum, quo auxilio natura non egeret, ſi eſſet fortis. Eodem autem modo ſe habet in ſcientiæ acquiſitione. homo enim acquirit ſcientiam, & à principio intrinſeco dum inuenit, & à principio extrinſeco dum addiſcit. Vtrobique autem reducitur de potentia in actum, ab eo quod eſt actu. Homo enim per lumen intellectus agentis, ſtatim cognoſcit actu prima principia naturaliter cognita, & dum ex eis concluſiones elicit, per hoc ꝙ actu ſcit, venit in actualem cognitionem eorum, quæ potentia ſciebat. Et eodẽ modo exterius docens ei auxiliatur ad ſciendum, ſcilicet ex principijs addiſcenti notis, deducens eum per demonſtrationem in concluſiones prius ignotas. Quod quidem auxilium exterius, homini neceſſarium non eſſet, ſi adeo eſſet perſpicacis intellectus, quod per ſeipſum poſſet ex principijs notis concluſiones elicere, quæ quidem perſpicacitas hominibus adeſt ſecundum plus & minus.

Adveram a terationem quid.

LECTIO XII.

Quam differenter ab intellectu ſenſus educatur de potentia in actum. oſtendit, & ea, quæ dixit, epilogat.

HAec cum ita ſint, prima quidem mutatio ſenſitiui, ab eo quod generat fit, cum autem ortum, ac generatum eſt, habet iam ſenſum perinde atque ſcientiam, & ſentire actu, ſimile eſt contemplari.

Senſitiui autem prima quidem mutatio fit à generante. Cum autem generatum eſt habet iam ſicut ſcientiam. Et ſentire ſecundum actum, ſimiliter dicitur ipſi conſiderare. Text. comment. 50.

Poſtquam

Poſtquam Philoſophus diſtinxit potẽtiam & actum, & oſtendit quomodo aliquid de potẽtia in actum exeat circa intellectum, quod dixerat de intellectu adaptat ad ſenſum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quomodo circa ſenſum aliquid educitur de potentia in actum. Secundo oſtẽdit differentiam inter ſenſum & intellectum, ibi {Differunt autem quia huius quidem accidẽtia &c.} Tertio colligit epilogando, quæ dixerat de ſenſu, ibi {Nunc autem in tantum} Conſiderandum eſt ergo circa primum, ꝙ ſicut in ſcientia eſt duplex potẽtia, & duplex actus, ita eſt & circa ſenſum. Nam quod nondum habet ſenſum & natum eſt habere, eſt in potẽtia ad ſenſum. Et quo iam habet ſenſum, & nondum ſentit, eſt potentia ſentiens ſicut circa ſcientiam dicebatur. Sicut autem de potentia prima aliquid mutatur in primum actũ, dum acquirit ſcientiam per doctrinam, ita de prima potentia ad ſenſum, aliquid mutatur in actum, vt, ſcilicet habeat ſenſum per generationem. Senſus autem naturaliter ineſt animali. vnde ſicut per generationem acquirit propriam naturam, & ſpeciem, ita acquirit ſenſum. Secus autem eſt de ſcientia, quæ nõ ineſt homini per naturam, ſed acquiritur per inuentionem, & diſciplinam. Hoc eſt ergo ꝙ dicit, ꝙ prima mutatio ſenſitiui fit à generante. Manifeſtat autem primam mutationem, quæ eſt de pura potentia in actum primum ducens. Nec autem mutatio fit à generante, nam per virtutem, quæ eſt in ſemine, educitur anima ſenſitiua de potentia in actum cum omnibus ſuis potentijs. Cum autem animal iam generatum eſt, tunc hoc modo habet ſenſum, ſicut aliquis habet ſciẽtiam, quando iam didicit. Sed quando iam ſentit ſecundum actum, tunc ſe habet ſicut ille, qui iam actu conſiderat. Deinde cum dicit.

Differentia tamen eſt. Nam ea, quæ actu ſenſum efficiunt extra ſunt, ipſum, inquam, viſibile, & audibile, & ſenſibilium cætera. Cuius cauſa eſt hæc. Actu nanque ſenſus ſingularium eſt: Scientia vero vniuerſalium eſt, hæc autem in ipſa anima quodam modo ſunt. Quapropter intelligere quidem, cum quiſpiam voluerit, in ipſo eſt ſitum. Sentire autem non collocatur in ipſo. Neceſſe eſt enim ſenſibile ipſum adeſſe. Pari modo res ſeſe habet, & in ſciẽtijs ſenſibilium, & ob eandem vtique cauſam, quia ſenſibilia ſingularia ſunt & externa, ſicuti diximus. Sed, vt de his exactius dilucidiusúe dicamus, dabitur nobis rurſus occaſio.

Text. comment. 60. *Differunt tamen, quia actiua ſenſitiuæ operationis, extra ſunt, nempe viſibile, & audibile. Similiter autem, & reliqua ſenſibilium. Cauſa autem eſt, quoniam ſingulariũ quidem, ſecundum actum ſenſus: Scientia autem vniuerſalium. Hæc enim in ipſa quodammodo ſunt anima, vnde intelligere in ipſa eſt, cum velit. Sentire autem non eſt in ipſa. Neceſſarium eſt enim adeſſe ſenſibile. Similiter autem & hoc ſe habet, & in ſcientijs ſenſibilium & propter eandem cauſam, quia ſenſibilia ſingularia ſunt, & externa. Sed de his quidem certificare, tempus erit rurſum.*

Quia poſuerat ſimilitudinem inter ſentire in actu, & conſiderare, vult oſtendere differentiam inter ea. cuius quidem differentiæ cauſam aſsignare incipit ex differentia obiectorum, ſcilicet ſenſibilium, & intelligibilium, quæ ſentiuntur & conſiderantur in actu. Senſibilia enim quæ ſunt actiua operationis ſenſitiuæ ſcilicet viſibile, & audibile, & alia huiuſmodi, ſunt extra animam. Cuius cauſa eſt, quia ſenſus ſecundum actum, ſunt ſingularium quæ ſunt extra animam, ſed ſciẽtia eſt vniuerſalium, quę quodãmodo ſunt in anima. Ex quo patet, ꝙ ille, qui iam habet ſcientiam, non oportet ꝙ quærat extra ſua obiecta, ſed habet ea in ſe, vnde poteſt conſiderare ea cum vult, niſi forte per accidens impediatur. Sed ſentire non poteſt aliquis cum vult, quia ſenſibilia non habet in ſe, ſed oportet ꝙ aſsint ei extra. Et ſicut eſt de operatione ſenſuum, ita eſt in ſcientijs ſenſibilium, quia etiam ſenſibilia ſunt de numero ſingularium, & eorum quæ ſunt extra animam. Vnde homo non poteſt conſiderare ſecundum ſcientiam, omnia ſenſibilia, quæ vult, ſed illa tantũ, quæ ſenſu percepit. Sed ſecundum certitudinem determinare de his, iterum erit tempus, ſcilicet in 3. vbi agetur de intellectu, & de comparatione intellectus ad ſenſum. Circa ea vero, quæ hic dicuntur, conſiderandum eſt, quare ſenſus ſit ſingularium, ſcientia vero vniuerſalium, & quomódo vniuerſalia ſint in anima. Sciendum eſt igitur circa primum, ꝙ ſenſus eſt virtus in organo corporali, intellectus vero eſt virtus immaterialis quæ non eſt actus alicuius organi corporalis. Vnumquodque autem recipitur in aliquo per modum ſui, cognitio autem omnis fit per hoc, ꝙ cognitum eſt aliquo modo in cognoſcente, ſcilicet ſecundum ſimilitudinem. nam cognoſcens in actu, eſt ipſum cognitum in actu. oportet igitur ꝙ ſenſus corporaliter, & materialiter recipiat ſimilitudinem rei, quæ ſentitur. Intellectus autem recipit ſimilitudinẽ eius, quod intelligitur, incorporaliter, & immaterialiter. Indiuiduatio autem naturæ communis in rebus corporalibus, & materialibus, eſt ex materia corporali, ſub determinatis dimenſionibus contenta, vniuerſale autem eſt per abſtractionem ab huiuſmodi materia, & materialibus conditionibus indiuiduantibus. Manifeſtum eſt igitur, quod ſimilitudo rei recepta in ſenſu repreſentat rem, ſecundum quod eſt ſingularis, recepta autem in intellectu, repreſentat rem ſecundum rationem vniuerſalis naturæ. & inde eſt, quod ſenſus cognoſcit ſingularia, intellectus vero vniuerſalia, & horum ſunt ſcientiæ. Circa ſecundum vero conſiderandum eſt, quod vniuerſale poteſt accipi dupliciter. Vno modo poteſt dici vniuerſale ipſa natura communis, prout ſubiacet intentioni vniuerſalitatis. Alio modo ſecundum ſe. Sicut & album poteſt accipi dupliciter, vel id, cui accidit eſſe album, vel ipſummet, ſecũdum quod ſubeſt albedini. Iſta autem natura, cui aduenit intentio vniuerſalitatis, puta natura hominis, habet duplex eſſe: vnum quidem materiale, ſecundum quod eſt in materia naturali, aliud autem immateriale, ſecundum quod eſt in intellectu. Secundum igitur, quod habet eſſe in materia naturali, non poteſt ei aduenire intentio vniuerſalitatis, quia per materiam indiuiduatur. Aduenit igitur ei vniuerſalitatis intentio, ſecundum quod abſtrahitur à materia indiuiduali. Non eſt autem poſsibile, quod abſtrahatur à materia indiuiduali realiter, ſicut Platonici poſuerunt. Non enim eſt homo naturalis, id eſt realis, niſi in his carnibus, & in his oſsibus, ſicut probat Philoſophus in 7. Metaphy. Relinquitur igitur, quod natura humana non habet eſſe præter principia indiuiduantia, niſi tantum in intellectu. Nec tamen intellectus eſt falſus, dum apprehendit naturam communem præter principia indiuiduantia, ſine quibus eſſe non poteſt in rerum natura. Non enim apprehendit hoc intellectus, ſcilicet ꝙ natura communis ſit ſine principijs indiuiduantibus, ſed apprehendit naturam communem non apprehendendo principia indiuiduantia, & hoc non eſt falſum. Primum autem eſſet falſum, ſicut ſi ab homine albo ſepararem albedinem hoc modo, ꝙ intelligerem eum non eſſe album, eſſet enim tunc apprehenſio falſa, ſi autem ſic ſepararem

Text. comment. 1. & inde.

Quare ſenſus eſt ſingularium & intellectus vniuerſalium.

Quomodo vniuerſalia ſint in anima, & quomodo in rebus.

Vniuerſale dupliciter poteſt cõſiderari.

Lectio. 7.

Tex. commen. 28.

Lege inferius lib. 3. in text. 11. & 35.

pararem albedinem ab homine, ꝙ apprehenderem hominem, nihil apprehendendo de albedinē eius, non eſſet apprehenſio falſa. Non enim exigitur ad veritatem apprehenſionis, vt qui apprehendit rem aliquam apprehendat omnia, quæ inſunt ei. Sic igitur intellectus abſque falſitate abſtrahit genus à ſpeciebus, inquantum intelligit naturam generis non intelligendo differentias. Et ſimiliter abſtrahit ſpeciem ab indiuiduis, inquantum intelligit naturam ſpeciei, non intelligēdo indiuidualia principia. Sic igitur patet, ꝙ naturæ communi non poteſt attribui intentio vniuerſalitatis niſi ſecundum eſſe quod habet in intellectu, ſic enim ſolum, eſt vnum de multis, prout intelligitur præter principia, quibus vnum in multa diuiditur. vnde relinquitur, ꝙ vniuerſalia ſecūdum ꝙ ſunt vniuerſalia, non ſunt niſi in anima. Ipſæ autem naturæ, quibus accidit intentio vniuerſalitatis, ſunt in rebus. Et propter hoc, nomina cōmunia ſignificantia naturas ipſas, prædicantur de indiuiduis, non autem nomina ſignificantia intentiones. Socrates enim eſt homo, ſed non eſt ſpecies, quamuis homo ſit ſpecies. Deinde cum dicit.

Cur hæc vera ſit, Socra. eſt hō, non autem illa, Socr. eſt ſpecies.

Duplex potentia, remota, & propinqua.

Nunc id ſit à nobis determinatum, cum ſimplex, inquam, non ſit id, quod dicitur eſſe potentia, ſed aliud quidem ſit, vt puer, quem militare poſſe, dicere licet, aliud autem, vt hiſce, qui iam ætate, militariq; arte, aptus euaſit ad militandum, ſenſitiuum ſimiliter ſe habere: atque cum ipſorum differētia nomine careat: determinatum autem ſit ipſa eſſe diuerſa, & quo pacto diuerſa ſunt: neceſſe eſt ipſo pati, ac alterari, tanquam proprijs nominibus, vti. Ipſum autem ſenſitiuum potentia tale eſt, quale iam ipſum ſenſibile eſt actu, ſicuti diximus. Patitur igitur, cum eſt non ſimile: at paſſum euaſit ſimile, & eſt tale, quale eſt illud.

Tex. comment. 61. *Nunc autem tantum ſit diffinitum, quod cum non ſimpliciter ſit id, quod potentia dicitur, ſed aliud quidem, ſicut ſi dicamus, puerum poſſe militare, aliud autem, ſicut*

Tex. commen. 62. *in ætate exiſtentem, ſic habet & ſenſitiuum. Quoniam autem innominata eſt ipſorum differentia: determinatum eſt autem de his, quod altera ſunt, & quomodo altera: vti neceſſe eſt ipſo pati, & alterari, tanquam proprijs nominibus. Senſitiuum autem potentia tale eſt, quale iam actu eſt ſenſibile, ſicut dictum eſt. Patitur igitur non ſimile exiſtens, paſſum autem aſſimilatū eſt, & eſt tale, quale illud.*

Recolligit quod dictum eſt de ſenſu. Et dicit, ꝙ nunc tantum ſit diffinitum, ꝙ non ſimpliciter dicitur id, quod eſt in potentia, ſed multipliciter. Vno enim modo dicimus puerum poſſe militare, ſecundum potentiam remotam. Alio modo poſſe dicimus militare, quoniam iam eſt in ætate, perfecta & hoc ſecundum potentiam propinquam. Et ſimiliter ſe habet in ſenſitiuo. Dupliciter enim eſt aliquis in potentia ad ſentiendum aliquid, vt iam dictum eſt. Et licet non ſint nomina poſita, in quibus harū differentia potentiarum oſtendatur, tamen determinatū eſt, ꝙ iſtæ potentiæ ſunt alteræ abinuicem, & quomodo ſint alteræ. Et licet alterari & pati non propriæ dicatur aliquid, ſecundum ꝙ exit de potentia ſecunda in actum, prout habens ſenſum fit actu ſentiens, tamen neceſſe eſt vti hoc ipſo, quod eſt pati, & alterari, ac ſi eſſent nomina propria & conuenientia: quia ſenſitiuum in potentia eſt tale, quale eſt in actu ſenſibile. Et propter hoc ſequitur, ꝙ ſecundum ꝙ patitur à principio, non eſt ſimilis ſenſus ſentienti, ſed ſecundum ꝙ iam eſt paſſum, eſt aſſimilatum ſenſibili, & eſt tale, quale eſt illud. Quod quia diſtinguere neſcierunt antiqui philoſophi poſuerunt ſenſum eſſe compoſitum ex ſenſibilibus.

LECTIO XIII.

Primum de ſenſibilibus vniuſcuiuſque ſenſus dicendum eſſe proponit. Deinde ſenſibilia diuidit in tria, in ſenſibilia per accidens, & ſenſibilia per ſe, quorum alia propria, alia communia iure ſunt appellata.

At enim de vnoquoque ſenſu, deinceps à ſenſibilibus cuiusque proficiſcentes, dicamus oportet. De ſenſuum obiecto.
Atque prius ipſa ſenſibilia diſtinguenda eſſe videntur. Senſibile itaque trifariam dicitur. Senſibilium enim quædam per ſe, quædam per accidens ſentiuntur. Et illorum, rurſus alia ſunt vniuſcuiusq; propria ſenſus, alia communia cunctis. Senſibile tripliciter.

Dicendum autem eſt ſecundum vnumquemque ſenſum, de ſenſibilibus primo. Dicitur autem ſenſibile tripliciter: quorum duo quidem dicimus per ſe ſentiri, vnum autem per accidens. Duorum autem, aliud quidem proprium eſt vniuſcuiuſque ſenſus, aliud autem commune omnium. Tex. commen. 63.

Poſtquam oſtendit Philoſophus, quomodo ſe habet ſenſus ad ſenſibilia, incipit determinare de ſenſibili, & ſenſu. Et diuiditur in partes duas. In prima parte determinat de ſenſibilibus. In ſecunda de ſenſu, ibi {Quod autem vniuerſaliter de omni ſenſu &c.} Prima diuiditur in duas partes. In prima diſtinguit ſenſibilia propria ab alijs modis ſenſibilium. In ſecunda determinat de ſenſibilibus proprijs ſecūdum vnūquemque ſenſum, ibi {Cuius quidem eſt viſus &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit diuiſionem ſenſibilium. Secundo exponit membra diuiſionis, ibi {Dico autem proprium quidem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ antequam determinetur de ſenſu quidnam ſit, oportet primo dicere de ſenſibilibus ſecundum vnumquemque ſenſum, quia obiecta ſunt præuia potentijs. Senſibilia vero tribus modis dicuntur. Vno quidem modo per accidens, & duobus modis per ſe: quorum vno dicuntur ſenſibilia illa, quæ propria ſunt ſingulis ſenſibus, alio modo dicuntur ſenſibilia illa, quæ communiter ſentiuntur ab omnibus, quæ ſentiunt.

Deinde cum dicit.

Atque proprium id ſenſibile dico, quo alio ſenſu ſentiri non poteſt, & circa quod error fieri nequit. vt color reſpectu viſus, & ſonus, auditus, ſapor, guſtus. Tactus autem plures differentias habet quidem: indicat tamen de illis, vt cæterorum ſenſuum quiſque de ſuo ſenſibili, & non decipitur. Viſus enim non errat eſſe colorem, aut auditus eſſe ſonum, ſed quid ſit id, quod eſt infectum colore, vel vbi, aut quid ſonans. Huiuſcemodi igitur ſenſibilia dicuntur vniuſcuiuſque propria ſenſus. Quid ſit proprium ſenſibile.

Dico autem proprium quidem, quod non contingit altero ſenſu ſentiri, & circa quod non contingit errare. vt viſus, coloris, & auditus, ſoni, & guſtus, ſaporis: Tactus autem plures habet differentias. Sed vnuſquiſque ſenſus indicat de his, & non decipitur, neque viſus, quoniam color: neque auditus, quoniam ſonus ſit, ſed quid eſt coloratum, aut vbi, aut quid ſonans. Huiuſmodi igitur dicuntur propria vniuſcuiuſque ſenſus obiecta.

Exponit membra diuiſionis. Et primo exponit quæ ſunt ſenſibilia propria. Et dicit, ꝙ ſenſibile proprium eſt quod ita ſentitur vno ſenſu, ꝙ non poteſt alio ſenſu ſentiri, & circa quod non poteſt errare ſenſus. ſicut viſus proprie eſt cognoſcitiuus coloris, & auditus ſoni, & guſtus humoris, id eſt ſaporis, ſed tactus habet plures differentias appropriatas ſibi: cognoſcit n. calidū & humidū, frigidum, & ſiccum, graue, & leue, & huiuſmodi multa.

Vnuſquiſque

Vniuſcuiuſque autem horum ſenſuum iudicat de proprijs ſenſibilibus, & non decipitur in eis, ſicut viſus non decipitur ꝙ ſit talis color, neque auditus decipitur de ſono. Sed circa ſenſibilia per accidens vel communia, decipiuntur ſenſus, ſicut decipitur viſus, ſi velit iudicare homo per ipſum, quid eſt coloratum, aut vbi ſit. Et ſimiliter decipitur quis, ſi velit iudicare per auditum quid eſt quod ſonat. Hæc igitur ſunt propria ſenſibilia vniuſcuiuſque ſenſus. Secundo ibi.

Quid ſenſibile commune.

Communia vero ſunt hæc, motus quies, numerus, figura, & magnitudo. Talia nanque nullius ſunt propria ſenſus, ſed omnibus cõmunia ſunt. Etenim tactu, motus quidam ſenſibilis eſt, atque viſu.

Text. comment. 64.

Communia autem ſunt motus, quies, numerus, figura, magnitudo. huiuſmodi enim nullius ſenſus ſunt propria. ſed communia omnibus, Tactu enim ſe igitur ſunt ſenſibilia hæc.

Expouit ſecundum membrum diuiſionis dicẽs, quod communia ſenſibilia ſunt iſta quinque, motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. Hæc.n. nullius ſenſus vnius ſunt propria, ſed ſunt communia omnibus. Quod non eſt ſic intelligendum quaſi omnia iſta ſunt omnibus communia, ſed quædam horum, ſcilicet numerus, motus, & quies, ſunt communia omnibus ſenſibus. Tactus vero, & viſus percipiũt omnia quinque. Sic igitur manifeſtum eſt quæ ſint ſenſibilia per ſe. Tertio ibi.

Sẽſibile per ſe, & per accidens differunt.

Per accidens autem ſenſibile dicitur, vt ſi album Diari filius ſit. Per accidẽs enim hoc ſentitur, quia albo quod ſentitur, id accidit. Quapropter & nihil ipſe ſenſus ab huiuſcemodi ſenſilibus patitur vt talia ſunt. Eorum aũt, quæ per ſe ſentiuntur, illa ſunt proprie ſenſibilia, quæ propria ſunt, & ad quæ ſubſtantia vniuſcuiuſque ſenſus eſt apta.

Tex. commen. 65.

Secundum accidens autem dicitur ſenſibile, vt ſi albũ ſit Diari filius. Secundum accidens etenim hic ſentitur, quoniam album eſſe, huic accidit, quod ſentitur: vnde ſenſus nihil patitur à ſenſibili, quatenus tale eſt. Senſibilium autem ſecundum ſe ea proprie propria ſenſibilia ſunt, & ad quæ ſubſtantia vniuſcuiuſque ſenſus eſt naturaliter accommodata.

Exponit tertium membrum diuiſiunis, & dicit: ꝙ ſecundum accidens ſenſibile dicitur, vt ſi dicamus ꝙ Diarius, vel Socrates eſt ſenſibile per accidens, quia accidit ei eſſe album. Hoc enim ſentitur per accidens, quod accidit ei, quod ſentitur per ſe, accidit autem albo, quod eſt ſenſibile per ſe ꝙ ſit Diarius, vnde Diarius eſt ſenſibile per accidens. Vnde nihil patitur ſenſus ab hoc, inquantum huiuſmodi. Quamuis autem ſenſibilia communia, & ſenſibilia propria ſint per ſe ſenſibilia, tamen propria ſenſibilia ſunt proprie per ſe ſenſibilia, quia ſubſtantia vniuſcuiuſque ſenſus, & eius diffinitio eſt in hoc, quod eſt aptum natum pati à tali ſenſibili. Ratio autem vniuſcuiuſque potentiæ conſiſtit in habitudine ad proprium obiectum. Dubitatur autem hic de diſtinctione ſenſibilium cõmunium, à ſenſibilibus per accidens. Sicut enim ſenſibilia per accidens non apprehenduntur, niſi inquantum ſenſibilia propria apprehenduntur ſic nec ſenſibilia communia apprehenduntur, niſi apprehendantur ſenſibilia propria: nunquam enim viſus apprehendit magnitudinem, aut figuram, niſi inquantum apprehendit coloratum: videtur ergo ꝙ ſenſibilia communia ſint etiã ſenſibilia per accidens. Dicunt igitur quidam, ꝙ huiuſmodi communia ſenſibilia non ſunt ſenſibilia per accidens, propter duas rationes. Primo quidem, quia huiuſmodi ſenſibilia communia ſunt propria ſenſui communi, ſicut

Quid per accidens ſentiatur.

Dubium.

Reſponſio duplex. Cõmen.

ſenſibilia propria, ſunt propria ſingulis ſenſibus. Secundo, quia ſenſibilia propria non poſſunt eſſe ſine ſenſibilibus communibus, poſſunt autem eſſe ſine ſenſibilibus per accidens. Vtraque autem reſponſio incompetens eſt. Prima quidem, quia falſum eſt, ꝙ iſta ſenſibilia communia ſint propria obiecta ſenſus communis. Senſus enim communis eſt quædam potentia, ad quam terminantur immutationes omnium ſenſuum, vt infra patebit. Vnde impoſsibile eſt ꝙ ſenſus communis habeat aliquod proprium obiectum, quod non ſit obiectum ſenſus proprij. Sed circa immutationes ipſas ſenſuum propriorũ à ſuis obiectis, habet ſenſus cõmunis aliquas operationes proprias, quas ſenſus proprij habere nõ poſſunt. ſicut ꝙ percipit ipſas immutationes ſenſuum, & diſcernit inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum. Senſu enim communi percipimus, nos videre, & diſcernimus inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum, ſcilicet album & dulce. Præterea, Dato ꝙ ſenſibilia communia eſſent propria obiecta ſenſus cõmunis, non excluderetur quin eſſent per accidens ſenſibilia, reſpectu ſenſuum propriorum. Sic enim agitur de ſenſibilibus, ſecundum ꝙ habent habitudinem ad ſenſus proprios. nam potentia ſenſus communis nondum eſt declarata. Quod autem eſt obiectum proprium alicuius interioris potentiæ, contingit eſſe per accidens ſenſibile, vt poſtea dicetur. Nec eſt mirum, quia hoc quod eſt per ſenſibile, vni ſenſuum exteriorum, eſt per accidens ſenſibile reſpectu alterius. ſicut dulce eſt per accidens viſibile. Secunda etiam ratio non eſt competens. Non enim refert ad id, quod eſt ſenſibile per accidẽs, vtrum id, quod eſt ſubiectum ſenſibilis qualitatis, ſit per ſe ſubiectũ eius, vel non per ſe. Nullus enim diceret ignem, qui eſt proprium ſubiectum caloris, eſſe per ſe ſenſibile tactu. Et ideo aliter dicendum, ꝙ ſentire conſiſtit in quodam pati & alterari, vt ſupra dictũ eſt. Quicquid igitur facit differentiam in ipſa paſsione, vel alteratione ſenſus, habet per ſe habitudinem ad ſenſum, & dicitur ſenſibile per ſe. Quod autem nullã facit differentiam circa immutationem ſenſus, dicitur ſenſibile per accidens. Vnde & in litera dicit Philoſophus, ꝙ à ſenſibili per accidens, nihil patitur ſenſus, ſecundum ꝙ huiuſmodi. Differentiam autẽ circa immutationem ſenſus poteſt aliquid facere dupliciter. Vno modo quantum ad ipſam ſpeciem agentem, & ſic faciunt differentiam circa immutationem ſenſus, ſenſibilia per ſe, ſecundum quod hoc eſt color, illud autem eſt ſonus, hoc autem eſt album, illud vero nigrum. Ipſæ enim ſpecies actiuorum in ſenſu actu, ſunt ſenſibilia propria, ad quæ habet naturalem aptitudinem potentia ſenſitiua, & propter hoc ſecundum aliquam differentiam horum ſenſibilium diuerſificantur ſenſus. Quędam vero alia faciunt differentiam in tranſmutatione ſenſuum, nõ quantum ad ſpeciem agentis, ſed quantum ad modum actionis. Qualitates enim ſenſibiles mouent ſenſum corporaliter, & ſitualiter. Vnde aliter mouent ſecundum ꝙ ſunt in maiori vel minori corpore, & ſecundum ꝙ ſunt in diuerſo ſitu, ſcilicet vel propinquo, vel remoto, vel eodem, vel diuerſo. Et hoc modo faciunt circa immutationem ſenſuum, differentiam ſenſibilia communia. Manifeſtum eſt enim ꝙ ſecundum omnia hæc quinque diuerſificatur magnitudo, vel ſitus. Et quia non habent habitudinem ad ſenſum, vt ſpecies actiuorum, ideo ſecũdum ea non diuerſificantur potentiæ ſenſitiuæ, ſed remanent communia pluribus ſenſibus. Viſo igitur quomodo dicantur per ſe ſenſibilia, & communia, & propria, reſtat videndũ, qua ratione dicatur aliquid ſenſibile per accidẽs,

Improbatio primę reſpõſionis.
Commen. Lib. 3. Tex. comment. 134.

Libro. 3. Text. comment. 134.
Improbatio ſecundæ reſponſionis.
Commen. & Albert. Tex. commen. 37.

Sciendum

Senſibile per accidens q. d. Senſibile per accidens duplicem exigit conditionem.

Sciendum eſt igitur, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquid ſit ſenſibile per accidens, primo requiritur ꝙ accidat ei, quod per ſe eſt ſenſibile, ſicut accidit albo, eſſe hominē, & accidit ei eſſe dulce. Secundo requiritur, ꝙ ſit apprehenſum à ſentiente, ſi enim accideret ſenſibili, ꝙ lateret ſentientem, non diceretur per accidens ſentiri. Oportet igitur ꝙ per ſe cognoſcatur ab aliqua alia potentia cognoſcitiua ſentientis. Et hoc quidem vel eſt alius ſenſus, vel eſt intellectus, vel vis cogitatiua, aut vis æſtimatiua. Dico autem ꝙ eſt alius ſenſus, ſicut ſi dicamus, ꝙ dulce eſt viſibile per accidens inquantum dulce accidit albo, quod apprehenditur viſu, & ipſum dulce per ſe cognoſcitur ab alio ſenſu, ſcilicet à guſtu. Sed vt proprie loquamur hoc non eſt vniuerſaliter ſenſibile per accidens, ſed per accidens viſibile, ſenſibile autem per ſe. Quod ergo ſenſu proprio non cognoſcitur, ſi ſit aliquid vniuerſale, apprehenditur intellectu, non tamen omne, quod intellectu apprehendi poteſt in re ſenſibili, poteſt dici ſenſibile per accidens, ſed ſtatim quod ad occurſum rei ſenſatæ apprehenditur intellectu. Sicut ſtatim cum video aliquem loquentem, vel mouere ſeipſum apprehendo per intellectum, vitam eius, vnde poſſum dicere ꝙ video eum viuere. Si uero apprehendatur in ſingulari, vtputa cum video coloratum, percipio hunc hominem vel hoc animal, huiuſmodi quidem apprehenſio in homine fit per vim cogitatiuam, quæ dicitur etiam ratio particularis, eo ꝙ eſt collatiua intentionum indiuidualium, ſicut ratio vniuerſalis eſt collatiua rationum vniuerſalium. Nihilominus tamen hæc vis eſt in parte ſenſitiua, quia vis ſenſitiua in ſui ſupremo participat aliquid de vi intellectiua in homine, in quo ſenſus intellectui coniungitur. In animali vero irrationali fit apprehēſio intentionis indiuidualis per æſtimatiuam naturalem, ſecundum ꝙ ouis per auditum vel viſum cognoſcit filium, vel aliquid huiuſmodi. Differenter tamē circa hoc ſe habet cogitatiua, & æſtimatiua. Nam cogitatiua apprehendit indiuiduum, vt exiſtēs ſub natura cōmuni, quod contingit ei, inquantum vnitur intellectiuæ, in eodem ſubiecto, vnde cognoſcit hunc hominem, prout eſt hic homo, & hoc lignum prout eſt hoc lignum. Aeſtimatiua autem non apprehendit aliquod indiuiduum, ſecundum ꝙ eſt ſub natura communi, ſed ſolum ſecūdum ꝙ eſt terminus, aut principium alicuius actionis vel paſsionis, ſicut ouis cognoſcit hunc agnum, non inquantum eſt hic agnus, ſed inquantum eſt ab ea lactabilis, & hanc herbā, inquantum eſt eius cibus. Vnde alia indiuidua ad quæ ſe non extendit eius actio vel paſsio, nullo modo apprehendit ſua æſtimatiua naturali. Naturalis enim æſtimatiua datur animalibus, vt per eam ordinentur in actiones proprias, vel paſsiones, proſequendas, vel fugiendas.

Cogitatiuis Rō particularis. Officiū cogitatiuæ in homine & æſtimatiuæ in brutis & differentia earundem potētiarū.

LECTIO XIIII.

Quod color ſit proprium obiectum viſus, ac viſibile per ſe: Quid item diaphanum, ac lumen ſit exponit, & lumen ipſum nō eſſe corpus probat.

Tex. commen. 66.

A Vius igitur viſus eſt perceptiuus, id eſt viſibile: Viſibile vero eſt color, & id, quod oratione quidem explicare, ac dicere licet nomine autem caret, atque idipſum maxime patebit, cum vlterius procedemus.

Cuius quidem eſt viſus, hoc eſt viſibile: viſibile autem eſt color quidem, et id, quod oratione quidem dicere poſſumus, innominatum autem eſt. Manifeſtum autem erit, quōd dicimus vbi longius erimus progreſſi.

Poſtq̄ Philoſophus diſtinxit propria ſenſibilia à cōmunibus ſenſibilibus, & à ſenſibilibus ſecundū accidens, hic determinat de proprijs ſenſibilibus ſm vnūquemq; ſenſum. Et primo de proprio ſenſibili viſus. Secundo de proprio ſenſibili auditus, ibi {Nunc autem primum de ſono &c.} Tertio de proprio ſenſibili olfactus, ibi {De odore autem &c.} Quarto de proprio ſenſibili guſtus, ibi {Guſtabile autem eſt &c.} Quinto de proprio ſenſibili tactus, ibi {De tangibili autem, & tactu &c.} Circa primū duo facit. Primo determinat de viſibili. Secundo dicit, quomodo viſibile videatur, ibi {Nunc autem in tantum &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat quid eſt viſibile, diſtinguens viſibile in duo. Secundo determinat de vtroq; viſibili, ibi {Viſibile enim eſt color &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cum dictum ſit, ꝙ propria ſenſibilia ſunt, quæ vnuſquisq; ſenſus proprie percipit, illud ſenſibile cuius proprie perceptiuus eſt viſus, hoc eſt viſibile. Sub viſibili autem comprehenduntur duo. Nam viſibile eſt color, & eſt quoddam aliud, quod ratione quidem deſignari poteſt, ſed non habet proprium nomen ſibi impoſitum. quod quidem viſibile competit his, quę videntur de nocte, ſicut ſunt noctilucæ, & putredines quercuum, & huiuſmodi, de quibus erit manifeſtum in proceſſu huius tractatus, poſtquam ingreſsi fuerimus in cognitionem viſibilis, ex cognitione coloris, quod eſt manifeſtius viſibile. Deinde cum dicit.

Viſibile igitur eſt color, hic autē eſt id, quod in eo, quod per ſe, viſibile eſt. Per ſe vero, non ratione, ſed quia in ſe cauſam habet, vt ſit viſibile. Color autem omnis motiuus eſt eius, quod eſt perſpicuum actu, & id eſt ipſius natura. Quapropter non eſt viſibile abſque luce, ſed omnis vniuſcuiuſque color in lumine ſane videtur. Quamobrem quidnam ſit ipſum lumen prius dicere declarareque oportet.

Quid ſit color. Sine luce videri nihil poteſt.

Viſibile enim eſt color: hic autem eſt, de quo viſibile per ſe prædicatur, ſecundum ſe autem, non ratione, ſed quoniā in ſeipſo habet cauſam eſſendi viſibile. Omnis enim color motiuus eſt eius, quod ſecundum actum eſt diaphani, & hæc eſt ipſius natura. Vnde nihil eſt viſibile ſine lumine, ſed omnino vnuſquiſque color per lumen viſibilis eſt. Quapropter de lumine primo dicendum eſt quid ſit.

Tex. comment. 67.

Determinat de vtroque viſibili. Et primo de colore, ſecundo de eo, quod dixit eſſe innominatum: ibi { Non autem omnia viſibilia &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo color ſe habet ad hoc, ꝙ ſit viſibilis. Secundo determinat de his, quæ requiruntur ad hoc, ꝙ color videatur: ibi {Eſt igitur aliquid diaphanum &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cum color ſit quoddam viſibile, eſſe viſibile conuenit ei ſecundum ſe: nam color in eo quod eſt color, eſt viſibilis per ſe. Per ſe autem dupliciter dicitur. Vno enim modo dicitur propoſitio per ſe, cuius prædicatum cadit in diffinitione ſubiecti, ſicut iſta: Homo eſt animal: animal enim cadit in diffinitione hominis, & quia id, quod eſt in diffinitione alicuius, eſt aliquo modo cauſa eius, in his quæ ſunt per ſe, dicuntur prædicata eſſe cauſa ſubiecti. Alio modo dicitur propoſitio per ſe, cuius econtrario ſubiectum ponitur in diffinitione prædicati, ſicut ſi dicatur, naſus eſt ſimus, vel numerus eſt par, ſimum enim nihil aliud eſt, quam naſus curuus, & par nihil aliud eſt, quàm numerus medietatem habens, & in iſtis ſubiectum eſt cauſa prædicati. Intelligendum eſt ergo, ꝙ color eſt viſibilis per ſe, hoc ſecundo modo, & nō primo. Nam viſibilitas eſt quędam paſſio, ſicut ſimum eſt paſsio naſi. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ color

Prædicata.

Non tamen vt paſsio c

loris adęquata ſed ſuperioris generis puta lucis.

color ſecundum ſe eſt viſibile (non ratione).i.non ita ꝙ viſibile ponatur in eius diffinitione, ſed quia in ſe ipſo habet cauſam, vt ſit viſibile, ſicut ſubiectum in ſeipſo habet cauſam propriæ paſsionis. Quod probat per hoc, ꝙ omnis color eſt motiuus diaphani ſecundum actum: Diaphanum autem eſt idem quòd tranſparens, vt aer vel aqua, & hoc habet color de ſui natura, quod poſsit mouere diaphanum in actu. Ex hoc autem quòd mouet diaphanum in actu, eſt viſibile: vnde ſequitur quòd color ſecundum ſuam naturam eſt viſibilis. Et quia diaphanum non fit in actu, niſi per lumen: ſequitur ꝙ color non ſit viſibilis ſine lumine. Et ideo antequam oſtendatur qualiter color videatur, dicendum eſt de lumine.

Diaph. quid.

Deinde cum dicit.

Quid diaphanum ſeu perſpicuum.

Eſt igitur aliquid perſpicuum. Perſpicuum autem id dico, quod eſt quidem viſibile, non eſt autem, vt ſimpliciter dicam, per ſe, ſed per alienum colorem viſibile. Atq; res talis eſt aer, & aqua et ſolidorum cõplura, vt vitrum. & glacies, & huiuſmodi corpora. Non enim aqua vel aer, vt eſt aqua, vel aer, perſpicuum eſt, ſed quia natura eadem ineſt his vtriſque, & perpetuo ſuperno corpore.

Tex. com. men. 68.

Eſt igitur aliquid diaphanum. Diaphanum autem dico, quod eſt quidem viſibile, non autem ſecundum ſe viſibile, vt ſimpliciter eſt dicere, ſed propter extraneum colorem. Huiuſmodi autem eſt aer, & aqua, & multa ſolidorum. Non enim ſecundum quod aqua, neque ſecundum quod aer, diaphanum eſt, ſed quoniam eſt natura eadem in his vtriſque, & in perpetuo ſuperno corpore.

Determinat de his ſine quibus color videri non poteſt, ſcilicet diaphano, & lumine. Et diuiditur in partes tres. Primo oſtendit quid ſit diaphanum. Secundo determinat de lumine, quod eſt actus eius, ibi. {Lumen autem eſt huius actus &c.} Tertio oſtendit quomodo diaphanum eſt ſuſceptiuum coloris, ibi. {Eſt autẽ coloris &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cum color ſit motiuus ſecundum ſuam naturam diaphani, neceſſe eſt ꝙ diaphanum ſit aliquid. Eſt autem diaphanum, quod non habet proprium colorem, vt ſecundum ipſum videri poſsit, ſed eſt ſuſceptiuum extranei coloris, ſecundum quem aliquo modo eſt viſibile. Huiuſmodi autem diaphanum eſt, ſicut aer & aqua & multa corpora ſolida, vt lapides quidam, & vitrum. Licet autem alia accidentia, quæ conueniunt elementis & elementatis, conueniant eis ſecundum naturam elementorum, ſicut calidum & frigidum, graue. & leue, & alia huiuſmodi, tamen diaphanum non conuenit prædictis ex natura aeris, aut aquæ, ſecundum ꝙ huiuſmodi, ſed conſequitur quãdam naturam communem non ſolum aeri, & aquæ, quæ ſunt corpora corruptibilia, ſed conuenit etiam cęleſti corpori, quod eſt perpetuum, & incorruptibile. Manifeſtum eſt enim aliqua cœleſtia corpora eſſe diaphana. Non enim poſſemus videre ſtellas fixas, quæ ſunt in octaua ſphæra, niſi inferiores ſphæræ planetarum eſſe tranſparentes, vel diaphanæ. Sic ergo manifeſtum eſt quòd diaphanum non eſt proprietas conſequens naturam aeris, aut aquæ, ſed aliquam communiorem naturam, ex cuius proprietate oportet cauſam diaphanitatis aſsignare, vt poſtea apparebit.

Deinde cum dicit.

Quid lumẽ ſiue lumen.

Lumen autem actus eſt huiuſce perſpicui, ea nimirum ratione, qua perſpicuum eſt. At id eſt potentia, in quo nunc idipſum ineſt nunc tenebræ. Atque lumen quaſi perſpicui color eſt, cum eſt perſpicuum actu ab igne, vel ab huiuſcemodi corpore, quale eſt ipſum ſuperum corpus: nam huic ineſt aliquid vnum & idem.

Text. commeat. 69.

Lumen autem actus eſt huiuſmodi diaphani, ſecundum quod eſt diaphanum. Potentia autem, in quo, hoc eſt & tenebra. Lumen autem, vt color eſt diaphani, ſecũdum quod actu diaphanum ab igne, aut huiuſmodi, vt quòd ſurſum eſt corpus. Etenim huic aliquid ineſt vnum & idem.

Oſtendit quid ſit lumen. & primo manifeſtat veritatem. ſecundo excludit errorem. ibi. {Quod quidem igitur &c.} Dicit ergo primo, ꝙ lumen eſt actus diaphani, ſecundum quòd eſt diaphanum. Manifeſtum eſt enim, ꝙ neque aer, neque aqua, neque aliquid huiuſmodi, eſt actu tranſparens, niſi fuerit illuminatum. Ipſum autem diaphanum ſecundum ſe, eſt in potentia reſpectu luminis, & reſpectu tenebræ, quæ eſt priuatio luminis, ſicut materia prima eſt vt potentia reſpectu formæ & priuationis. Lumen autem comparatur ad diaphanum, ſicut color ad corpus terminatum, quia vtrunque eſt actus & forma ſui ſuſceptiui. Et propter hoc dicit, ꝙ lumen eſt quaſi quidam color diaphani, ſecundum ꝙ diaphanum eſt actu factum diaphanum ab aliquo corpore lucente, ſiue illud ſit ignis, aut aliquid aliud huiuſmodi, ſiue aliquod corpus cœleſte. Eſſe enim lucens actu & illuminatum, commune eſt igni & corpori cœleſti, ſicut eſſe diaphanum eſt commune aeri, & aquæ, & corpori cœleſti.

Deinde cum dicit.

Lumẽ neque corpus eſt, neq; vllius corporis defluxus.

Quid igitur eſt perſpicuum diximus, & quid etiam lumen. Nam neq; ignis eſt, neque omnino corpus, neque corporis eſt vllius defluxus. Eſſet enim quoddam, hoc quoque pacto, profecto corpus, ſed eſt ignis vel huiuſcemodi cuiuſdam in perſpicuo præſentia corporis.

Quid quidem igitur diaphanum, & quid lumen dictũ eſt, quòd neque ignis eſt, neque omnino corpus, neque defluxus corporis vllius. Eſſet enim vtique aliquod corpus, & ſic aut ignis, aut hmõi alicuius præſentia in diaphano.

Excludit falſam opinionem de lumine. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ lumen non eſt corpus. Secundo improbat quandam ſolutionem ad rationem quãdam, per quam poteſt probari lumen non eſſe corpus. ibi. {Et non recte Emped.} Circa primum tria facit. Primo ponit intentum & dicit, ꝙ cum dictum ſit quid eſt diaphanum, & quid lumen, manifeſtum eſt ꝙ lumen, neque eſt ignis, vt quidam dicebant, ponentes tres ſpecies ignis, carbonem, flammam, & lumen: neque aliquod corpus omnino, neque aliquid defluens ab aliquo corpore, ſicut poſuit Democritus, lumen eſſe quaſdam deciſiones defluẽtes à corporibus lucidis, ſcilicet atomos quoſdam. Si eſſent aliqua defluentia à corpore, ſequeretur ꝙ eſſent corpora vel aliquod corpus, & ſic nihil aliud eſſet lumen quàm præſentia ignis, aut alicuius huiuſmodi corporis in diaphano. nihil ergo differt, dicere quod lumen eſt corpus, aut quòd eſt defluxus corporis. Secundo ibi.

Fieri nanque non poteſt, vt in eodem ſint duo corpora ſimul.

Neque enim poſſibile eſt, duo corpora ſimul in eodem eſſe.

Probat quod propoſuerat tali ratione. Impoſsibile eſt duo corpora eſſe ſimul. ſi ergo lumen eſt corpus impoſsibile eſt quòd lumen ſit ſimul cum corpore diaphano, hoc autem eſt falſum. ergo lumen non eſt corpus.

Tertio ibi.

Videtur autem tenebris contrarium eſſe lumen. At tenebræ priuatio ſunt talis habitus, atque ignis, vel corporis talis abſentia à perſpicuo. Quare patet, huiuſce præſentiam eſſe lumen.

Tex. comment. 70.

Videtur autem lumen, contrarium eſſe tenebra. Eſt autem tenebra, priuatio huius habitus ex diaphano. Quare palam eſt quòd & huius præſentia lumen eſt.

Probat ꝙ lumen ſit ſimul cum diaphano. Contrariorum enim eſt idem ſubiectum: lumen autem & tenebra ſunt contraria, ſecundum modum quo priuatio & habitus eſt quædam contrarietas, vt dicitur in 10. Meta. Manifeſtum eſt autem, ꝙ tenebra eſt quædam priuatio huius habitus ſcilicet luminis in diaphano, & ſic ſubiectum tenebræ eſt diaphanum: ergo & præſentia dicti habitus, ſcilicet lucis, eſt lumen, ergo lumen eſt ſimul cum diaphano. Deinde cum dicit.

Text. cõ. 7. text. cõ. 15.

Atque non rectè dixit Empedocles, & ſi quis itidem cenſuit lumen ferri, atque extendi tãdem inter terram & continens, nosque idipſum latere. Hoc enim & rationis metas egreditur, & eſt præter ea nimirum, quę apparent. In paruo nanque ſpatio, motus fortaſſe lateret, ſed ab ortu ſolis ad occaſum, tanti corporis motum latere, magna nimirum profectò poſtulatio.

Et non rectè Empedocles, neque ſi aliquis alius ſic dixit, quòd feratur lumen, & extendatur in medio terræ & cõtinentis, nos autem lateat. Hoc enim eſt & extra eam, quæ in ratione, veritatem, & extra ea quæ videntur. In paruo enim ſpatio latere nos poſſet. Ab oriente autem in occidens latere, magna ad modum quæſtio eſt.

Reprobat quandam reſponſionem ad rationem quandam, quæ poteſt fieri contra ponentes lumen eſſe corpus. Poteſt enim contra eos ſic argui. Si lumen eſſet corpus, oporteret ꝙ illuminatio ſit motus localis luminis, deueniens in diaphanum. Nullus autem motus localis cuiuſcunque corporis, poteſt eſſe ſubitus, ſiue in inſtanti. ergo illuminatio non eſt ſubito ſed ſucceſſiue. Cuius contrarium videmus, quia in eodem inſtanti, in quo corpus lucidum præſentatur, illuminatur diaphanum totum ſimul, & non pars eius poſt partem. Non autem recte Empedo. neque quicunque alius dixit, ꝙ ſcilicet lumen feratur motu locali, tanquam corpus, & extendatur ſucceſſiue in ſpacio, quod eſt medium inter terram & continens, ſcilicet cœlum, & ꝙ iſta ſucceſſio nos lateat, ſed videatur nobis ꝙ totũ illuminetur ſimul & ſubito. Hoc enim dictum eſt contra veritatem, quæ poteſt ratione percipi, quia ad illuminationem diaphani nihil requiritur, niſi directa oppoſitio, abſque obſtaculo medio, corporis illuminatis ad illuminabile. Iterum eſt contra id quod apparet. Poſſet enim dici ꝙ ſucceſſio motus localis paruo ſpacio lateat nos ſed ꝙ lateat nos ſucceſſio in motu luminis, ab oriente, vſque ad occidentem horizontis noſtri hoc habet magnam quæſtionem, tanquam difficile aut omnino impoſſibile.

Succeſſio.

De natura luminis diaphani, horũque ad vidẽdum neceſſitate digreſſio.

Quia vero hic agitur de natura luminis, & diaphani, & neceſſitate luminis ad videndum, de his tribus conſiderandum eſt. Circa naturam igitur luminis diuerſi diuerſimode opinati ſunt, quidam enim opinati ſunt lumẽ eſſe corpus, vt in litera dicitur. Ad quod dicendum moti ſunt ex quibuſdam locutionibus, quibus vtimur, loquentes de lumine. Conſueuimus enim dicere, ꝙ radius tranſit per aerem, ꝙ reuerberatur, ꝙ radij ſe interſecant, quæ omnia videntur eſſe corporis. Quæ quidem opinio ſtare non poteſt, propter rationes, quas Ariſt. in litera adducit, & plures alias facile eſſet adducere. Non enim facile eſſet aſsignare, quomodo huiuſmodi corpus per totum hemiſphærium ſubito multiplicaretur aut generaretur, vel corrumperetur, quomodo etiam ſola oppoſitio corporis opaci eſſet cauſa corruptionis huius corporis in parte diaphani aliqua. Quod autem dicitur de motu luminis, aut reuerberatione ipſius, metaphorice dictum eſt, ſicut etiam poſſemus dicere, ꝙ calor procedit dum aliqua de nouo caleſiunt vel reuerberatur, cum habet obſtaculum. Quidam vero alij dixerunt, ꝙ lux eſt quædam natura ſpiritualis, argumentum ſumentes ꝙ in rebus intellectualibus, nomine luminis vtimur. dicimus enim in ſubſtantijs intellectualibus eſſe quoddam lumen intelligibile. Sed hoc etiam eſt impoſſibile. Impoſſibile eſt enim ꝙ aliqua natura ſpiritualis & intelligibilis cadat in apprehenſione ſenſus: qui cum ſit virtus corporea, non poteſt eſſe cognoſcitiuus, niſi rerum corporalium. Siquis autem dicat ꝙ aliud eſt lumen ſpirituale ab eo quod ſenſus percipit, non erit cum eo contendendum, dummodo hic habeat ꝙ lumen quod viſus percipit, non eſt natura à ſpiritualis, Nihil enim prohibet vnum nomen imponi rebus quantumcunque diuerſis. Quod autem lumine, & his quæ ad viſum pertinent, vtamur in rebus intellectualibus, contingit ex nobilitate ſenſus viſus, qui eſt ſpiritualior & ſubtilior inter omnes ſenſus. Quod patet ex duobus. Primo quidem ex ſuo obiecto. Nam aliqua cadunt ſub viſu, ſecundum proprietas in quibus communicant inferiora corpora cum cæleſtibus, tactus autem eſt perceptiuus proprietatum, quæ ſunt proprię elementis ſcilicet calidi, & frigidi, & ſimilium, guſtus autem & olfactus, proprietatum quæ competunt corporibus miſtis ſecundum diuerſam rationem commiſtionis calidi, & frigidi, humidi, & ſicci. Sonus autem cauſatur ex motu locali, qui etiam communis eſt corporibus cœleſtibus, & inferioribus, licet ſpecies motus, quæ cauſat ſonum, non cõpetat corporibus cœleſtibus ſecũdum ſententiam Ariſt. Vnde ex ipſa natura obiecti, apparet ꝙ viſus eſt altior inter ſenſus, & auditus propinquior ei, & alij ſenſus magis remoti. Sc^do^ apparet ꝙ ſenſus viſus eſt ſpiritualior ex mõ immutatiõis. Nã in quolibet alio ſenſu nõ eſt immutatio ſpiritualis, ſine naturali. Dico aũt immutationẽ, naturalẽ prout qualitas recipitur in patiente ſm eſſe naturę. ſicut cum aliquid infrigidatur vel caleſit aut mouetur ſm locum, Immutatio vero ſpiritualis eſt ſm ꝙ ſpecies recipitur in organo ſenſus, aut in medio per modum intentionis, & non per modum naturalis formæ. Non. n. ſic recipitur ſpecies in ſenſu ſm illud eſſe, quod habet in re ſenſibili. Patet autem ꝙ in tactu, & guſtu, qui eſt tactus quidã, fit alteratio naturalis. caleſit. n. & infrigidatur aliquid, per contactum calidi, & frigidi, & non fit immutatio ſpiritualis tãtum. Similiter autem immutatio odoris fit cum quadam famuli euaporatione. Immutatio autem ſoni, cum motu locali. Sed in immutatione viſus eſt ſola immutatio ſpiritualis. vnde patet, ꝙ viſus inter omnes ſenſus eſt ſpiritualior, & poſt hunc auditus & ,ppter hoc hi duo ſenſus ſunt maxime ſpirituales, & ſoli diſciplinabiles, & his, quæ ad eos pertinent, vtimur in intellectualibus, & præcipue his, quæ pertinent ad viſum. Quidã vero dixerunt, ꝙ lumen non eſt niſi euidentia coloris. Sed hoc aperte apparet eſſe falſum in his, quæ lucẽt de nocte, & tamen eorum color occultatur. Alij vero dixerunt ꝙ lux eſt forma ſubſtantialis ſolis, & lumen defluens, à luce habet eſſe intentionale, ſicut ſpẽs colorum in aere. Vtrunque autem horum eſt falſum. Primum quidẽ, quia nulla forma ſubſtãtialis eſt per ſe ſenſibilis. ſed ſolo intellectu comprehenſibilis. Et ſi dicatur ꝙ id, quod videtur in ſole, non eſt lux, ſed ſplendor, non erit contendendum de nomine, dummodo hoc quod dicimus lucem, ſcilicet quod ex viſu apprehenditur, non ſit forma ſubſtantialis.

Opinio ponentium lumen eſſe corpus. Improbatio opinio.

Opinio ponentium lumen eſſe naturam ſpiritualem. Improbatio opinio.

Senſus viſus eſt ſpiritualior & ſubtilior cæteris.

Immutatio naturalis q d Immutatio ſpũalis ſed intentionalis quid.

Opinio ponentium lumen nõ eſſe niſi euidentiã coloris. Et improbatio euidem.

Opinio ponentium lumen eſſe formam ſubſtãtialem ſolis

Secundum

à qua lumē diffuit vt for mam intentionalis.

Et improbatio vtriuſq; opinio.

Secundum etiam falſum eſt; quia quæ habent ſolum eſſe intentionale, non faciunt tranſmutationem naturalem, radij autem corporum cœleſtium tranſmutant totam naturam inferiorem. Vnde dicimus, quod ſicut corpora elementaria habent qualitates actiuas, per quas agunt, ita lux eſt qualitas actiua corporis cœleſtis, per quam agit, & eſt in tertia ſpecie qualitatis, ſicut & calor. Sed in hoc differt, à calore, quia lux eſt qualitas primi corporis alterantis, quod non habet contrarium, vnde nec lux contrarium habet, calori autem eſt aliquid contrarium. Et quia luci nihil eſt contrarium, in ſuo ſuſceptibili non poteſt habere contrariam diſpoſitionem, & propter hoc ſuum ſubiectum, ſcilicet diaphanum ſemper eſt in vltima diſpoſitione ad formam, & propter hoc ſtatim illuminatur, non autem calefactibile ſtatim calefit. Ipſa igitur participatio vel affectus lucis in diaphano, vocatur lumē. Et ſi ſit ſecūdum rectam lineam ad corpus lucidum, vocatur radius. Si autem cauſetur ex reuerberatione radij ad corpus lucidum, vocatur ſplēdor. Lumen autem, commune eſt ad omnem effectum lucis in diaphano. His igitur viſis circa naturam luminis, de facili apparet ratio, quare quædam corpora ſunt lucida actu, quædam diaphana, quædam opaca. Nam cum lux ſit qualitas primi alterātis, quod eſt maxime perfectum & formale in corporibus, illa corpora quæ ſunt maxime formalia, & nobiliora ſunt lucida actu, quæ autem propinqua his ſunt receptiua luminis, ſunt diaphana, quæ autem ſunt maxime materialia, neq; habent lumen in ſui natura, neque ſunt luminis receptiua, ſunt opaca. Quod patet in ipſis elemētis. Nam ignis habet lucem in ſui natura, licet eius lux nō appareat nobis, niſi in natura aliena propter denſitatem. Aer autem, & aqua quæ ſunt minus formalia, ſunt diaphana, terra autem quæ eſt maxime materialis, eſt opaca. Circa tertium vero ſciendum eſt, quod quidā dixerunt, quod lumen neceſſarium eſt ad videndum ex parte ipſius coloris. Dicunt enim quod color non habet virtutem, vt moueat diaphanum, niſi per lumen. Et huius ſignum dicunt, quia ille qui eſt in obſcuro, videt ea quæ ſunt in lumine, ſed non econuerſo. Rationem etiam ad hoc adducunt, quia oportet quod cum viſus ſit vnus, quod viſibile non ſit niſi per rationem vnam, quod non eſſet, ſi color eſſet per ſe viſibilis, non per virtutem luminis, & itē lumen eſſet per ſe viſibile. Sed hoc eſt manifeſte contra id quod Ariſto. hic dicit. {& quod habet in ſe cauſam eſſendi viſibile.} Vnde ſecundum ſententiam Ariſt. dicendum eſt quod lumen neceſſarium eſt ad videndum, non ex parte coloris, to quod faciat colores eſſe actu, quos quidam, tantum dicunt eſſe in potentia, cum ſunt in tenebris, ſed ex parte diaphani, inquantum facit ipſum eſſe in actu, vt in litera dicitur. Et ad huius euidentiam, conſiderādum eſt quod omnis forma inquantū huiuſmodi eſt principium agendi ſibi ſimile. vnde cum color ſit quędam forma ex ſe habet quod cauſet ſui ſimilitudinem in medio. Sed tamen ſciendum eſt quod differentia eſt inter virtutem perfectam, & imperfectam. Nam forma quæ eſt perfectæ virtutis in agendo, non ſolum poteſt inducere ſuam ſimilitudinem in ſuo ſuſceptibili, ſed poteſt etiam diſponere patiens, vt ſit proprium eius ſuſceptiuum, quod quidem non poteſt facere, cum fuerit imperfectæ virtutis. Dicendum eſt igitur quod virtus coloris in agendo eſt imperfecta reſpectu virtutis luminis. Nam color nihil aliud eſt, quàm lux quædam quodammodo obſcurata ex admixtione corporis opaci. Vnde non habet virtutem, vt faciat medium in illa diſpoſitione, qua ſit ſuſceptiuum coloris, quod tamē poteſt facere lux pura. Ex quo etiam patet quod cum lux ſit quodammodo ſubſtantia coloris, ad eandē naturam reducitur omne viſibile, nec oportet quòd color per lumen extrinſecum ſiat actu viſibile. Quod autem colores illuminati, ab eo qui eſt in obſcuro videantur, contingit ex eo, quod etiam medium illuminatur, quantum ſufficit ad immutationem ipſius.

Lux, quid.

Lumē, quid.
Radius qd.
Splēdor qd.

Cur quædā corpora luci da ſint, quædam diaphana, & ex quædam opaca.

Vnde cauſetur neceſſitas luminis ad vidēdum opinio falſa.

Improbatio Determinatio veritatis.

Quid color.

LECTIO XV.

Proprium viſibile in lumine, & perſpicuo videri & in debita diſtantia, quàuis & alia nonnulla in tenebris videantur oſtendit.

Atque coloris quidem id eſt ſuſceptiuum, quod colore vacat, ſoni autem, id quod ſono. Vacat autem colore perſpicuum ipſum & inuiſibile, vel id, quod vix, tandem videtur, quale id eſſe videtur, quale id eſſe, quod tenebris eſt affectum, atque tale eſt ipſum vt patet perſpicuum. Attamen non cum eſt perſpicuum actu ſed cum potentia: eadem enim natura modo eſt tenebræ, modo lumen.

Eſt autem coloris ſuſceptiuum, quod ſine colore: ſoni autem abſonum. Sine colore autem diaphanum, & inuiſibile, aut quod vix videtur, vt quod tenebroſum eſt. Huiuſmodi autem diaphanum quidem eſt, non cum ſit actu diaphanum, ſed cum potentia. Eadem enim natura quandoq; quidem tenebra, quandoque autem lumen eſt. Tex. comment. 71.

Poſtquam Philoſophus oſtendit ſuperius quid eſt color, & quid diaphanum, & quid lumen. Hic oſtēdit, quomodo diaphanum ſe habeat ad colores, Manifeſtum eſt autem ex præmiſſis, quòd diaphanum eſt ſuſceptiuum coloris: eſt enim color motiuus diaphani, vt ſupra dictum eſt. Quod autem eſt ſuſceptiuum coloris, oportet eſſe ſine colore, ſicut quod eſt ſuſceptiuum ſoni, oportet eſſe ſine ſono: nihil enim recipit, quod iam habet, & ſic patet, quòd diaphanum, oportet eſſe ſine colore. Cum autem corpora ſint viſibilia per ſuos colores, ſequitur quòd diaphanum ſecundum ſeipſum ſit inuiſibile. Quia vero eadem eſt potentia cognoſcitiua oppoſitorum, ſequitur quòd viſus, qui cognoſcit lucem, cognoſcat & tenebram. Licet igitur diaphanum ſecundum ſe careat colore, & lumine, quorum eſt ſuſceptiuum, & ſic ſecundum ſe viſibile non ſit, eo modo quo ſunt viſibilia, lucida & colorata, tamen poteſt dici viſibile, ſicut videtur tenebroſum, quod vix videtur. Diaphanum igitur eſt huiuſmodi, i. tenebroſum, cum non eſt actu diaphanum, ſed in potentia tantum. Eadem. n. natura eſt ſubiectum quandoq; quidem tenebrarum, quandoq; autem luminis. Et ſic diaphanum carēs lumine, quod ei accidit dum eſt in potentia diaphanum, oportet quòd ſit tenebroſum. Deinde cum dicit.

At vero non vniuerſa viſibilia in lumine ſunt viſibilia ſed ſolum vniuſcuiuſq; proprius color. Nonnulla nāq; in lumine quidem non videntur, in tenebris autem efficiunt ſenſum, vt ea, quæ apparent ignea, atque ſplendent. Hac autem nomine carent vno, vt fungus, cornu, piſcium capita, ſquamæ, oculi, ſed nullius horum proprius color videtur: atque quam ob cauſam hac viſibilia ſunt alia ratio eſt.

Non omnia ſunt in lumine viſibilia, quia, & in tenebris nonnulla videntur.

Non omnia autem viſibilia ſunt in lumine, ſed ſolum vniuſcuiuſq; proprius color. Quædam. n. in lumine quidem non videntur, in tenebris autem faciunt ſenſum, vt quæ ignea videntur, & lucentia. Non autem nominata ſunt hæc vno nomine, vt quercus putridæ cornu, capita piſcium, & ſquamæ, & oculi. Sed nullius horum videtur proprius color. Propter quam igitur cauſam hæc videntur, alia ratio. Tex. comment. 72.

Qui iam determinatum eſt de colore, quod videtur in lumine, determinat de alio viſibili, quod ſupra dixit eſſe innominatum. Et dicit ꝙ non omnia ſunt viſibilia in lumine, ſed ſolum proprius color vniuſcuiuſque corporis in lumine viſibilis eſt: quædam enim non videntur in lumine, ſed in tenebris. ſicut animalia, quæ in tenebris videntur ignita, & lucentia, & hæc ſunt multa, ſed non habent vnum nomen commune. ſicut putredines quercuũ, & aliquod cornu alicuius animalis, & capita quorundam piſcium, & ſquamę, & oculi quorundam animalium. Sed licet iſta videantur in tenebris, nullius tamen horũ proprius color in tenebris videtur. Videntur ergo iſta in tenebris, & in lumine, ſed in tenebris, vt lucentia, in lumine autem, vt colorata. Sed propter quam cauſam ſic videantur in tenebris lucentia, alia ratio eſt. Non enim hic inducitur hoc, niſi quaſi per accidens, ad oſtendendum comparationem viſibilis ad lumen. Videtur autem viſibilitatis eorum in tenebris hæc eſſe ratio, quia huiuſmodi ex ſua compoſitione habent aliquid lucis, inquantum lucidum ignis & diaphanom aeris, & aquæ, non eſt totaliter in eis comprehenſum per opacum terræ. Sed quia modicum habent de luce eorum lux ad præſentiam maioris luminis occultatur, Vnde in lumine nõ videntur vt lucẽtia, ſed vt colorata tantum. Lux autem eorum propter ſui debilitatem, non poteſt diaphanum perfecte reducere in actum ſecũdum ꝙ natum eſt moueri à colore, vnde ſub eorum luce, nec eorum color, nec aliorum videtur, ſed ſolum lux ipſorum. Lux enim cum ſit efficacior ad mouendum diaphanum, quàm color, & magis viſibilis, cum minori immutatione diaphani videri poteſt. Deinde cum dicit.

Quare quędam lucida in tenebris videãtur, & non in lumine.

Nunc tantum patet, id, inquam, quòd in lumine videtur, eſſe colorem, quo circa ſine lumine non videtur. hęc eſt enim ſane coloris ratio, eſſe inquam, eius motiuum, quod eſt perſpicuum actu. Actus autem perſpicui, lumẽ eſt, vti diximus. Id ita eſſe, ex eo tanquam è manifeſto ſigno patere poteſt. Nam ſi quiſpiam id quod habet colorem, ſuper ipſum viſum poſuerit, non ſane videbit. Sed color quidem mouet perſpicuum, vt aerem: ab hoc autem, cum ſit continuus, ſenſus inſtrumentum mouetur.

Tex. comment. 73.

Nunc autem intantum manifeſtum eſt, quoniam quod quidem in lumine videtur, colorem eſſe, vnde non videtur ſine lumine, hoc enim erat ipſi colori eſſe, motiuum eſſe, ſecundum actum diaphani, actus autem diaphani lumen eſt. Signum autem huius manifeſtum. Si quis enim ponat habens colorem ſuper ipſum viſum, non videbitur. Sed color mouet diaphanum, puta aerem. Ab hoc autem iam continuo exiſtente, mouetur quod ſenſitiuum eſt.

Infra text. 71. & lib. 3. text. 63. 65. 66.

Oſtendit quomodo color perueniat ad viſum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quid eſt neceſſarium ad hoc, ꝙ viſus moueatur à colore. Secũdo oſtendit aliquid ſimile, quod eſt neceſſarium in alijs ſenſibilibus: ibi. {Eadem autem ratio.} Circa primum duo facit. Primo determinat veritatem. Secundo excludit errorem, ibi. {Nõ enim bene hoc.} Dicit ergo primo, ꝙ per ſupradicta, intantum manifeſtum ſit, ꝙ illud ꝙ videtur in lumine eſt color, & ꝙ ſine lumine videri non poteſt: quia, vt ſupra dictum eſt, hoc eſt de ratione coloris, ꝙ ſit motiuum diaphani, quod quidem fit per lumen, quod eſt actus diaphani, & ideo ſine lumine color videri non poteſt. Cuius ſignum eſt: quia ſi aliquis ponat corpus coloratum ſuper organum viſus, non videbitur, quia non eſt ibi diaphanũ in actu, quod moueatur à colore. Nã & ſi pupilla ſit quoddam diaphanum, non tamen erit diaphanum in actu, ſi ſuperponatur ſibi corpus coloratum. Oportet autem, ꝙ color moueat diaphanum in actu, puta aerẽ vel aliquid huiuiſmodi, & ab hoc mouetur ſentitiuum, id eſt organum viſus, ſicut à corpore ſibi cõtinuato. Corpora enim non ſe immutant, niſi ſe tangant. Deinde cum dicit.

Non enim hoc loco recte ſentire videtur Democritus. qui quidem putat. ſi medium ſpacium vacuum fiat, formicam etiam, ſi ſit in cœlo, exacte perfecteq; videri. Et enim id ipſum fieri non poteſt. Viſio nanque ſit, patiente aliquid ſenſitiuo at vt patiatur ab ipſo colore, qui videtur, fieri nequit. Reſtat igitur vt à medio. Quare neceſſe eſt aliquod eſſe medium inter colorem ipſum & viſum. Quod ſi id vacuum fiat non modo nõ exacte, ſed neque quicquam omnino videtur. Quam igitur ob cauſam neceſſe eſt in lumine colorem videri, diximus.

Non enim bene hoc dicit Democritus opinatus, ſi eſſet vacuum medium, perſpici vtique exacte, & ſi formica in cœlo eſſet. hoc enim impoſſibile eſt. Patiente enim aliquid ſenſitiuo ſit ipſum videre. Ab ipſo igitur, qui videtur, colore impoſſibile eſt. Relinquitur autem quod à medio. Quare neceſſe eſt aliquod eſſe medium. Vacuo autem facto non aliquid certe, ſed omnino nihil videbitur. Propter quam igitur cauſam, colorem neceſſe eſt in lumine videri, dictum eſt. Tex. commen. 74.

Excludit errorem dicens, ꝙ non bene dixit Democritus, qui opinatus fuit, ꝙ ſi medium, quod eſt inter rem viſam, & oculum, eſſet vacuum, ꝙ poſſet aliquid quantumcunque paruum videri per quantamcunque diſtantiam. puta ſi formica eſſet in cœlo. Sed hoc eſt impoſsibile, oportet enim ad hoc, ꝙ aliquid videatur, ꝙ organum viſus patiatur à viſibili. Oſtenſum eſt autem ꝙ non patitur ab ipſo viſibili immediate, quia viſibile ſuper poſitũ oculo non videtur. Relinquitur ergo, quòd oporteat organum viſus pati à viſibili per aliquod medium: neceſſe eſt ergo eſſe aliquod medium inter viſibile & viſum. Si autem eſt vacuum, nihil eſt medium, quod poſſet immutare, & immutari. Relinquitur ergo, ꝙ ſi eſſet vacuum, omnino nihil videretur. Incidit autem in hanc opinionem Democritus, quia putabat, quòd cauſa quare diſtantia impedit viſionem alicuius rei, ſit per medium, quod reſiſtit immutationi viſibilis: hoc autem eſt falſum. Non enim diaphanum habet contrarietatem ad lumen. vel colorem, ſed eſt in vltima diſpoſitione ad eorum receptionem. cuius ſignum eſt, quòd ſubito immutatur à lumine, vel colore. Cauſa autem, quare diſtantia impediat viſum eſt, quia omne corpus videtur ſub quodam angulo cuiuſdam trianguli, vel magis pyramidis, cuius baſis eſt in re viſa, & angulus eſt in oculo videntis. Neque differt quantum ad hoc, vtrum viſus fiat extramittendo, ita quòd lineæ concludentes triangulum vel pyramidem, ſint lineæ viſuales progredientes à viſu ad rem viſam, vel econuerſo fiat, dummodo viſus ſit ſub prædicta figura trianguli, vel pyramidis. Quod ideo neceſſe eſt, quia cum res viſa ſit maior quantitate, quàm pupilla, oporter quòd proportionaliter diminuendo, proueniat immutatio viſibilis, vſque ad viſum. Manifeſtum eſt autem, ꝙ quanto latera trianguli vel piramidis ſunt longiora dummodo ſit eadem baſis, tanto angulus eſt minor. & ideo quanto à remotiori videtur, minus videtur, & tanta poteſt eſſe diſtantia, ꝙ omnino non videtur. Deinde cum dicit.

Quare diſtãtia localis impediat viſum.

At ignis in vtriſque plane videtur. in tenebris, inquam, atque in lumine. Id autem neceſſario accidit. Ipſum enim perſpicuum ab ob perſpicuum fit.

Ignis

Ignis autem in vtriſque videtur, & in tenebris, & in lumine, & hoc ex neceſſitate. Diaphanum enim ab hoc diaphanum ſit.

Oſtendit quomodo videatur ignis, & lucida corpora, & dicit, quod videntur non ſolum in lumine, ſicut colorata, ſed etiam in tenebris, ſicut illa, de quibus ſupra dixit. Et hoc ex neceſſitate contingit, quia ignis habet tantum de lumine, quod poteſt diaphanum omnino facere in actu, ita vt & ipſum, & alia videantur. Nec eſt tantum debile lumen eius, quod ad præſentiam maioris luminis obumbretur, ſicut accidit in his, quæ ſunt dicta ſupra. Deinde cum dicit.

Eadem autem eſt, & de ſono, & de odore etiam ratio. nihil enim ipſorum, ſenſus inſtrumentum tangens, efficit ſenſum, ſed ab odore quidem, & ſono mouetur medium, ab hoc autem vtrunque ſenſuum inſtrumentum. Quod ſi quiſpiam ſuper ipſum inſtrumentum ſenſus, vel id quod ſonat, vel id quod olet, poſueris, nullus profecto ſenſus efficietur. Simili modo res ſe habet in tactu, & etiam guſtu, ſed nõ apparet: quã aũt ob cauſam, poſtea dicetur, ac patebit.

Tex. commen. 75. *Eadem autem ratio eſt, & de ſono, & de odore. Nihil enim ipſorum tangens ſenſorium, facit ſenſum. Sed ab odore quidem & ſono, medium mouetur, ab hoc autem ſenſitiuorum vtrunque. Cum autem ſuper ipſum ſenſitiuum aliquis apponit olens, aut ſonans, nullum ſenſum faciet. De tactu autem, & guſtu habet ſe ſimiliter, non autem videtur. Propter quam autem cauſam, poſterius erit manifeſtum.*

Oſtendit quod ſimiliter ſe habet in alijs ſenſibus ſicut in viſu, & dicit quod eadem ratio eſt de ſono, & odore, ſicut & de colore. Nullum enim eorum ſentitur, ſi tangit organum ſenſus, ſed ab odore & ſono mouentur media, à medio autem vtrũque organorum, auditus ſcilicet & olfactus. Sed cum aliquis ponit corpus odorans aut ſonans, ſuper organum ſenſus, non ſentitur. Et ſimiliter eſt in tactu & guſtu, licet non videatur, propter cauſam, quæ inferius dicetur. Deinde cum dicit.

Lib. 13. tex. cõmẽt. 114. *Atque medium quidem in ſonis eſt aer, in odoribus autem nomine vacat. Nam vt perſpicuum in colore, communis eſt quidam affectus in aere, atque aqua, ſic alius quidam in odoribus eſt affectus, qui quidẽ ineſt in his vtriſque, in aere inquam, & aqua. Videntur enim & animaliũ ea, quæ verſantur in aquis, ſenſum odoris habere. Verum homo cæteraque animantia, quæ degunt in terra, atque reſpirant nequeunt ſine reſpiratione olfacere. Et cauſa etiam huiuſce poſterius explicabitur.*

Quę reſpirãtia ea niſi reſpirando nõ olfaciunt.

Tex. comment. 76. *Medium autem ſoni quidem, aer eſt. Odoris autem, innominatum eſt, Communis enim quadam paſſio eſt aeri, & aquæ, ſicut diaphanum colori, ſic eſt habenti odorem, alia quadam paſſio eſt communis vtriſque his. Videntur enim aĩalia aquatica habere odoris ſenſum. Sed hõ et pedibus ambulantia quæcunque reſpirant, impoſſibilia ſunt odorare, niſi reſpirantia. Cauſa aũt de his poſterius dicet.*

Oſtendit quid ſit medium in his ſenſibus, & dicit, quod illud, quod mouetur à ſono, eſt aer: medium autem, quod mouetur ab odore, eſt aliquid commune aeri, & aquæ, ſicut & vtrunque eorum eſt medium, quod mouetur à colore, ſed à colore mouetur vtrunque horum, ſecundum quod diaphanum. Paſsio autem cómunis aeris, & aquę, ſecundum quam mouentur ab odore, eſt innominata: non enim mouentur ab odore, ſecundum quod ſunt diaphana. Et quod vtrunqoe horũ moueatur ab odore manifeſtat per hoc, quod animalia aquatica habent ſecundum odoris: ex quo manifeſtum eſt, quod aquæ mouentur ab odore. Homo autem & animalia greſsibilia & reſpirantia, non odorant niſi reſpirando. Et ſic manifeſtum eſt, quod aer eſt mediũ in odoratu. Horum aũt cauſa poſterius dicetur.

LECTIO XVI.

Diuidit ſonum in ſonum in actu & in potẽtia, & exponit quomodo, & quot modis, & in quo ſubiecto fiat; & declarat quomodo generetur Echo, & duas illius ponit ſpecies.

NVnc autem poſt hæc de ſono & auditu determinemus oportet. Eſt itaque ſonus duplex. Quidam enim eſt actu, quidam potentia ſonus. Nam corporum quadam eorum non habere dicimus ſonum, vt ſpongiam, lanam, & huiuſcemodi, quadam habere, vt æs, & quæcunque ſolida, leniaque ſunt, quia poſſunt ſonare, id eſt inter ſe & auditum ſonum efficere. Text. comment. 98. De ſono atque auditu. Sonus dupliciter.

Nunc autem primum de ſono, & auditu determinemus. Eſt autem duplex ſonus. Hic quidem enim actu, quidam autem potentia. Alia enim non dicimus habere ſonum, vt ſpongiam, lanam, pilos: Quædam autem habent vt æs, & quæcunque plana, et lenia ſunt, quoniam poſſunt ſonare. Hoc autem eſt, ipſius medij, & auditus facere ſonum actu. Tex. commen. 77.

Poſtquam Philoſophus determinauit de viſibili, hic determinat de audibili, id eſt de ſono. Et diuidit in duas partes. In prima determinat de ſono in communi. In ſecunda determinat de quadam ſpecie ſoni, ſcilicet voce, ibi. {Vox autem.} Prima in duas partes diuiditur. In prima determinat de ſono. In ſecunda de differentijs ſonorum ibi. {Differentię autem ſonorum,} Prima diuiditur in duas. In prima determinat de ſono. In ſecunda mouet qoandam dubitationem circa prędeterminata, ibi. {Vtrũ autem ſonat.} Prima diuiditur in duas. In prima determinat de generatione ſoni. In ſecunda de immutatione auditus à ſono, ibi. {Vacuum autem.} Si autem quæratur, quare determinat hic de generatione ſoni, cum ſupra nõ determinauerit hic de gñatione coloris, ſed ſolum de immutatione ſenſus, & medij à colore. Dicendum eſt, quod color, & odor, & ſapor, & qualitates tangibiles, habẽt eſſe permanens, & fixom in ſuo ſubiecto. Vnde eſt alia cõſideratio ipſarum qualitatum ſecundum ſe, & ſecundum quod immutant ſenſum, & propter hoc alterius eſt conſiderationis vtrunque. Vnde Philoſophus de generatione coloris, & ſaporis, & odoris, determinat in libro de Senſu, & Senſato. De qualitatibus autem tangibilibus, in libro de Generatione. & quantum ad aliqua, in libro Meteor. In hoc autẽ libro, non intendit determinare de Senſibilibus, niſi inquantum ſunt immutatiua ſenſus. Sonus autem cauſatur ex motu, & non habet eſſe fixũ, & quieſcens in ſubiecto, ſed in quadam immutatione conſiſtit. vnde ſimul determinatur de eo, ſ'm quod generatur in ſua ſpecie, & ſecundum quod immutat ſenſum. Prima autem pars diuiditur in duas. In prima determinat de prima generatione ſoni. In ſecunda de ſecunda ſoni generatione, quæ fit per reflexiooem, ibi. {Echo autem fit.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quod ſonus quandoq; eſt in actu, quandoque in potentia. Secundo oſtendit quõ ſit ſonus in actu ibi. {Fit aũt ſecundum actum.} Dicit ergo primo, quod antequã determinetur de tactu, & de guſtu, dicendum eſt de ſono, & olfactu: ſed primo de ſono, quia ſpiritualior eſt, vt ſupra oſtenſum eſt. Sonus aũt dupliciter dicitur. dicitur.n. ſonus in actu, & ſonus in potẽtia. Dicimus aũt aliquam rem habere ſonum, & quando actu ſonat, & qñ habet potentiã ſonandi. ſicut dicimus, hęc cãpana bene ſonat, quãuis non ſonet in actu. Tex. com. ment. 92. Sonus. 2. in potentia, & in actu. Dubium. Solutio.

Et ſecundum hunc modum dicimus, quod quædam non habent ſonum, quia non habent potentiam ſonandi, ſicut ſpongia, & huiuſmodi mollia. Quædam autem dicuntur habere ſonum quia poſſunt ſonare, ſicut æs, & alia huiuſmodi plana, & lenia. Sic ergo patet, ꝙ ſonus quandoque dicitur ſecundum potentiam, quandoque ſecundũ actũ.

Senſibilia, duobus modis ſunt in actu.

Sed ꝙ fiat ſonus in acto hoc pertinet, & ad medium, & ad auditum. Omne enim ſenſibile dupliciter dicitur eſſe in actu. Vno modo, quando actu ſentitur, hoc eſt dũ ſpecies eius eſt in ſenſu, & ſic ſonus eſt actu, ſecundum ꝙ eſt in auditu. Alio modo ſecundum ꝙ habet propriam ſpeciẽ, per quam ſentiri poteſt, prout eſt in ſuo ſubiecto, & ſic alia ſenſibilia fiunt in actu, prout ſunt in corporibus ſenſibilibus, ſicut color prout eſt in corpore colorato, & odor, & ſapor, prout ſunt in corpore odorifero & ſaporoſo.

Sonus ab alijs ſenſibilibus differt.

Si autem non eſt de ſono. Nam in corpore ſonante nõ eſt ſonus, niſi in potentia. In medio autem quod mouetur ex percuſsione corporis ſonantis, fit ſonus in actu. Et propter hoc dicitur, ꝙ ſonus in actu eſt medij & auditus, non autem ſubiecti ſonabilis. Deinde cum dicit.

Quomodo fiat ſonus & à quibus.

Fit autem actu ſonus alicuius ſemper ad aliquid & in aliquo. Ictus eſt enim qui ſonum efficit ipſum: quapropter fieri non poteſt, vt ſi vnum ſit corpus, ſonus efficiatur. Quippe cum aliud ſit id, quod verberat, aliud quod verberatur. Quare id, quod ſonat, ad aliquod ſonat, ſine autem latione nunquam efficitur ictus.

Tex. comment. 78.

Fit autem qui ſecundum actum ſonus ſemper alicuius ad aliquid, & in aliquo. Percuſſio enim eſt faciens. Vnde impoſſibile eſt, cum ſit vnum, fieri ſonum. Alterum enim eſt verberans, & quod verberatur. Quare ſonans, ad aliquid ſonat. Tangit enim aliquid. Cum autem ictu tangitur, ſonat. Ictus autem non fit ſine motu.

Oſtendit quomodo ſonus fiat in actu. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quot concurrunt ad hoc, ꝙ ſonus conſtituatur in actu. Secundo oſtendit, qualia eſſe oporteat, ibi. {Sicut autem diximus.} Dicit ergo primo, ꝙ ad hoc, ꝙ ſonus fiat in acto, oporteat tria concurrere, Fit enim ſemper alicuius, & ad aliquid, & in aliquo; & ideo ſi ſit vnum tantum, non põt ſonum facere. Et huius ratio eſt, ſiue ſignum, quia percuſsio eſt cauſa ſoni, oportet igitur eſſe aliquid id eſt percutiens, & aliquid percuſſum. Et propter hoc dicit, ꝙ {ſonus eſt alicuius ad aliquid} id eſt percutientis ad percuſſum. Oportet enim ꝙ illud, quod facit ſonum, tangat aliquid, & cum tetigerit ſuo ictu, generetur tunc ſonus. Ictus autem percutientis, non fit ſine motu locali: motus autem localis non eſt ſine medio. Vnde relinquitur, ꝙ oportet eſſe medium, ad hoc ꝙ fiat ſonus in actu. Et hoc eſt, quod dictum eſt, ꝙ oportet eſſe ſonum non ſolum alicuius, & ad aliquid, ſed etiam in aliquo. Deinde cum dicit.

Quę bene ſonant ea ſolida, lenia, & concaua eſſe oportet.

Atque vt diximus, non quorumuis ictus corporum, ſine vllo diſcrimine ſonus eſt. Nullum enim efficit ſonum, ſi percuſſa fuerit lana, ſed æs, & quæcunque ſunt lenia, concauaq́;. Aes quidem, quia corpus eſt lene: concaua vero, quia per reflexionem, complures poſt primum efficiunt ictus, quippe cum non poſſit aer motus, ac agitatus exire.

Sicut autem diximus, non quorumlibet ictus ſonus eſt: nullum enim faciunt ſonum pili, etſi percutiantur, ſed æs, & quæcunque lenia, & concaua ſunt. Aes quidem, quoniam lene eſt. Concaua autem ex repercuſſione faciunt multos ictus poſt primum in potenti exire, quod motũ eſt.

Aes id eſt ſolida corpora

Oſtendit qualia oportet eſſe ea, quæ requiruntur ad ſoni generationem. Et primo oſtendit, qualia oportet eſſe percutiẽs, & percuſſum. Secundo quale oportet eſſe medium, ibi. {Amplius autem.} Dicit ergo primo, ꝙ ſicut prædictum eſt, ſonus non fit ex percuſsione quorumcũque corporum. Dictum eſt enim ſupra ꝙ pili, & ſpongiæ, & huiuſmodi mollia non habent potentiam ſonandi, vnde nullum ſonum faciunt, etiam ſi percutiantur. Cuius ratio eſt, quia mollia cedunt percutienti, vnde ex percuſsione non extruditur aer, vt ſic in eo poſsit formari ſonus ex ictu percutientis, & reſiſtentia percuſsi. Sed ſi huiuſmodi mollia comprimantur, vt aliquam duritiẽ habeant, & reſiſtant percutienti, ſequitur ſonus, licet ſonus ſurdus. Sed æs, & corpora lenia, & concaua, ſua percuſsione faciunt ſonum. Neceſſe eſt enim ꝙ illa, ex quorum percuſsione ſonus redditur, ſint dura, vt aer extrudatur, quæ quidem extruſio eſt cauſa generationis ſoni. Requiritur etiam, ꝙ ſint lenia, vt ſit aer vnus, ſicut infra dicetur. Concaua autem etiam percuſſa, bene reddunt ſonum, quia in eis intus aer cõcluditur. Et cum illud, quod primo motum eſt, non poſsit ſtatim exire, percutit alium aerem, & ſic ex repercuſsione fiunt multi ictus & multiplicatur ſonus. Et propter hoc etiam illa, quę in ſui compoſitione habent aerem bene diſpoſitum, ſunt bene ſonora, ſicut æs, & argentum. In quorum autem compoſitione aer non bene ſe habet, non ſunt bene ſonora, ſicut plumbum, & alia huiuſmodi, quę ſunt magis ſeculenta, & terreſtria. Deinde cum dicit.

Quo medio ſoni ad aures deferantur per mediũ aerem.

Praterea auditur quidem ſonus & in aere, et in aqua. At vero nec aer eſt author ſoni, nec aqua. ſed opus eſt, vt inter ſeſe ſolidorum corporum, atque ad aerem ictus fiat. Quod quidem tum fit, cum aer percuſſus permanet, neque diffunditur. Quapropter ſi cito vehementerq́; percutiatur, ſonat. Opus eſt enim, vt percutientis motus, diffuſionẽ praueniat aeris, perinde, atque ſi cumulum, aut ceruum arenæ, cum fertur velociter, quiſpiam verberet.

Tex. commen. 79.

Amplius auditũ in aere, & in aqua, ſed minus in aqua. Non eſt autem ſoni proprius aer, neque aqua, ſed oportet ſolidorum percuſſionem fieri ad ſeinuicem & ad aera. Hoc autem ſi permaneat percuſſus aer, & non diſſoluatur: vnde ſi velociter & fortiter percutiatur, ſonat. Oportet enim praoccupare motum ferientis, fracturam aeris, ſicut ſi congregationem aut cumulum lapillorum percutiat aliquis latum velociter.

Oſtendit quale ſit medium, in quo generatur ſonus & dicit, ꝙ medium, in quo ſonus auditur, eſt aer, & aqua, ſed minus auditur in aqua, quàm in aere. vnde proprijſsimum medium tam in generatione ſoni, quàm in auditu, eſt aer. Et quia medium, in quolibet ſenſu, qualitatibus ſenſibilibus ſecundum illum ſenſum caret, vt poſsit omnes recipere, manifeſtum eſt, ꝙ neque aer, neque aqua habent proprium ſonum, ſed neceſſarium eſt ad ſoni generationem, in aere vel aqua, ꝙ aliqua corpora firma vel ſolida, & dura percutiant ſeinuicem, & percutiant aerem. Quod autem ſimul fiat percuiſsio ſolidorum adinuicem, & per conſequens ſonus & ad aera, contingit cum aer in ſua integritate manet, vt poſsit percuti, & non diuiditur ante percuſsionem. Et propter hoc videmus, quòd ſi aliquid tardo motu tangat alterum, non facit ſonum, quia prius recedit aer, & diſſoluitur, quàm contactus ſolidorum corporum fiat. Sed ſi percuſsio ſit velox & fortis, tunc fit ſonus. quia ad hoc quòd fiat ſonus, oportet ꝙ motus percutiẽtis pręueniat diuiſionem aeris, vt aer adhuc adunatus ſiue collectus percuti poſsit, & in eo ſonus generari. Et eſt ſimile, ſicut cum aliquid velociter fertur, percutere poteſt aceruum lapidum antequam diſſoluatur, quod nõ contingit ſi tarde moueatur.

Et propter

Et propter hoc etiam, quando aliquid velociter fertur in ipſo aere, facit ſonum ex ſuo motu, quia ipſe aer adhuc adunatus, ſe habet in ratione percuſsi, & non ſolum medij. Deinde cum dicit.

Quid Echo & quomodo fiat.

Fit autem echo, ſonitus, inquam, is, qui poſt ſonum reſultat, cum aer factus vnus, ob vas vel locum, qui terminauit ipſum, atque diſſolui prohibuit, inde reſilit, veluti pila, repulſus.

Text. comment. 80.

Echo autem fit, cum ab aere vno facto propter vas determinans, & prohibens diffundi, iterum aer repellitur, ſicut ſphæra.

Echo generatio.

Determinat de ſecunda generatione ſoni, quæ fit per reuerberationem, qui quidem ſonus vocatur Echo. Primo ergo determinat quomodo generetur. Secundo oſtẽdit quomodo diuerſificetur in ſui generatione, ibi {Videtur autem} Conſiderandum eſt autem circa primum ꝙ generatio ſoni in aere conſequitur motum aeris, vt dictũ eſt. Sic autem contingit de immutatione aeris apud generationem ſoni, ſicut de immutatione aquæ, cum aliquid in aquam proijcitur. Manifeſtum eſt enim ꝙ fiunt quædam regyrationes in circuitu aquæ percuſſæ. Quæ quidẽ circa locum percuſsionis ſunt paruæ, & motus eſt fortis. In remotis autem gyrationes ſunt magnæ & motus debilior. Tandem motus totaliter euaneſcit, & gyrationes ceſſant. Si autem antequam motus ceſſet, gyrationes illæ aliquod obſtaculum inueniant, fit motus gyrationis in contrarium, & tanto vehementius, quanto propinquius fiunt primæ percuſsionis. Sic igitur intelligendum eſt, ꝙ ad percuſsionem corporum ſonãtium, aer in gyrum mouetur & ſonus vndique diffunditur. Et in vicino quidẽ gyrationes ſunt minores, ſed motus fortior. vnde ſonus fortius percipitur. In remotis autem gyrationes ſunt maiores, & motus debilior, & ſonus obſcurius auditur. Tãdem autem deficit totum. Si autem antequam huiuſmodi gyrationes deficiant, fiat reuerberatio aeris ſic moti, & ſonum deferentis ad aliquod corpus, gyrationes reuertentur in contrarium & ſic auditur ſonus quaſi ex aduerſo. Et hæc vocatur Echo. Quod præcipue fit, quando illud obſtans, ad quod repercutitur aer motus, eſt aliquod corpus concauum, quaſi quoddam vas determinans, & cõcludens aerem in ſua vnitate & ideo prohibens ipſum diuidi. Tunc enim ille aer ſic vnitus & commotus, quia non poteſt vlterius motum protendere, propter corpus obſtans, percutit iterum aerem, à quo percutiebatur, & fit motus in contrarium. Sicut accidit cum aliquis proijcit pillam, quæ hic ſphæra dicitur, & inueniens obſtaculum retro reſilit. Deinde cum dicit.

Elegans cõparatio.

Videtur autem talis ſonitus fieri ſemper, ſed non ſemper clarus efficitur. Nam & in ſono, perinde atque in lumine fit. Lumen enim ſemper refrangitur: alioquin non fieret lumẽ vbique, ſed eſſent extra locum eum tenebra, quo radij Solis perueniant. Verum non ita ſemper refrangit, vt vmbram efficiat, qua terminare lumen ſolemus, quod quidem tum fit, cum ab aqua vel aere, cæteriſque lenibus, vt patet, reflectitur.

Videtur autem ſemper fieri Echo, ſed non certa, quia accidit in ſono, ſicut & in lumine. Etenim lumen ſemper repercutitur, neque enim fieret penitus lumen, ſed tenebra extra locum à Sole illuminatum. Sed non ſic repercutitur, ſicut ab aqua, aut aere, aut & ab aliquo alio leniũ, vt vmbram faciat, qua lumen determinamus.

Oſtendit quomodo diuerſimode fit Echo. & dicit, ꝙ videtur ſemper fieri. Echo, ſed non ſemper fit certa, id eſt manifeſte perceptibilis. Et hoc oſtendit per ſimile. Dicit enim ꝙ accidit in ſono, ſicut in lumine. Lumen enim ſemper repercutitur, ſed quãdoque quidem eſt manifeſtat repercuſsio luminis, quandoque autem non. Manifeſta quidem eſt repercuſsio luminis, quando repercutitur ab aliquo corpore fulgido, itaque cum quadam claritate fit luminis repercuſsio, ſimili modo primæ luminis emiſsioni. In manifeſta autem eſt repercuſsio luminis, quãdo repercutitur ab aliquo corpore opaco, quia huiuſmodi repercuſsio fit ſine claritate, & radiorũ emiſſione. Niſi enim à corporibus opacis fieret repercuſsio radiorum Solis, non fieret lumen penitus, id eſt in qualibet parte aeris ſuperioris hemiſphærij, ſed vbique eſſet tenebra extra Solem, id eſt extra loca, ad quæ directe perueniunt radij ſolares. Non tamen ſic repercutitur lumen à corporibus opacis, ſicut ab aqua, vel aere, aut aliquo de numero lenium corporum, & terſorum, à quibus fit repercuſsio cum claritate & radiorum emiſsione. Et ideo quia repercuſsio, quæ fit à corporibus opacis, non eſt ſimilis repercuſsioni, quæ fit à corporibus fulgidis, repercuſsio, quæ fit à corporibus opacis facit tenebram, id eſt vmbram ex illa parte, vbi determinatur lumen manifeſtum, quod eſt ex directa emiſsione radiorum ſolarium. Similiter autem, quando repercuſsio ſoni fit ad corpus concauum, in quo natus eſt multiplicari ſonus, fit Echo certa id eſt manifeſte comprehenſibilis. Quando autem ad alia corpora fit reuerberatio ſoni, quæ non ſunt nata multiplicare ſonum, non fit Echo manifeſta.

LECTIO XVII.

Quomodo fiat ſonus in medio aere vno & continuo exiſtenti, quod in aure item ſit aer ædificatus & immobilis vt fiat auditus probat, quę etiam demum cauſa ſit ſoni, & illius differentias, & acuti & grauis ex ſimilitudine ad qualitates tãgibiles, declarat.

Recte autem à veteribus, audiendi vacuo tribuitur auctoritas. nam aer vacuum eſſe videtur, Is autẽ eſt, qui audire facit cum continuus vnuſque fuerit agitatus. Verum quia fragilis eſt, non perſonat. niſi id quod eſt percuſſum, ſit lene. Tum enim vnus, ipſo ſimul ob planitiem ipſam euadit. Lenis nanque corporis planum eſt vnum. Id igitur ſonum efficit, quod mouet vſque ad auditum continuatione aerem vnum.

Vacuum autem recte dicitur proprium audiendi. Videtur enim eſſe vacuum aer. Hic autem eſt faciens audire, cum moueatur continuus & vnus. Sed propter id, quod fragilis eſt, non ſonat, niſi lene ſit, quod percutitur, tunc autem vnus fit. Simul enim propter planm. vnum enim eſt lenis planum. Sonatiuum eſt igitur, id, quod motiuum eſt vnius aeris, continuitate vſque ad auditum.

Text. comment. 81.

Text. comment. 82.

Poſtquam Philoſophus determinauit de generatione ſoni, hic determinat de immutatione ſenſus à ſono. Et primo quantum ad immutationem medij. Secundo quãtum ad immutationem inſtrumenti. ibi {Auditus autẽ.} Dicit ergo primo, ꝙ quia medium in ſono eſt aer, recte dicitur à quibuſdam, ꝙ vacuum eſt proprium ſenſui auditus, quia videtur eis, ꝙ vacuum ſit aer. Aer autem facit audire ſonum, cũ moueatur, exiſtens vnus, & continuus, vt in eo poſsit formari ſonus. Et quia ad hoc, ꝙ formetur ſonus, neceſſaria eſt vnitas, & continuitas aeris, ideo non fit ſonus, niſi ſonabile, quod percutitur, ſit lene. Lene enim eſt cuius vna pars nõ ſupereminet alteri. Aſperum aũt cuius vna pars alicui ſupereminet. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ ſuperficies lenis corporis eſt ſimpliciter vna.

Lene quid.

Aſperum quid.

Et propter hoc, aer propter vnitatem plani, id eſt ſuperficiei, ſit vnus, & ſimul exiſtens. Si autem corpus non ſit lene, ſed aſperum, tunc ſuperficies non eſt vna. Et, quia aer eſt frangibilis, id eſt facile diuiſibilis, ſequitur ꝙ etiã aer non ſit vnus & continuus, vnde non poteſt in eo formari ſonus. Sic igitur patet, ꝙ illud eſt ſonans tantum, id eſt faciens ſonum, quod mouet aerem vnum, continuum exiſtentem à ſe vſque ad auditum. Sic ergo patet, ꝙ illi, qui dicunt, ꝙ vacuum eſt proprium ſenſui auditus, dicũt aliquid recte: quia eſſe proprium auditus competit aeri, quem vacuum eſſe dicunt. Non autem dicunt recte quãtum ad hoc ꝙ plenum aere dicunt eſſe vacuum. Deinde cum dicit.

De organo auditu.

Ineſt autem auditui quidam inſitus aer, atque cum auditus in aere ſit, cum externus aer mouetur, & internus mouetur, ac agitatur. Quapropter animal non omni audit ex parte, neque quouis aer pertranſit & penetrat: quippe cum animatum non habeat aerem vbique, quo poſſit quauis ſui parte moueri.

Auditus autem connaturalis eſt aeri, propter id autẽ quod in aere eſt, moto exteriori, & qui intus eſt, mouetur. Propter quod non vbique audit animal, neque vbique pertranſit aer. Non enim vbique habet aerem mouẽda pars, & animatum, ſicut pupilla humidum.

Determinat de immutatione auditus à ſono, quantũ ad ipſum organum ſenſus auditus. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, ꝙ aer appropriatur organo auditus. Secundo oſtendit, qualis ſit aer, qui competit organo auditus, ibi {Per ſe quidem igitur.} Tertio oſtendit, quomodo auditus impeditur, vel non impeditur ex impedimento organi, ibi { Propter hoc autem & aqua.} Dicit ergo primo, ꝙ auditus connaturalis eſt aeri, ita ꝙ ſicut humidum aqueum conuenit inſtrumento viſus, ita aer conuenit inſtrumento auditus. Et hoc ideo, quia ſi attribuatur aer inſtrumento auditus, ſequitur ꝙ eadem paſsio ſoni erit in aere exterius moto & in aere qui mouetur intus, & eſt inſtrumentum auditus. Et ideo animal non audit in qualibet parte ſui corporis, neque aer ſonans generat ſonum, ſiue penetrat quancunque partem corporis animati, quia animatum non habet in qualibet ſui parte aerem, vt quælibet pars eius poſsit eſſe mouenda à ſono, ſicut etiam animatum habet humidum aqueum, non vbique, ſed in quadam parte determinata ſcilicet in pupilla.

Deinde cum dicit.

Ipſe igitur aer vacat ex ſe ſono, quia facile diſpergitur, ac diſſoluitur. Verum cum prohibetur diſſolui motio, tum ipſis eſt ſonus. At is aer, qui in auribus eſt collocatus, intus eſt conditus, vt ſit immobilis, atque hoc, vt exacte ſentiat differentias omnes.

Tex. comment. 83.

Per ſe igitur inſonabilis aer, propter id, quod facile frãgibilis eſt, accedit. Cum vero prohibeatur diffluere, huiuſmodi motus, ſonus eſt. Hic autem eſt in auribus ædificatus in hoc, vt immobilis ſit, quatenus exacte ſentiat omnes differentias motus.

Oſtendit qualis ſit aer, qui appropriatur inſtrumento auditus. Et dicit, ꝙ cum omne habens ſonum ſit aptũ natum reſiſtere percutienti: manifeſtum eſt, ꝙ aer per ſe nõ habet ſonum, eo ꝙ de ſe non eſt natum reſiſtere percutienti, ſed facillime cedit. Prohibetur enim ceſsio eius, ſiue diffluxus ab aliquo corpore ſolido, & ideo cum hoc accidit, motus aeris reddit ſonum. Dictum eſt enim, ꝙ ad generationem ſoni, oportet fieri percuſsionem duorum ſolidorum adinuicem, & ad aerem. Sed aer, qui eſt cõnaturalis auditui {eſt ędificatus} id eſt firmiter diſpoſitus in auribus, cum hac proprietate ꝙ ſit immobilis, ad hoc ꝙ animal poſsit ſentire per certitudinẽ omnes differentias motus. Sicut enim humidum aqueum, quod eſt in pupilla, caret omni colore, vt poſsit cognoſcere omnes colorum differentias, ita oportet ꝙ aer, qui eſt intra tympanum auris, careat omni motu, ad hoc ꝙ poſsit diſcernere omnes ſonorum differentias. Deinde cum dicit.

Diffl.

Et propter hoc in aqua etiam audimus, quia non ingreditur in ipſum inſitum aerem, nec in aurem ob obliquitates ipſius, aqua. Quod ſi acciderit, non audimus. Nec itẽ ſi ægrotauerit ipſa membrana. Quemadmodum etiam nõ videmus, cũ ea pellis, ægrotat, quæ pupillam cõplectitur.

Aeris caterua impedit auditum.

Propter hoc autem & in aqua audimus, quoniam non ingreditur ad ipſum connaturalem aerem, ſed neque in aurem, propter reflexiones ipſius. Cum autem hoc accidat, non audit. Neque ſi meninga laboret. Sicuti neque tum videmus, cum ea pellis, quæ pupillam tegit, morbo quopiam laborat.

Oſtendit quomodo impediatur auditus ex impedimento organi. Ponit autem duo impedimenta, ſecũdum duo, quæ dixit eſſe neceſſaria ad organum auditus. Quorum primum eſt ꝙ ſit ibi aer. Secundum eſt, ꝙ ille aer ſit immobilis. Primum ergo impedimentum eſt ex hoc, ꝙ ipſe aer corrumpitur. Et ideo ex prædictis manifeſtum eſt, ꝙ in aqua auditus ſit ita duntaxat, ꝙ aqua non ingrediatur ad ipſum connaturalem aerem, quem dixit ædificatum eſſe in auribus, ſed neque etiam in aurem ingrediatur, quod impoſsibile eſt propter reflexiones, quę prohibent introitum aquæ in aurem. Sed cum hoc accidit, ꝙ aqua, ſcilicet ingrediatur ad naturalem aerem, non audit animal propter corruptionem aeris, qui eſt neceſſarius ad audiendum. Sicut etiam, ſi corrumpatur humidũ pupillæ, ex immiſsione alicuius extranei, impeditur viſio. Et non ſolum ex corruptione aeris impeditur auditus, ſed etiam { ſi meninga, } id eſt pellis circundans aerem, aut aliqua pars coniuncta { laboret, } id eſt infirmetur. etiam viſio impeditur, ſi impediatur pellis pupillæ, quæ continet humorem aqueum pupillæ. Quidam autem libri habent ꝙ in aqua non audimus. Quod eſt contra illud quod dictum eſt, ꝙ audimus in aere & in aqua, & cõtra illud quod Philoſophus dicit in libro de Hiſt. animalium, ꝙ animalia audiunt in aqua. Licet enim aqua non ingrediatur ad interiorem aerem, tamen poteſt eum cõmouere, & ſic imprimere in ipſum ſpeciem ſoni. Secundum autem impedimentum auditus, ponit ibi.

Lectio 4. cap. 8.

At enim ſignum id eſt audiendi, vel non audiendi. Nam auris ſemper perſonat, perinde ac cornu. Semper enim aer inſitus motu ſuo quodam in auribus agitatur. Verum ipſe ſonus alienus eſt, & non proprius. Et propterea veteres vacuo nos, inquiunt, audire, ac perſonãte, quia audimus eo, quod determinatum aerem habet.

Tex. comment. 84.

Sed ſignum eſt audiendi, aut non, ſonare ſemper aurẽ, ſicut cornu. Semper enim quodam proprio motu aer mouetur in auribus, ſed ſonus extraneus, & non proprius. Et propter hoc dicunt nos audire vacuo, & ſonanti, quia audimus habente determinatum aerem.

Aer ædificatus in aere ſi moueatur, impedit auditum.

Et hoc impedimentum prouenit ex hoc, ꝙ aer, qui eſt in auribus, non eſt immobilis. vnde dicit, quod ſignũ, per quod poteſt diſcerni, vtrum aliquis ſit boni auditus, vel non, eſt quod ſemper audiat tinnitum in auribus, & ſonum. ſicut auditur cum apponitur cornu ad aures, propter motum aeris in cornu. Cum enim hoc accidit, homo non eſt boni auditus, quia aer in auribus ſic audientis, tinnitum, ſemper mouetur quodam proprio motu.

Sed

Sed ab inſtrumento auditus, ſonus debet eſſe extraneus, & non proprius, ſicut inſtrumentum viſus recipit extraneum colorem, & non habet proprium. Si autem haberet proprium, impediretur viſio. Et ſimiliter ſi aer, qui eſt in auribus habeat proprium motum & ſonum, impeditur auditus. Quia igitur auditus fit per aerem, propter hoc aliqui credentes aerem eſſe vacuum, dicunt nos audire vacuo, & ſonanti, quia, ſ. pars qua audiuimus, habet aerem determinatum, id eſt immobilem & diſtinctum ab aere exteriori. Deinde cum dicit.

Quid ſit efficiẽs ſoni cauſa.

Sed vtrum horum duorũ ſonet verberans, an id, quod verberatur. At conſtat vtrunq; ſonare, modo autem diuerſo. Sonus enim motio eſt eius, quod eo motu moueri poteſt, quo mouentur ea, quæ reſiliunt à corporibus leuibus, cum quiſpiam percutit. Nec omne quoduis tam verberatum, quam verberans, ſonum efficit, vti diximus. Non enim (vt patet) ſonus efficitur, ſi acus feriat acum, ſed opus eſt, vt id, quod verberatur, ſi planum, quo ſimul aer inde reſiliat, totusúe concutiatur.

Tex. commen 85.

Vtrum autem ſonet, verberans, an quod verberatur, an vtrunque, modo autem altero. Eſt enim ſonus motus poſſibilis moueri hoc modo, quo quidem ſaltantia à leuibus cum aliquis ea traxerit. Non igitur ſicut dictum eſt, omne ſonat, quod verberatur, & verberans, vt ſi obyciatur acus acui, ſed oportet quod percutitur, planum lene, regulare eſſe, vt aer ſubito diſſiliat, & moueatur.

Mouet quæſtionem circa generationem ſoni, vtrum cauſa actiua ſoni ſit verberans, aut quod verberatur. Et determinat quod vtrunque eſt cauſa, ſed alio & alio modo. quia enim cõſequitur ſonus motum neceſſe eſt quod ſicut aliquid eſt cauſa actiua motus, ita aliquid eſt cauſa actiua ſoni. Generatur autẽ ſonus ex motu, quo aliquid percutiens, propter reſiſtentiam percuſsi, reſilit, eo, ſcilicet modo quo {ſaltãtia,} id eſt reſilentia mouentur à lenibus & duris, cum aliquid {ea traxerit,} id eſt fortiter impulerit. Manifeſtum eſt igitur, quod primum percutiens mouet & iterum percuſſum, inquantum facit reſilire percutiens, & ſic vtrunq; eſt cauſa actiua motus. Et quia in generatione ſoni neceſſe eſt quod quędam reſilitio fiat ex reſiſtentia percuſsi, non omne quod verberat & verberatur ſonat, ſicut dictum eſt prius, puta ſi obijciatur acus acui, non fit ſonus. Sed ad hoc quod generetur ſonus, oportet hoc quod percutitur eſſe regulare, i. eſſe ſic diſpoſitum, vt aer ſubito diſsiliat ex eius reſiſtentia & moueatur, & ex tali motu generetur ſonus.

Deinde cum dicit.

Acutum & graue ſonorum differẽtiæ ſunt. Tex. commen. 86.

Atq; differentiæ ſonorum, actu ſono manifeſte fieri ſolent. Nam vt abſq; lumine non videntur colores, ſic neq; acutum, graueque ſine ſono diſcernitur.

Differentię autem ſonantium, in ſono ſecundum actum oſtenduntur. Sicut enim non videntur colores ſine lumine, ſic neq; ſine ſono acutum & graue.

Determinat de differentijs ſonorũ. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo percipiantur. Secundo quomodo nominentur, ibi {Hęc autem dicuntur.} Dicit ergo primo, quod diuerſæ res ſonantes faciunt diuerſos ſonos. Sed huiuſmodi differentiæ ſonantium, ſecundum ꝙ natæ ſunt facere diuerſos ſonos, non manifeſtantur quando ſonus eſt in potentia, ſed ſolũ quando ſonus eſt in actu. Sicut enim non videntur colores ſine lumine, ſic non percipiuntur acutum & graue in rebus ſonatiuis, niſi fiat ſonus in actu. Deinde cum dicit.

Hæc autem à tangibilibus tranſlatione dicuntur.

Hæc autem dicuntur ſecundum metaphoram ab illis, quæ tanguntur.

Oſtendit quomodo differẽtiæ ſonorum nominentur. Et circa hoc quatuor facit. Primo oſtendit vnde ſumantur nomina ſonorum, & dicit, quòd ſumuntur ſecundũ metaphoram à qualitatibus tangibilibus. Manifeſtum eſt enim quòd acutum & graue inter qualitates tangibiles computantur. Secundo ibi.

Quid ſit acutus, & grauis ſonus.

Acutum nanque, multum in breui tempore ſenſum mouet. Graue vero longo in tempore, parum.

Acutum enim mouet ſenſum in pauco tempore multum. Graue autem in multo paucum.

Ponit rationes nominũ. Et dicit quòd ille ſonus acutus eſt, qui multum mouet ſenſum auditus in pauco tempore, grauis autem ſonus eſt, qui multo tempore mouet parum. Tertio ibi.

Non igitur idem eſt acutum & velox, neq; graue tardumque, ſed fit alterius quidem motus propter velocitatem talis, alterius autem talis ob tarditatem.

Neq; tamen velox eſt acutum, graue autem tardum. Sed fit illius quidem propter velocitatem talis motus, huius autem propter tarditatem.

Quia prædictæ rationes videntur eſſe velocis, & tardi, velox enim eſt quod in paruo tempore multum mouetur, tardum aũt quod in multo tempore, parum. Oſtendit qualiter ſe habet acutum & graue in ſonis, ac velox & tardum in motibus. & dicit, quòd velox nõ eſt idem quod acutum, nec graue in ſonis eſt idem quod tardum, ſicut nec ſonus (cuius differentiæ ſunt graue & acutum) eſt idem quod motus, cuius differẽtiæ ſunt velox & tardum. Sed ſicut motus eſt cauſa ſoni, ita velocitas motus eſt cauſa ſoni acuti, & tarditas motus eſt cauſa ſoni grauis. Sed hoc intelligendum eſt, cũ ſonus cauſatur ab vno motu, cũ autem cauſatur ex pluribus motibus, frequentia motuum eſt cauſa acuti ſoni, & tarditas eſt cauſa grauis, vt dicit Boetius In muſica. Vnde & chorda magis tenſa, acutius ſonat, quia ex vna percuſsione frequentius mouetur. Quarto ibi.

Et ſimilia eſſe videntur acuto atq; obtuſo, quæ ſunt in tactu. Nam acutum quidem quaſi pungit, obtuſum autem quaſi pellit quia illud in pauco, hoc in multo tempore mouet. Quare fit, vt illud ſit velox, hoc tardum. Atq; de ſono quidem determinatum ſit hactenus.

Et videntur ſimilitudinem habere circa tactum cum acuto & hebeti. Acutum enim quaſi pungit, hebes quaſi pellit, propter id quod mouet, hoc quidem in pauco, illud autem in multo. Quare accidit hoc quidem velox, illud autem tardum eſſe. De ſono igitur ſic determinatum ſit.

Aſsimilat differentias ſonorum qualitatibus tangibilibus à quibus nominantur. & dicit, ꝙ ea, quæ ſunt circa tactum, habent ſimilitudinem cũ acuto & hebeti in ſonis, quia acutus quaſi pungit auditum, eo quòd in pauco tempore mouet ipſum, hebes autem quaſi pellit, quia in multo tempore mouet. Vnde vnum eorum accidit cum velocitate motus, aliud cum tarditate. Vltimo concludit quòd ſic de ſono determinatum ſit.

LECTIO XVIII.

Quibus nam conueniat vocẽ habere, & quomodo formetur.

Animatis cõuenit vocem habere, non animatis autẽ minime, niſi ex ſimilitudine.

Vox autem ſonus quidam eſt animati. Nil enim inanimatorũ, vocem habet, ſed ſimilitudine quadam, dicuntur vocem emittere, vt tibia, lyra, cæteraq́ue inanimata, quæcunque extenſionem, concentum, & locutionem habent. Horum enim ſoni ſimiles eſſe voci videntur, quia vox, & hæc eadem habet.

Vox

Tex. comment. 87.

Vox autem ſonus quidam eſt animati. Inanimatorum enim nullum vocat ſed ſecundum ſimilitudinem dicuntur vocare, vt tibia, & lyra, & quæcunque alia inanimatorum, extenſionem habent, & melos, & locutionem. Aſſimilantur enim quia & vox hæc habet.

Poſtquam Philoſophus determinauit de ſono, hic determinat de voce, quę eſt ſpecies ſoni. Et diuidit in partes duas. In quarum prima præmittit quædam, quæ ſunt neceſſaria ad diffinitionem vocis. In ſecunda diſtinit vocem, ibi {Quare percuſsio.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quorũ ſit habere vocem. Secundo quid ſit proprium, organum vocis, ibi {Vox autem ſonus.} Circa primum duo facit. Primo, oſtendit ꝙ habere vocem eſt animatorum. Secundo, oſtendit quorum animatorum, ibi {Multa autem animaliũ.} Dicit ergo primo. quòd vox eſt quædam ſpecies ſoni, eſt enim ſonus animati, non autem quorumlibet, ſed quorundam, vt poſt patebit. Nullum autem inanimatum habet vocem. Et ſi aliquãdo aliquod eorum dicatur habere vocem, hoc eſt ſecundũ ſimilitudinem, ſicut tibia, & lyra, & huiuſmodi inſtrumenta dicuntur habere vocem. Habent enim tria eorum ſoni, in quibus aſsimilantur voci. Quorum primum eſt extenſio. Manifeſtũ eſt enim quòd in corporibus inanimatis ex ſimplici percuſsione cauſatur ſonus: vnde cum percuſsio ſtatim tranſeat, ſonus etiã cito tranſit, & non continuatur. Sed vox cauſatur ex percuſsione aeris ad vocalem arteriam, vt poſt dicetur: quæ quidem percuſsio cõtinuatur ſecundum appetitum animę, & ideo vox extendi poteſt, & continuari. Illa igitur inſtrumenta, de quibus dictum eſt, ex hoc ipſo quòd habent quandam continuitatem in ſuo ſono, habent ſimilitudinem vocis. Secundum autem, in quo aſsimilantur voci eſt melos, id eſt conſonantia. Sonus enim corporis inanimati, cum ex ſimplici percuſsione proueniat, vniformis eſt, non habens in ſe diuerſitatem grauis, & acuti: vnde in eo non eſt conſonantia, quæ ex eorũ proportione cauſatur. Sed vox diuerſificatur ſecundum graue & acutum, eo ꝙ percuſsio, quæ cauſat vocem, diuerſimode ſit ſecundum appetitũ animalis vocem emittentis. Vnde, cum in prędictis inſtrumentis diſtinctio ſit grauis & acuti in ſono, eorum ſonus eſt cum quadam melodia, ad ſimilitudinem vocis. Tertium, in quo ſonus horum inſtrumentorum habet ſimilitudinem vocis eſt, locutio, i. interpretatio ſonorum ad ſimilitudinem locutionis. Manifeſtum eſt enim, ꝙ humana locutio non eſt continua, vnde & in libro Prædicamentorum, oratio, quæ in voce profertur, ponitur ſpecies quantitatis diſcretæ. Diſtinguitur enim oratio per dictiones, & dictio per ſyllabas, & hoc accidit propter diuerſas percuſsiones aeris ab anima. Et ſimiliter ſonus prædictorum inſtrumentorũ diſtinguitur ſecundum diuerſas percuſsiones, vtpote diuerſarum chordarum, vel diuerſorũ flatuum, aut aliquorũ huiuſmodi. Deinde cum dicit.

Inter. ſeq.

Quidam ſoni inanimatorũ aſſimilantur voci in tribus.

Tex. commen 90.

Oratio ſpecies diſcreta quantitatis.

Atqui complura ſunt animalium, quę non eliciunt vocem, vt ea, quæ ſanguinis expertia ſunt. Et eorum, quæ ſanguinem habent, piſces. Atque id non abſque ratione: ſiquidem ſonus motio quædam aeris eſt. Sed qui vocem dicuntur emittere, vt acheloi fluuij piſces, ij branchijs ſane ſonitant, vel aliqua ſimili parte.

Multa autem animalium vocem non habent, vt quæ ſunt ſine ſanguine, & ſanguinem habentiũ piſces. Et hoc rationabiliter: ſiquidem motus ſonus eſt. Sed qui dicuntur vocem habere, vt qui in acheloo, ſonant brachijs, aut quodam altero huiuſmodi.

Oſtendit quorum animatorum ſit habere vocem, & dicit, quòd etiam multa animalia ſunt, quæ non habent vocem ſicut omnia carentia ſanguine, quorum quatuor ſunt genera, vt dicitur in lib. de Animalibus, ſcilicet mollia, quæ habent mollem carnem exterius, vt pulpi, & ſepiæ, & animalia mollis teſtæ, vt cancri, & animalia durę teſtæ, vt oſtræ, & animalia anuloſi corporis, vt apes, formicæ, & huiuſmodi. Nullum enim horum habent ſanguinem neque vocem. Et ſimiliter etiam aliqua animalium habentium ſanguinem non habent vocem, ſcilicet piſces. Et hoc rationabiliter accidit, quia ſonus eſt quidã motus aeris, vt ſupra dictum eſt. Huiuſmodi autem animalia non reſpirant aerem, & ideo nõ habent proprium ſonum, qui ſit vox. Sed quòd aliqui piſces dicuntur habere vocem, ſicut qui ſunt in acheloo, quod eſt propriũ nomen fluuij, non habent proprie vocẽ, ſed faciunt quendam ſonum cum branchijs, quibus expellunt aquam, & attrahunt aerem, aut aliquo alio inſtrumento motos. Deinde cum dicit.

Lib. 4. de hiſto. animaliũ ca. 9

Tex. commen. 83.

Vox autem ſonus eſt animalis, & non quauis efficitur, ſine diſcrimine, parte, ſed cum, aliquo percutiente aliquid, & in aliquo, quod quidem eſt aer, ſonus effici ſoleat, iure profecto vocem, animalium ea ſolum habebunt, quæ ſuſcipiunt aerem.

Quæ aerẽ reſpirãt vocẽ habent.

Vox autem ſonus animalis eſt, & non qualibet parte. Sed quoniam omne ſonat verberante aliquo, & aliquid, & in aliquo: hoc autem eſt aer. rationabiliter vtiq; vocem habebunt, hæc ſola, quæcunque ſuſcipiunt aerem.

Tex. commen. 88.

Oſtendit quod ſit organũ vocis. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit ꝙ idem eſt organum vocis & reſpirationis. Secũdo oſtendit ad quid reſpiratio ſit vtilis, ibi. {Iam enim reſpirato.} Tertio oſtẽdit quid ſit organum reſpirationis, ibi {Organum autem.} Dicit ergo, quòd quamuis vox ſit ſonus animalis, non tamen cuiuſcunque partis animalis ſonus eſt vox. Sed quia ad generationem ſoni requiritur quòd ſit percuſsio alicuius ad aliquid, & in aliquo, quod eſt aer: rationabile eſt, ꝙ illa ſola animata vocem habeant, quæ aerem reſpirando ſuſcipiunt, & ex eadem parte, vnde reſpirant. Deinde cum dicit.

Iam enim ipſa natura, vt ad guſtum, & locutionem vtitur lingua. Quorum guſtus quidem neceſſarius eſt, quapropter & pluribus ineſt, interpretatio vero eſt gratia boni. ſic & aere, qui reſpiratione trahitur, ad duas vtitur operationes: ad internum, inquam, diſponendũ calorem, quod quidẽ eſt neceſſarium, & cauſam in alijs explicabimus: & ad vocem etiam conficiendam, ob bonum.

Natura vtitur aere in ſpiritu, & lingua ad duo munera.

Iam enim aere reſpirato vtitur natura ad duo opera, ſicut lingua, & ad guſtum & locutionem. Quorum quidem, guſtus neceſſarius eſt, vnde & pluribus ineſt. Interpretatio autem eſt propter bene eſſe. Sic & ſpiritu, & ad calorem interiorem, quod eſt neceſſarium. Cauſa autem in alijs dicetur, & ad vocem, vt ſit bene.

Dicit ꝙ natura vtitur aere reſpirato ad duo opera, ſicut etiam vtitur lingua ad guſtũ, & ad locutionem, quorum duorum, guſtus eſt neceſſarius. eſt enim diſcretiuus alimenti conuenientis, quo cõſeruatur animal, & propter hoc pluribus animalibus ineſt. Sed interpretatio, quę ſit per locutionem, eſt ad bene eſſe. Et ſimiliter aere reſpirato natura vtitur ad mitigationẽ caloris naturalis, quod eſt neceſſarium: & huius cauſa dicta eſt in libro de reſpiratione & expiratione: & vtitur aere reſpirato ad formationem vocis, quod eſt ad bene eſſe. Deinde cum dicit.

Quid nam ſit reſpirationis organum.

Inſtrumentum autem reſpirandi fauces ſunt, pulmoq́;, id eſt gratia cuius eſt iſta pars. Nam ea, quæ gradiuntur, hac in parte plus habent caloris, quam cætera. Is præterea locus, qui circa cor eſt primus, reſpiratione nimirum eget. Idcirco neceſſarium eſt, aerem ingredi reſpiratione attractum.

Tex. commen. 89. Lectio. 1.

Organum autem reſpirationis, vocalis arteria eſt. Cuius autem cauſa hęc pars, eſt pulmo. Hac enim parte plus habent caloris, pedibus gradientia, alijs. Indiget autem reſpiratione, & circa cor locus primus. Vnde neceſſe eſt interitus reſpirante, ingredi aerem.

Oſtendit quod ſit organum reſpirationis: & dicit, ꝙ organum reſpirationis eſt vocalis arteria, quæ eſt ordinata ad pulmonē, vt ei deſeruiat ad aeris attractionem. Aer enim neceſſe eſt, vt recipiatur in pulmone, quia animalia greſsiua habent in hac parte plus de calore, quàm in alijs partibus. Pulmo enim coniungitur cordi, in quo eſt principiū caloris naturalis, & ideo locus, qui eſt circa cor, indiget reſpiratione ad refrigerium caloris naturalis. Dicit autē {locus primus,} vel quia eſt primus poſt cor, pulmo, vtpote ei vicinior, vel quia cor eſt prima pars animalis, & quantum ad generationem, & quantum ad cauſalitatem motus. & propter hoc neceſſe eſt vt aer ingrediatur ad pulmonem ad refrigeriū caloris naturalis cordis. Vel hoc quod dicit, quia {in hac parte animalia pedibus gradientia habent plus caloris alijs} intelligendū eſt alijs animalibus. Manifeſtū eſt enim, quòd animalia habentia ſanguinem habent plus de calore naturali, carentibus ſanguine. Et in genere habentium ſanguinem habent piſces minus de calore naturali. Et propter hoc animalia carentia ſanguine & piſces non reſpirant, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

Tex. commen. 87. Vocis defini.

Quare vox eſt ictus aeris reſpiratione attracti, qui quidem ab anima fit, ea, quæ his in partibus collocatur, ad eam partem, quæ gurgulio appellatur.

Tex. commen. 90.

Quare percuſſio reſpirati aeris ab anima, quę eſt in his partibus, ad vocalem arteriam, vox eſt.

Ex præmiſsis, vocis diffinitionem cōcludit. Et circa hoc duo facit. Primo ponit diffinitionem vocis. Secundo manifeſtat eam. ibi. {Non.n.omnis.} Dicit ergo primo, ꝙ quia vox eſt ſonus animati, & ex illa parte, qua aerem reſpirat: omnis autem ſonus eſt ex aliqua percuſsione aeris: ſequitur ꝙ vox ſit reſpirati percuſsio aeris ad arteriam vocalem, quę quidem percuſsio fit ab anima, quę eſt in his partibus, i. principaliter in corde. Quamuis.n. anima ſit in toto corpore, vt eſt forma animalis, tamen vis eius motiua eſt principaliter in corde. Datur autem hęc diffinitio per cauſam. nō enim vox eſt percuſsio ſed ſonus ex percuſsione cauſatus. Deinde cum dicit.

Non enim omnis quiuis animalis ſonus, vox eſt, vti diximus. fit enim vt & lingua ſonus efficiatur: & etiam vt tuſſientes efficiunt vocem. ſed oportet ut & animatum ſit id, quod verberat, & aliqua cum imaginatione, Vox enim, ſonus quidam eſt ſignificatiuus, & non aeris eius, qui reſpiratione trahitur, vti tuſſis, ſed hoc ferit aerem eum, qui eſt in gurgulione, ad ipſum.

Non enim omnis ſonus animalis, vox eſt, ſicut diximus. Eſt enim & lingua ſonare, & ſicut tuſſientes. Sed oportet, & animatum verberans, & cum imaginatione aliqua. Significatiuus enim quidam ſonus eſt vox, & non reſpirati aeris, ſicut tuſſis, ſed iſto verberat eum aerem qui eſt in arteriam, ad ipſam.

Manifeſtat prædictam diffinitionem. Et primo quantum ad hoc quod dixerat, quòd percuſsio vocalis eſt ab anima. Secundo quantū ad hoc quod dixit, quod eſt aeris reſpirati. ibi {Signum autem.} Poſuerat enim tria in diffinitione vocis. Percutiens, ſ. animam. Percuſſum, ſ. aerem reſpiratum. Et ad quod fit percuſsio, ſ. vocalem arteriam. quorū tertium ſupra manifeſtauerat, vnde reſtabat quòd duo prima manifeſtaret. Dicit ergo primo quòd ſicut ſupra dictū eſt, non omnis ſonus animalis eſt vox. Contingit enim linguam facere aliquos ſonos, qui tamen non ſunt voces, ſicut & tuſsientes faciunt ſonum, qui tamen non eſt vox. Oportet enim ad hoc ꝙ ſit vox, quòd verberans aerem ſit aliquid animatū, & cum imaginatione ad aliquid ſignificādum. Oportet enim quòd vox ſit ſonus quidam ſignificans, vel naturaliter, vel ad placitum, & propter hoc dictum eſt ꝙ huiuſmodi percuſsio eſt ab anima. Operationes enim animales dicuntur, quæ ex imaginatione procedunt. Et ſic patet quòd vox non eſt percuſsio reſpirati aeris, ſicut accidit in tuſſi. Sed id, cui principaliter attribuitur cauſa generationis vocis, eſt anima, quæ vtitur iſto aere, ſcilicet reſpirato, ad verberandum aerem, qui eſt in arteria, ad ipſam arteriam. Aer ergo non eſt principale in vocis formatione, ſed anima, quæ vtitur aere vt inſtrumento ad vocem formandam. Deinde cum dicit.

Cur muti ſint ſpēs.

Signum autem eſt, non poſſe quenquam ædere vocem ſpirantem, aut reſpirantem, ſed aerem retinentem. Detinens enim aerem, hoc ipſo nimirum mouet. Patet autem & quam ob cauſam piſces vocem non fundunt, fauces.n. non habent. Ad hanc partem non habent, quia non ſuſcipiunt aerem, neq; reſpirant. Sed qui ita dicunt, vehementer aberrant. Quam autem ob cauſam alius ſermo eſt.

Tex. commen. 91.

Signum autem eſt non poſſe vocem formare reſpirantem, neque expirantem, ſed detinentem. Mouet enim iſto retinens. Manifeſtum autem & cur piſces ſint ſine voce, Non enim habent guttur. Hanc autem partem non habent, quia non recipiunt aerem, neque reſpirant. Sed qui dicunt ſic, peccant: Propter quam igitur cauſam, altera ratio eſt.

Oſtendit aliam partem diffinitionis. ſ. ꝙ vox ſit percuſsio aeris reſpirati, & dicit, quòd ſignum huius eſt duplex: vnum, quia animal nō poteſt formare vocem, neq; dum attrahit aerem reſpirando, neq; dum expellit expirandu, ſed dum retinet aerem, quia dum retinet, iſto aere retento & percutiente aerem exiſtentem in vocali arteria cauſat motum ad formationem vocis. Aliud ſignū eſt, piſces non habent vocem, non enim habent guttur, i. vocalem arteriam, & hanc partem non habent, quia non recipiunt aerem, neque reſpirant. Sed qui dicunt hoc, ꝙ piſces reſpirant, peccant. Quare autem piſces non reſpirant, alia ratio eſt, pertinet enim ad ſcientiam, in qua conſiderantur particulari accidentia animalium.

LECTIO XIX.

Quam difficile ſit de odorabili tractare dicit, cuius naturam & differentias ex ſaporum differentijs patefacit, concludens quomodo odoratiuum ſit odorabilis perceptiuus, & appoſiti.

De odoratu.

DE odore vero & odorabili, non æque bene, atque ad hiſce, quę dicta ſunt, diſcernere, determinareq́; poſſumus. Non.n. ſic patet, quale quid ſit odor, vt ſonus, vel lumen, vel color. Cuius cauſa eſt, nos non habere hunc ſenſum exactū, ſed inferiorem complurium animalium ſenſum. Remiſſæ nanque homo olfacit, & nihil odorabilium percipit abſq; dolore, vel voluptate, propterea quòd ſenſus inſtrumentum huiuſce non eſt exactum, atque perfectum. Atque conſentaneum eſt rationi, tam

Homo remiſſum, ac debilē hēt olfactum.

animalium

animalium ea quæ duros oculos habent, ſic ſentire colores, vt non eorum percipiant differentias, niſi terrore, contrarioq; ipſius, quam hominum genus, odores.

Tex. comment. 92.

De odore autem & olfactibili, minus bene determinabile eſt dictis. Non enim manifeſtũ eſt quale quid ſit odor, ſicut ſonus, aut viſibile, aut lumen. Cauſa autem eſt, quia ſenſum hunc non habemus certum, ſed peiorem multis animalibus. Praue enim odorat homo, & nihil odorat odorabilium, ſine lætitia & triſtitia tanquam non exiſtente certo eo, quo ſentimus. Rationabile eſt autem ſicut & fortes oculis colores ſentire, & non per manifeſtas ipſis eſſe differentias colorum, niſi terrentium, & non terrentium, ſic & odores, hominum genus.

Poſtquã Philoſophus determinauit de viſibili, & audibili, nunc tertio determinat de odorabili. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de odorabili vt ſic. In ſecunda determinat de odorabili ſecundum ꝙ immutat ſenſum olfactus. ibi. {Eſt autẽ olfactus.} Circa primum duo facit. Primo determinat de odorabili ſecundũ ſe. In ſecunda de non odorabili ſecundum ꝙ odoratu percipitur. ibi. {Adhuc autem} Circa primũ duo facit. Primu oſtendit difficultatem determinãdi de odorabili. Secundo oſtendit quomodo accipiatur cognitio odorabilium. ibi. {Videtur enim & analogia.} Dicit ergo primo ꝙ non ita bene determinari poteſt de odore & odorabili, ſicut de prædictis ſenſibilibus, ſcilicet audibili, & viſibili, quia non manifeſtum eſt nobis quid ſit odor, ſicut quid eſt ſonus, aut quid eſt viſibile, aut lumen, vel aliquid huiuſmodi. Et huius cauſam aſſignat, quia ſenſum odoratus non habemus bonum, qui perſpicaciter & per certitudinem cognoſcat ſuum obiectum, ſed habemus eum peiorẽ multis alijs animalibus. Cuius ratio eſt, quia, cum inſtrumentum ſenſus debeat eſſe proportionatũ ſuo ſenſibili, ſicut odor cauſatur ex calido & ſicco, ita ad bonitatem inſtrumẽti odoratus exigitur victoria calidi & ſicci. Homo autem habet cerebrum, in cuius vicino poſitum eſt inſtrumentũ olfactus, maius omnibus alijs animalibus, ſecundum proportionem ſui corporis, vt Philoſophus dicit in libro de animalibus. vnde, cum cerebrũ ſit humidum & frigidum in ſe conſideratum, impeditur in homine bonitas olfactus, & propter hoc praue odorat homo, & nihil odorabilium percipit, niſi quod eſt ſecundum aliquam excellentiam inducens delectationem, aut contrarium: quod contingit propter ſenſum, qui nõ eſt perſpicax ad certitudinaliter diſcernẽdum de ſuo obiecto. Vnde rationabile eſt, quòd hominũ genus ſic ſe habeat ad percipiendos odores, ſicut ſe habent animalia habentia duros oculos, vt locuſtæ, & quidam piſces ad percipiendos colores: quos, propter debilitatem viſus, ex ineptitudine organi, non percipiunt niſi in quadam excellentia, prout ex eis ingeritur eis aliquis terror, vel eius contrarium. Deinde cum dicit.

Cur odoratum piorẽ animaliũ habeat homo.

Lib. 1. c. 16.

De odoribus. In homine guſtus eſt exactior, quam odoratus. Homo hẽt exactis tactum. Molles carne, ingenio pollent.

Similem autem rationem ſubire videtur odoratus ad guſtum, & odoris ſpecies ad ſpecies ipſas saporũ. Verum exactiorem guſtum habemus, quam odoratum, ex eo, quia guſtus tactus eſt quidã: quem quidem ſenſum homo exactiſſimum habet. in cæteris namq; ſenſibus vehementer à cæteris animalibus ſuperatur, at tactu longe cæteris omnibus excellentius percipit. Quapropter & prudentiſſimum eſt animaliũ. Inditium autem eſt in hominum genere ob hoc inſtrumentum ſenſus, ingenioſos eſſe, hebetesúe, & non ob aliud quicquam. Qui namq; ſunt duri carne, ij ſunt inepti mente. Qui vero ſunt molles carne, ij ſunt ingenioſi menteq́ue dextri.

Videtur enim & olfactus analogiam habere ad guſtũ, & ſimiliter ſpecies humorum enim his; quæ ſunt odoris. Sed certiorem habemus guſtum, propter id, quod ipſe quidam tactus eſt, hunc autem ſenſum habet homo certiſſimum. In alijs enim deficit ab animalibus multis. Secundum autem tactum, longe excellentius, certiusq́ue quam cætera animalia iudicat: vnde & prudentiſſimum animalium eſt. Signum autem, in genere hominum ſecundum ſenſum hunc, ingenioſos eſſe & non ingenioſos, ſecundum alium autẽ nullum. Duri enim carne inepti mente: Molles autem carne, bene apti.

Tex. commen. 94.

Lect. 8. Tex. commen. 8.

Oſtendit quomodo innoteſcant nobis differẽtiæ odorum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, ꝙ differentiæ odorum nobis innoteſcunt per comparationẽ ad differentias ſaporum. Secundo oſtendit quomodo reſpondent differentiæ odorum differentijs ſaporum. ibi. {Eſt autem ſicut humor.} Dicit ergo primo, ꝙ ſenſus olfactus in homine videtur habere quandam conuenientiam & proportionem ad guſtum, & ſimiliter ſpecies humorũ, i. ſaporum ad ſpecies odoris. Vnumquodq; autem ignotum cognoſcitur per id quod eſt magis manifeſtũ. Vnde cum ſpecies ſaporum ſint nobis maxime manifeſtæ, ſpecies odorum, quæ ſunt nobis ignotæ, & habent affinitatem ad ſpecies ſaporum, ſub eorum ſimilitudine à nobis cognoſcuntur. Species autem ſaporum ſunt nobis manifeſtæ, quia ſenſum guſtus habet homo certiorem quàm alia animalia, quia guſtus eſt tactus quidam: tactum autem habet certiſsimum alijs animalibus, licet in alijs ſenſibus deficiat à quibuſdam animalibus. Sunt enim quædam animalia, quæ melius vident audiunt, & olfaciunt, quàm homo, ſed homo ſecundum tactum, multum differt in certitudine cognitionis ab alijs animalibus. Vnde, quia homo habet optimũ tactum, ſequitur quòd ſit prudentiſsimum omnium aliorum animalium. Et in genere hominum ex ſenſu tactus accipimus quòd aliqui ingenioſi ſunt, vel non ingenioſi. & non ſecundum aliquem alium ſenſum. Qui enim habent duram carnem, & per cõſequens habent malum tactum, ſunt inepti ſecundum mentem: qui vero ſunt molles carne, & per conſequens boni tactus, ſunt bene apti mente. Vnde etiam alia animalia habent duriores carnes, quam homo. Sed videtur, quòd aptitudo mentis magis reſpondeat bonitati viſus quàm bonitati tactus: quia viſus eſt ſpiritualior ſenſus & plures differentias rerum demoſtrat. Sed dicendum eſt, ꝙ duplici ex cauſa, bonitas mentis reſpõdet bonitati tactus. Prima ratio eſt, quòd tactus eſt fundamentum omnium aliorum ſenſuum. Manifeſtum eſt, ꝙ organum tactus diffunditur per totum corpus, & quodlibet inſtrumentum cuiuſcunque ſenſus eſt etiam inſtrumẽtum tactus, & illud, ex quo aliquid dicitur eſſe ſenſitiuum, eſt ſenſus tactus. Vnde ex hoc quòd aliquis habet meliorem tactum, ſequitur ꝙ ſimpliciter habet meliorem ſenſitiuam naturam, & per conſequens, quòd ſit melioris intellectus. Nam bonitas ſenſus eſt diſpoſitio ad bonitatem intellectus. Ex hoc autem, ꝙ aliquis habet meliorem auditum, vel meliorem viſum, nõ ſequitur quòd ſit melius ſenſitiuus, vel melioris ſenſitiuæ ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid. Alia ratio eſt, quia bonitas tactus conſequitur bonitatem complexionis, ſiue temperãtiæ. Cum enim inſtrumentum tactus non poſsit eſſe denudatum à genere tangibilium qualitatum, eo quod eſt ex elementis compoſitum, oportet quod ſit in potentia ad extrema ſaltem per hoc, quod eſt medium inter ea. Ad bonam autem complexionem corporis ſequitur nobilitas animæ: quia

Obiect. An bonitas mentis reſpõdeat bonitati tactus, an viſus.

Vide inferius. Tex. 118. 119.

quia omnis forma eſt proportionata ſuæ materiæ. Vnde ſequitur, quod qui ſunt boni tactus, ſunt nobilioris animæ & perſpicacioris mentis. Quæritur autem iterum, cum tactus ſit certiſsimus ſenſuum: quare ſpecies odoru denominantur magis à ſpeciebus ſaporum, quàm à qualitatibus tangibilibus. Et dicendum, quod odor & ſapor cauſantur ex determinata commixtione qualitatum elementarium, & ideo ſpecies odoris magis correſpondent ſpeciebus ſaporis, quàm ſimplicibus qualitatibus tangibilibus. Deinde cum dicit.

Vt autem ſaporum, alius dulcis, alius eſt amarus, ſic & odorum quoſdam dulces, quoſdam appellamus amaros. Verum quædam odorem habent ſaporemq́ue ſimilis rationis, dulcem, inquam, ſaporem, dulcemque odorem quædam contra. Similiter & acer eſt, & acerbus odor, & acutus, & pinguis. Nam qui odores non ſunt, vti diximus, manifeſti, perinde atq; ſapores, ideo nomina odorum deducta ſunt à ſaporibus, per ſimilitudinem rerum. Alius enim eſt dulcis, vt croci, mellisque, alius acer, vt thymi, ac huiuſmodi rerum. Idem & in cæteris modus ſeruatur.

Tex. commen 95. Eadem ſunt odorũ & ſaporũ nomina.

Eſt autem ſicut humor, hic quidẽ dulcis, ille vero amarus, ſic & odores ſunt. Sed alia quidem habent proportionaliter odorem & humorem. Dico autẽ dulcem odorem, & dulcem humorem: alia vero contrarium. Similiter autem & acer, & auſterus, & acutus, & pinguis eſt odor: ſed, ſicut diximus, propter id quod non multum manifeſti ſunt odores, ſicut humores, ab his acceperunt nomina ſecundũ ſimilitudinem rerũ. Dulcis enim à croco, & melle, acer autem à thymo, huiuſmodi. Eodem modo & in alijs.

De generatione ſaporũ atq; odorum, infra tex. 100.

Oſtendit quomodo ſpecies odoris correſpondent ſpeciebus ſaporis: & dicit, quod ſicut humor, i. ſapor, quidam eſt dulcis, & quidam amarus, ſic etiam & odores diſtinguuntur. Sed ſciendum eſt, quod quædã habent proportionalem odorem & ſaporem, ſ. dulcem odorem, & dulcem ſaporem, quædã vero per contrarium, ſ. ſuauem ſaporem, & non ſuauem odorem, vel econuerſo. Cuius ratio eſt, quia ſapor conſiſtit in humido aqueo aliqualiter digeſto, odor autem conſiſtit in ſicco aereo, aliqualiter contemperato. Contingit autem quandoq; vtranq; ſubſtantiam, ſ. ſubtilem aeream, & aqueam groſsiorem, ſecundum debitam proportionem commiſtam eſſe, & ſic eſt ſuauitas ſaporis & odoris. Si vero ſit debita proportio in vno & non in altero, erit in vno ſuauitas, & in alio non. Et ſicut dictum eſt de dulci, & amaro, quę ſunt extrema in ſaporibus, quæ transferuntur ad odores, ita etiá & acetoſum & auſterum, id eſt ſtipticum, aut ponticum, & acutum, & pingue, odoribus attribuuntur. Sed licet non ſemper in omnibus correſpondeant odores ſaporibus, tamen, ſicut dixi, propter hoc quod odores non ſunt multú manifeſti, ſicut ſapores, acceperunt nomina odores à ſaporibus, ſecundum ſimilitudinem rerum, quia, vt in pluribus, odores reſpondent ſaporibus. Dulcis enim odor & ſapor cauſatur à croco & melle. Acer autem à thymo & à ſimilibus. Et ſimiliter de alijs odoribus & ſaporibus. Deinde cum dicit.

Inodorabile triplex, vel ut & inuiſibile, ſupra tex. 71. dupl. accipi docuit, ſic & inaudibile, & inguſtabile. tex. 103.

Atqui ſicut auditus eſt audibilis atq; inaudibilis, & viſus viſibilis atque inuiſibilis, & quiſque ſimiliter ſenſuum, ſic & odoratus eſt odorabilis atque inodorabilis. Inodorabile autem multipliciter dicitur. nam & id, quod omnino caret odore, neque vnquam odorem habere poteſt, & id, quod exiguum habet, & id etiam, quod malum, vtrunq; habet odorem, hoc appellari nomine ſolet, ſimiliter & ipſum inguſtabile dicitur.

Text. commen. 96. Quiuis ſenſus perceptiuus eſt ſui obiecti, & oppo. ſuo obiecto.

Adhuc autem, ſicut auditus & vnuſquiſque ſenſuum hic quidem audibilis & non audibilis, ille vero viſibilis, & non viſibilis, ſic & olfactus odorabilis, & non odorabilis. Non odorabile autem, aliud quidem ſecundum id, quod omnino impoſſibile eſt habere odorem, aliud vero paruum habens, & prauum, ſimiliter autem & non guſtabile dicitur.

Oſtendit etiá quomodo non odorabilia odoratu percipiuntur, & dicit quod ſicut auditus eſt audibilis, & nó audibilis, & viſus eſt viſibilis, & nõ viſibilis, cum ſit eadem potentia cognoſcitiua oppoſitorum, & priuatio nó cognoſcatur, niſi per habitum, ſimiliter olfactus eſt odorabilis, & non odorabilis. Sed non odorabile dicitur dupliciter. Aut quod omnino non poteſt habere odorem, ſicut corpora ſimplicia. Aut quod habet parum de odore, aut malum odorem. Et ſimiliter intelligendum eſt de guſtabili, & non guſtabili.

LECTIO XX.

Quo pacto immutetur ſenſus olfactus ab odorabili non modo in hominibus, ſed in alijs animalibus, & de ipſius inſtrumenti odoratus compoſitione.

Medium in odoratus eſt aer, & aqua.

Fit autem olfactus etiam per mediũ, aut aerem, aut aquam. Etenim animaliũ, ea quæ in aquis degunt, videntur odorem ſentire, tam habentia, quam non habentia ſanguinem. Sicut & ea quæ verſantur in aere. Horum nanq; nonnulla, odorem alimenti percipiunt eminus perguntq́ue ad ipſum.

Tex. commen. 97.

Eſt aũt & olfactus per medium, ut aerem, aut aquam. Et nanq; aquatica videntur odorem ſentire. Similiter autem & quæcunq; cum ſanguine, & ſine ſanguine, ſicut & quę in aere. Etenim horum quędam à longe occurrunt ad alimentum, quæ ab odore mouentur.

Poſtquã Philoſophus determinauit de odorabili, hic determinat de immutatione odoratus ab ipſo. Et primo quantum ad medium. Secundo quantum ad organũ ſenſus. ibi. {Eſt autem odor ſicci.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid ſit medium inſtrumenti odoratus. Secundo mouet quandam quæſtionem circa determinata. ibi {Vnde dubium.} Dicit ergo primo, ꝙ ſenſus olfactus immutatur ab odorabili per medium, ſ. aerem, aut aquam. Et quod aer ſit medium in olfactu, manifeſte apparet, quia nos per aerem odoramus. vnde oportuit manifeſtare aquam eſſe medium in olfactu. Quod quidem oſtendit per hoc, ꝙ animalia aquatica odorem ſentiunt non ſolú illa, quæ habent ſanguinem, ſed etiam illa, quę ſanguine carent, ſicut & animalia, quæ viuunt in aere. Quod apparet ex hoc, quod quædam eorum de longinquo veniunt ad alimentum. quod non poſſet eſſe, niſi inquantum prouocantur ab odore, ſicut patet de vulturibus, qui ex multis diebus dicuntur ad cadauera conuenire. Quomodo autem odor ad tam remota ſpatia diffundatur, dubitatio eſt. Sciendum itaq; eſt quoſdam poſuiſſe omnes ſenſus quodá perfici tactu. Dicebant enim oportere ꝙ ſenſus ſenſibile cõtingat ad hoc quòd ſentiatur. Aliter tamen æſtimabant hoc accidere in viſu, & in alijs ſenſibus. Dicebant enim, quod ex viſu egrediebantur lineæ viſuales progredientes vſq; ad rem viſam, & ex earum contactu viſibile videbatur. In alijs autem ſenſibus dicebant, quod econuerſo ſenſibile perueniebat ad ſenſum. Et quod in tactu & guſtu hoc manifeſte videtur accidere. Nam tangibile & guſtabile quodam contactu ſentiuntur, in auditu etiam idem videtur eſſe. Nam aer motus vſq; ad auditum pertingit. Circa olfactum etiam

Quomodo odor ad remota.

idem

idem eſſe dicebant. Ponebant enim, quod à corpore odorabili reſoluatur quædã fumalis euaporatio, quæ eſt ſubiectum odoris, & perueniebat vſque ad ſenſum olfactus. Cauſa enim huius diuerſitatis hæc eſſe videtur, quia antiqui non ponebant nec percipiebant aliquid de immutatione ſpirituali medij, ſed ſolum de immutatione naturali. In alijs autem ſenſibus apparet quædam immutatio naturalis in medio, ſed nõ in viſu. Manifeſtum eſt enim, ꝙ ſoni & odores deferũtur per ventos, vel impediuntur, colores autem nullo modo. Manifeſtũ eſt etiam, ꝙ contrariorum colorum ſpecies, per eandem partem aeris deferuntur ad viſum, ſicut cum vnus videt album, alius nigrum ſimul exiſtentes in eodẽ aere & eodem aere vtentes pro medio. Quod quidem in olfactu non accidit. Nã contrarij odores etiam in medio ſe impedire inueniuntur. Et ideo non percipientes immutationem, qua medium immutatur à viſibili, poſuerũt quòd viſus defertur vſq; ad rem viſam. Sed quia percipiebant immutationẽ, qua medium immutatur ab alijs ſenſibus, credebant ꝙ alia ſenſibilia deferrentur ad ſenſum. Sed manifeſtum eſt ꝙ hoc in olfactu non poteſt accidere. Cum enim odor cadaueris vſq; ad quingenta milliaria vel amplius à vulturibus ſentiatur, impoſsibile eſſet, quod aliqua corporalis euaporatio cadaueris vſq; ad tantum ſpacium diffunderetur, præcipue cum ſenſibile immutet medium vndiq; ſecundum eandem diſtãtiam, niſi impediatur. Non autem ſufficeret ad occupandum tantum ſpacium, etiam ſi totum cadauer reſolueretur in fumalem euaporationem, cum ſit certus terminus rarefactionis, ad quem corpus naturale peruenire poteſt, qui eſt raritas ignis & præcipue cum per huiuſmodi odorem cadauer nõ appareat ſenſibiliter immutatum. Et ideo dicendum eſt, quòd ab odorabili reſolui quidem poteſt fumalis euaporatio, quę tamen non pertingit vſq; ad terminum: vbi odor percipitur, ſed immutatur medium ſpiritualiter, vltra quã dicta euaporatio pertingere poſsit. Quod autem ſpiritualis immutatio ſit à viſibili magis quam ab alijs ſenſibilibus, ratio eſt: quia viſibiles qualitates inſunt corruptibilibus corporibus, ſecundum ꝙ communicant cum corporibus incorruptibilibus. vnde habent eſſe formalius & nobilius, quam reliqua ſenſibilia, quæ ſunt propria corruptibilium corporum. Deinde cum dicit.

De duplici hac immutatione materiali & ſpirituali.

Interpretẽ ſuperius in te. 70. & infert tex. 121 Vtrum olfactus ſit vnus ſenſus in reſpirãtibus & nõ reſpirantibus Sup. tex. 73.

Quo circa dubitationem hic locus habere videtur, ſi cuncta quidem ſimiliter olfaciunt, homo vero reſpirans, non reſpirans autem, ſed ſpirans, aut detinens ſpiritum, nõ olfacit, neque eminus neq; cominus, neq; ſi in ipſis naribus intus rem olentem poſuerimus. Atq; ſenſum quidem non fieri, ſi in inſtrumento ſenſus res ipſa ſenſu percipienda ponatur, commune omnibus eſt. Sed non ſentire ſine reſpiratione, proprium hominum eſſe videtur, quòd quidem experientia late patet. Quare ea, quæ ſanguinis expertia ſunt, cum non reſpirent, ſenſum quendam præter eos ſenſus qui dicuntur, alium habent.

Tex. commen 98.

Vnde & dubiũ videtur, ſi omnia quidem ſimiliter odorent, homo autem reſpirans odorat, non reſpirans autem, ſed expirans, aut retinens ſpiritum, nõ odorat, neq; à longe, neque à prope, neque ſi in naſum intus apponatur. Et hoc quidem in ipſo organo poſitum, quo ſentitur, inſenſibile eſſe, omnibus commune eſt, ſed ſine reſpiratione non ſentire proprium eſt hominum. Manifeſtum autem eſt tentantibus. Quare ſanguinem non habentia quoniam non reſpirant, alterum vtique quendam ſenſum habent, præter eos, qui dicti ſunt.

Mouet dubitationem circa prædicta. Et primo obijcit ad vnam partem. Secundo ad aliam. ibi. {Sed impoſſibile eſt.} Tertio ſoluit. ibi. {Videtur autem.} Dicit ergo primo, ꝙ cum etiam aquatica odorent per aquam, dubium videtur, ſi omnia ſimiliter odorent, quaſi habentia eundem ſenſum. Et videtur ꝙ non, quia homo odorat, dum attrahit aerem reſpirando, quando autem nõ reſpirat attrahendo aerem, ſed emittendo ipſum, expirat, aut retinet ſpiritum, non odorat, neque de longe, neq; de prope, etiam ſi poneretur odorabile intus in naſo. Sed hoc quòd ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non ſentiatur, cõmune eſt omnibus alijs ſenſibus, vel animalibus. Sed quod odor non ſentiatur ſine reſpiratione hoc eſt proprium hominibus. Et hoc manifeſtum eſt ſi quis tentare voluerit. Vnde, cum animalia non habentia ſanguinem, non reſpirent, videtur quod habeant alium ſenſum præter olfactum, & alios ſenſus, qui dicti ſunt in homine. Deinde cum dicit.

At idem eſſe non poteſt: quippe cũ odorem percipiant, ſenſus enim rei tam male quam bene olentis, olfactus ſine controuerſia eſt. Præterea à vehementibus & ipſa corrumpi videntur odoribus, à quibus & homo corrumpitur, vt bituminis, ſulphuris, & ſimilium. Neceſſe eſt igitur ipſa olfacere, non reſpirantia tamen.

Sed impoſſibile eſt: ſiquidem odorem ſentiunt. Odorabilis enim ſenſus, & mali odoramenti, & boni odoramenti olfactus eſt. Amplius autem, & corrumpi videntur à fortibus odoribus à quibus homo corrumpitur, vt aſphalto; ſulphure, & huiuſmodi. Olfactum quidem igitur habere neceſſarium, etiam non reſpirantia. Tex. commen. 99.

Obijcit in contrarium duabus rationibus. Prima ratio eſt. quia ſenſus diſtinguuntur ſecundũ ſenſibilia. Vnde cũ ſenſus olfactus, ſit ſenſus odorabilis, ſ. boni. & mali odoramenti, & hoc communiter ſentiatur tam ab homine, quàm animalibus alijs non reſpirantibus, ſequitur ꝙ idem ſenſus olfactus ſit in homine, & in alijs animalibus. Alia ratio eſt, quia eiuſdem ſenſus, eadem ſunt corruptiua, nõ. n. viſus patitur aliquid à ſonis, neq; auditus à coloribus. Sed ſenſus animalium non reſpirantium videntur corrumpi à grauibus odoribus & excellentibus, ex quibus ſenſus hominis corrumpitur, ſ. ab aſphalto, quod eſt quædam confectio ex ſuccis herbarum, & à ſulphure, & ab huiuſmodi. ergo alia habent ſenſum olfactus, ſicut homo, licet non reſpirent. Deinde cum dicit.

Atque huius inſtrumentum ſenſus in homine, perinde videtur ab inſtrumento differre talium animantium, atq; oculi differunt ab eorum oculi animalium, quę duros oculos habent. Nam animatium ea, quę molles oculos habẽt, palpebras ipſas, vti ſepem, & tegmen habent, quas niſi mouerint, ac aperuerint, non vident, vt late patet. At ea, quę durorum ſunt oculorum, nihil habẽt profecto tale. Sed illico res eas vident, quæ in perſpicuo ſunt. Sic igitur & inſtrumentum olfactus, in hiſce quidem, quæ non reſpirant, velamine caret, perinde atq; oculus durus, vt diximus. In his autem, quæ ſuſcipiunt aerem, habet velamen, quod cum reſpirant, aperitur, venis, meatibuſue diſtentis. Et idcirco quæ reſpirant non olfaciunt in aqua: neceſſe eſt enim olfaciant reſpirando: at id in aqua facere nequeunt.

Defferẽtia inter ſenſorũ olfactus in hominis & in alijs animalib.

Videtur autem in hominibus differre hoc ſenſorium ab ijs, quæ aliorum animalium, ſicut oculi ab ijs, quæ durorũ oculorum ſunt. Hi enim habent phragma, & ſicut velamen, palpebras, quas aliquis non mouens neq; retrahens, non videt. Fortia autem oculis, nihil huiuſmodi habent, ſed mox vident, quæ fiunt in diaphano. Sic igitur & organum Tex. commen. 10.

ganum odoratus, alijs quidem ſine operculo eſt, ſicut oculus, alijs vero aerem recipientibus, habere cooperimentū, quod reſpirantibus diſcooperitur, ampliatis venis & poris. Et propter hoc reſpirantia non odorant in aqua. Neceſſarium enim eſt ea odorem pati reſpirando, hoc autem facere in humido impoſſibile eſt.

Soluit queſtionem, quia iſta diuerſitas in modo reſpirandi, non eſt ex diuerſitate ſenſus, ſed ex diuerſa diſpoſitione organi. Organum enim olfactus in homine differt ab organis aliorū animalium, ſicut oculi hominum differunt ab oculis duris quorundam animalium. Oculi enim hominum habent quoddam phragma, i. pannū ad cooperiendum, ſ. palpebras, vnde homo non poteſt videre niſi quodam motu palpebræ, retrahantur, quod non accidit in animalibus habētibus duros oculos, ſed ſtatim vident ea quorum ſpecies fiunt in diaphano. Ita etiam & in animalibus nō reſpirantibus, organū odoratus eſt ſine operculo, ſed in animalibus reſpirantibus habent quoddam cooperculūm, quod oportet aperiri, ampliatis poris per reſpirationem. Et ideo animalia reſpirantia nō odorant in aqua, quia oportet ꝙ patiantur ob odore, reſpirando, quod non poteſt fieri in aqua. Deinde cum dicit.

De organo olfact⁹, odor eſt ſicci ſapori humidi. *Eſt autem odor, ſicci, ſicut humidi, ſapor. Ipſum vero inſtrumentum olfactus eſt potentia tale.*

Eſt autem odor, ſicci, ſicut humor humidi. Odoratiuū autem ſenſitiuum, potentia huiuſmodi eſt tale.

Determinat de inſtrumento olfactus, & dicit ꝙ odor fundatur in ſicco, ſicut ſapor in humido. Organum autē odoratus oportet eſſe in potentia ad odorem, & ad ſiccū ſicut organū viſus eſt in potentia ad colores & ad lucem.

LECTIO XXI.

Guſtabilē non percipi per medium extraneum, ſed coniunctū, dicit: de ipſius item inſtrumenti guſtus qualitateꝗ, & de ſaporum differentijs agit.

De Guſtu. *GVſtabile autem eſt, quoddam tangibile. Atq; hæc eſt cauſa, vt ipſum non ſit ſenſibile per medium corpus extraneum. Neq; enim tactus tali medio percipit. Enimuero corpus etiam id, in quo, tanquam in materia, eſt ipſe ſapor, qui guſtu percipitur, humidum eſt, quod eſt tangibile quoddam.*

Tex. comment. 101. *Guſtabile autem eſt quoddam tangibile, & hæc eſt cauſa, quare non ſit ſenſibile per medium extraneum corpus. Neque enim tactus. Et corpus, in quo eſt humor, quod eſt guſtabile, eſt in humido ſicut in materia. Hoc autem quiddam tangibile.*

Poſtquam Philoſophus determinauit de viſibili & audibili & olfactibili, hic quarto determinat de guſtabili. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de guſtabili in communi. In ſecūda de ſpeciebus guſtabilis, i. ſaporis. ibi. {Species autem.} Circa primum tria facit. Primo inquirit an guſtabile percipiatur per medium. Secundo oſtendit quid percipiatur per guſtum, quia guſtabile, & non guſtabile. ibi. {Sicut autem.} Tertio quale oporteat eſſe organum ſenſus guſtus. ibi {Quoniam aūt humidum.} Hæc enim tria circa alios ſenſus tractauit, ſ. mediū, in quo ſentitur: id, quod ſenſu percipitur: & organū ſenſus, quæ in guſtu, vt videbitur oportet eſſe. Circa primū tria facit. Primo oſtendit ꝙ guſtabile non percipitur per medium extraneum. Secundo excludit quandam obiectionem. ibi {Vnde & ſi in aqua.} Tertio oſtendit quid requirat ad hoc quòd guſtabile percipiatur ibi {Non autē facit.} Dicit ergo primo, quòd guſtabile eſt quoddam tangibile, i. quod tactu diſcernitur, Et hæc eſt cauſa, quare nō ſentitur per medium, quod ſit corpus extraneum. Et dicitur extraneum, quod non eſt pars animalis. Sentiuntur enim ſenſibilia, de quibus prius dictū eſt, per aerem aut aquam, quæ non ſunt partes animalis. Sed tactus nō ſentit ſuum obiectum per medium extraneum, ſed per medium coniunctū. Nam caro eſt medium in ſenſu tactus, vt infra patebit. Et ideo, cum guſtus, ſit quidam tactus, & guſtabile ſit quoddam tangibile, non percipietur guſtabile, per medium extraneum. Tex. commen. 116.
Quod autem guſtabile ſit quoddam tangibile, oſtendit per hoc ꝙ humor, i. ſapor, qui eſt guſtabile, radicatur in humido, ſicut in materia propria. Humidum autem eſt quoddam tangibile. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ guſtabile eſt quoddam tangibilē. Sed ſi guſtus eſt quidam tactus, Dubium.
videtur quod non debeat diſtingui contra tactum cū ſpecies non diuidatur ex oppoſita contra genus, & ſic ſequitur ꝙ non ſunt quinque ſenſus, ſed tantum quatuor. Sed Solutio.
dicitur, quod guſtus & tactus poſſunt conſiderari dupliciter. Vno modo quantum ad modum ſentiendi, & ſic guſtus eſt quidam tactus. Nam in tangendo, ſuum obiectum percipit. Alio modo quantum ad obiectum, & ita oportet dicere ꝙ ſicut ſe habet obiectum guſtus, ad obiectū tactus, ſic ſe habet ſenſus guſtus ad ſenſum tactus. Qūo conueniant vel nō conueniant guſtus & tactus.
Manifeſtum eſt autem, quòd ſapor, qui eſt obiectum guſtus. non eſt aliqua qualitas de qualitatibus ſimplicium corporum, ex quibus animal conſtituitur, quæ ſunt propria obiecta ſenſus tactus, ſed cauſatur ab eis & fundatur in aliquo eorū, ſicut in materia, ſ. in humido. Vnde manifeſtum eſt, quòd guſtus non eſt idem ꝙ ſenſus tactus, ſed quodammodo radicatur in eo. Vnde & conſueuit de guſtu diſtingui, quod poteſt accipi guſtus prout eſt diſcretiuus ſaporum, & poteſt accipi vt eſt tactus quidam, prout diſcernit qualitates tangibiles, ſ. alimenti, cuius ſenſus eſt tactus, vt ſupra dictum eſt. Vnde Philoſophus dicit in. 3. Ethicorum. ꝙ circa delectationes guſtus prout Lectio. 20. tex. cō. 28. Cap. 12.
accipitur primo modo non eſt temperantia, ſed ſolum prout eſt tactus quidam. Deinde cum dicit.

Quapropter ſi etiam eſſemus in aqua, dulce ſane ſentiremus in ipſa poſitum, & non ſenſus illius nobis per aquā, tanquam per medium eſſet, ſed quia per mixtum illud eſſet cum humido, quemadmodum in potione fieri ſolet. Color autem non hoc videtur modo quòd miſceatur, neq; de fluxibus. Nō igitur ut eſt ibi, ſic eſſe de medio dicere poſſimus, nullum enim extremum eſt medium, vt diximus, vt autem viſibile eſt color, ſic eſt guſtabile, ſapor.

Vnde & ſi in aqua eſſemus, ſentiremus vtique appoſitum dulce: non autem eſſet tunc nobis ſenſus per medium, ſed ex eo quod miſceretur humido, ſicut in potu. Color autem non ſic videtur ex eo quod miſcetur, neq; defluxionibus. Vt quidem igitur medium nihil eſt. Vt autem color, viſibile, ſic guſtabile, humor eſt.

Excludit quandam obiectionem. Manifeſtum eſt. n° quòd ſi aliquod corpus ſaporoſum diſſolubile per aquā, in aqua ponatur, vtpote mel, vel aliquid huiuſmodi, & nos eſſemus in aqua, (quamuis diſtantes ab illo corpore ſaporoſo) ſaporem tamen eius ſentiremus in aqua, & ſic videtur ꝙ guſtus ſuſcipiat ſuum obiectum per aquam, quod eſt medium extraneum. Et ideo ad excludendum hanc obiectionem, concludit ex dictis, quòd cum guſtabile non percipiatur per medium extraneum, ſequitur quòd ſi eſſemus in aqua ſentiremus vtique corpus dulce appoſitum in aqua, diſtans à nobis, nō tamen eſſet nobis ſenſus per medium, ſed ex eo quo ſapor ille permiſcetur

ſcetur aqueo humido, aut accidit In potu, puta cum permiſcetur aquæ, vel vino, mel, vel aliquid huiuſmodi. ipſa enim aqua immutatur naturali immutatione à corpore ſaporoſo. Vnde guſtus non percipit ſaporem corporis diſtantis, vt eſt talis corporis ſapor, niſi ſecundum ꝙ aqua eſt immutata tali corpore. Cuius ſignum eſt, quòd guſtus nõ immutatur ab aqua ſic intenſe, ſicut natas eſt immutari à ſapore corporis diſtantis, eo quòd ſapor ille debilitatur per admixtionem aquæ. Sed color non ſic videtur per medium, quòd. ſ. corpus coloratum admiſceatur medio, aut aliquid eius deſtuat ad viſum, vt Democritus ponebat, ſed per ſpiritualem immutationem medij. Vnde viſus non percipit colorem, vt aeris, vel vt aquæ, ſed vt corporis colorati diſtãtis & ſecundũ eandem menſuram. Si ergo velimus comparare guſtum ad viſum, nihil eſt quod ſit medium in guſtu, ſicut illud quod eſt medium in viſu. Sed ſicut color eſt viſibile, i. obiectum viſus, ſic humor, i. ſapor eſt guſtabile, id eſt obiectum guſtus. Deinde eum dicit.

Atqui nihil abſque humiditate ſaporis efficit ſenſum, ſed omne, quod ipſius ſenſum efficit, humiditatẽ aut actu aut potentia nimirum habet, vt falſum. Nam & ipſum liqueſcere poteſt facile, & linguam, vt patet, eum liqueſcit, humidioremque efficere.

Tex. commen. 102. *Non autem facit humoris ſenſum, ſine humiditate, ſed habet actu, aut potentia humiditatem, vt ſaliua. Bene enim liquida ipſa eſt, & liquefactiua linguæ.*

Oſtendit quid requiratur ad guſtum, ex quo mediũ non requiritur: & dicit, ꝙ nullum ſaporoſum facit ſenſum ſui humoris, i. ſaporis ſine humiditate. Nam ſicut color fit actu viſibilis per lumen, ita ſapor fit actu guſtabilis per humidum. Et propter hoc oportet quòd guſtabile vel actu habeat humiditatem aqueam, ſicut vinum: vel aliquod huiuſmodi, aut ſit potentia humectabile, ſicut quod ſumitur per modũ cibi. Et ideo oportet vt ſit ſaliua in ore, quæ eſt bene liquida & liquefactiua linguę, per quam ea, quæ ſumuntur, humectantur, vt eorum ſapor percipi poſsit. Deinde eum dicit.

De obiecto guſtus. Legito ſupra te. 71. & 96. *At vero ſicut viſus eſt viſibilis & inuiſibilis, & tenebræ nanq; ſunt inuiſibiles, quas etiã viſus diſcernit: & eius, quod valde ſplendidum eſt, hoc enim inuiſibile dicitur, quanquam non eodem, ſed alio modo, quam tenebræ. Sicut igitur viſus, viſibilis & inuiſibilis eſt, & auditus ſimiliter ſoni, ſilentijque, quorum alterum audibile, alterum inaudibile eſt, & etiam ſoni magni, perinde atque ſplendidi, viſus. Nam vt paruus ſonus modo quodam inaudibilis, ſic etiam & magnus, ac violentus.* Inuiſibile, inaudibile in odorabile, in guſtabile, impoſſibile multifariam dicuntur. *Inuiſibile vero multifariam dici ſolet: quoddam perinde dicitur tale, atq; in cæteris etiam id, quod impoſſibile eſt: quoddam hoc pacto, vt aptum quidem ſit id habere, quo videre poſſit, illo autem careat, aut habeat remiſſe, vel praue, vt informe dicitur, aut indoctum. Sicut igitur viſus, inquam, viſibilis & inuiſibilis eſt, & auditus ſimiliter, ſic & guſtus, guſtabilis & inguſtabilis eſt: quod quidem aut exiguum habet, aut prauũ, aut vaſtantem guſtum, ſaporem. Videtur autem potabile & impotabile eſſe principium. Vtrunq; enim guſtu percipitur. Verum alterum eſt prauum, guſtumque deuaſtat, alterum eſt amicum naturæ. Eſt autem potabile guſtui cum tactu commune.*

Tex. commen. 103. *Sicut autem viſus, & viſibilis eſt, & inuiſibilis, tenebra autem inuiſibilis eſt, iudicat autem & ipſas viſus: adhuc autem & valde ſplendidi eſt, etenim hoc inuiſibile eſt, alio autem modo, quam tenebra: Similiter autem & auditus, ſonique, & ſilentij, quorum aliud non audibile, & magni ſoni, ſicut viſus eſt ſplendidi. Sicut enim paruus ſonus inaudibilis quodammodo, ſic & magnus, & violentus. Inuiſibile autem, aliud quidem omnino dicitur, ſicut & in alijs impoſſibile, aliud aũt quamuis aptum natum, non habet, aut praue, ſicut quod ſine pedibus eſt, & ſine gradu dicitur. Sic autem guſtus, guſtabiliſque, & non guſtabilis. Hoc autem eſt, paruum, aut prauum habens humorem, aut corruptiuum guſtus. Videtur autem principium eſſe, potabile & non potabile. Guſtus enim quidam ambo. Sed hoc quidem vt prauum & corruptiuum guſtus, illud autem ſecundum naturam. eſt autem commune tactus & guſtus, potabile.*

Oſtendit quid percipiatur per guſtum, & dicit quòd ſicut eſt de viſu, & auditu, ſic eſt de guſtu. Viſus enim cognoſcit viſibile & inuiſibile, vt ſupra dictum eſt. Inuiſibile enim eſt tenebra, de qua viſus iudicat. Et ſimiliter illud, quod eſt valde ſplendidum, vt ſol, dicitur inuiſibile, ſed alio modo quàm tenebra. Nam tenebra dicitur inuiſibile, propter defectum luminis, ſplendidũ autem propter abundantiam corrumpentis ſenſum. Et ſimiliter auditus eſt audabilis, ſcilicet ſoni: & non audibilis, vt ſilentij, quod eſt priuatio ſoni, & etiam non audibilis, i. ſoni male audibilis, qui vel propter ſui excellentiam corrumpit ſenſum, vel propter ſui paruitatem, non ſufficienter ſenſum immutat. Sic etiam eſt in omnibus, quæ ſecundũ potentiam & impotentiam dicuntur. Nam impoſſibile dicitur in omnibus, aut quod non habet quod natum eſt habere, aut quod praue habet. Sicut nõ greſſibile dicitur animal & quod penitus caret pedibus, & quod eſt claudum, aut debile pedibus. Similiter autem & guſtus & guſtabilis & non guſtabilis. Non guſtabile autem dicitur dupliciter: quod aut parum habet de ſapore, aut malum ſaporem, aut nimis violentum ad corrumpendum ſenſum. Et quia guſtabile eſt humidum aqueum, quod eſt potabile & hoc eſt principium ſaporis, ſcilicet humidum aqueum, videntur quòd potabile & non potabile ſit principium eorũ quæ guſtu percipiuntur. Guſtus enim percipit ambo, ſed vnum vt prauum & corruptiuum ſenſus, ſcilicet non potabile, aliud autem vt conueniens ſecundũ naturam, ſcilicet potabile. Sicut autem guſtabile percipitur guſtu, prout guſtus eſt quidã ſenſus diſcretus à tactu, ita potabile & non potabile, percipitur à guſtu prout guſtus eſt quidam tactus. Nam potabile eſt commune & tactus & guſtus. Tactus quidem, inquantũ eſt humidum, guſtus autem, inquantum eſt humidum ſaporabile. Manifeſtum eſt ergo, ꝙ delectationes, quæ ſunt in eibis & potibus, inquantum ſunt ſenſibilia & potabilia, pertinent ad guſtum, inquantum eſt tactus quidam, vt dicitur in. 3. Ethicorum. Deinde cum dicit.

At vero cum guſtabile ſit humidum, neceſſe eſt & inſtrumentum ſenſus ipſius neque humidum eſſe actu, neque etiam tale, vt humectari non poſſit, humidumq́; euadere. Cap. 12. De organo guſtus quale ſit. *Patitur enim aliquid guſtus ab ipſo guſtabili, ea nimirũ ratione, qua guſtabile eſt, Neceſſe eſt igitur inſtrumentum guſtus, potentia quidem humidum eſſe, humectari autem actu. Ita autem humectari, vt eius conſeruetur, cum humectatur, & ratio.*

Quoniam autem humidũ quidem eſt guſtabile, neceſſe eſt ſenſorium ipſius, neq; humidum eſſe actu, neq; impoſſibile fieri humidum. Patitur enim aliquid guſtus à guſtabili ſecundum quod guſtabile eſt. Neceſſarium eſt ergo humectatum eſſe quod poſſibile humectari ſaluatum, non humidum autem guſtatiuum ſenſorium. Tex. commen. 104.

Oſtendit

Oſtendit quale debeat eſſe inſtrumentum guſtus. Et primo ponit veritatem. Secundo manifeſtat eam per ſignum. ibi. {Signum autem.} Dicit ergo primo, ꝙ quia illud, quod eſt guſtabile, oportet eſſe humidum & ſaporoſum, neceſſe eſt organum guſtus, neque eſſe humidum actu, neq; ſaporoſum ſecundum ſeipſum, neq; eſſe tale ꝙ non poſsit fieri humidum, ſicut inſtrumentum viſus, eſt quod nõ habet colorem, ſed eſt ſuſceptiuum coloris. Et hoc ideo eſt, quia guſtus patiẽ aliquid à guſtabili ſecundum quod eſt guſtabile. ſicut quilibet ſenſus à ſenſibili. Vnde, cum guſtabile inquantum guſtabile ſit humidũ, neceſſe eſt ꝙ organum guſtus, inquantũ eſt iam paſſum, ſit humectatum, & tamen ſaluatur in ſua natura, vt ſit guſtatiuum, i. potens guſtare, cum poſsibile eſt humectari, non tamen eſt humidum actu. Deinde cum dicit.

Signum autem eſt, linguam neq; cum eſt valde ſicca, neque cum eſt nimium humida, ſentire. Is enim tactus ſit humidi primi perinde atq; ſi cum prægustauerit quiſpiam vehementem acremúe ſaporem, deinde alium guſtet, & vt in ægrotantibus fit, quibus cuncta videntur amara, quia lingua ſentiunt tali humiditate referta.

Sigum autem neq; ſiccum exiſtentem linguam ſentire, neq; multum humidam. Hic enim tactus ſit primi humidi, ſicut cum aliquis qui ante guſtauit fortem humorem, guſtet alterum, & vt laborantibus amara omnia videntur, propter id, quod lingua plena huiuſmodi humiditate ſentit.

Oſtendit quod dixerat per ſignum dicens, quod ſignum prædictorum eſt, quod neque lingua exiſtens ſicca poteſt ſentire, neq; exiſtens multum humida, quia cũ exiſtit valde humida, à præcedente dominante humiditate ſit in ea tactus & ſenſus præcedentis humidi & non ſuperuenientis, ſicut cũ aliquis ante guſtauerit aliquem fortem ſaporem, poſtea ſi guſtet alterum, non percipiet ipſum, quia adhuc manet ſenſus primi humoris in lingua. Et ſimiliter laborantibus, i. febricitantibus, omnia videntur eſſe amara, propter hoc quod ſentiunt per linguam plenã humiditate huiuſmodi, ſcilicet cholera quæ eſt amara. Deinde cum dicit.

Tex.commen.105. *Species autem ſaporum ita ſeſe habent, quemadmodum colorum. Dulce nanque & amarum contraria ſimplicia ſunt. Hæret autem dulci quidem pingue, amaro autem ſalſum. At inter hæc collocantur, acre, acerbum, acidum, atque acutum. Hæ nanque fere differentiæ videntur eſſe ſaporem. Quare guſtus quidem inſtrumentum id eſt, quod eſt potentia tale, guſtabile autem id, quod ipſum actu facere poteſt.*

Species autem humorem, ſicut & in coloribus, ſimplices quidem contrariæ ſunt, ſicut dulce & amarum. Habitæ aũt ſunt eum hac quidem pingue, eum illa vero ſalitum, media autem horum acre & auſterum, & ponticum & acutum. Fere enim hæ videntur eſſe humorum differentiæ. Quare guſtatiuum eſt potentia huiuſmodi. Guſtabile autem eſt factiuum actu huius.

Determinat de ſpeciebus ſaporũ, & dicit, quod ſicut in coloribus ſimplices colores ſunt contrarij, vt albũ nigro, ſic in ſaporibus ſimplices ſunt contrarij, vt dulce & amarum. Species autem ſaporum habitæ, i. immediate conſequentes ſimplices ſpecies ſunt pingue, quod ſequitur dulce: & ſalſum, quod ſequitur amarum. Media autem horum ſunt acetoſum & auſterum & ponticum, & acutum, quæ duo in idem reducuntur. Ad has autem ſeptem ſpecies ſaporum fere videntur reduci omnes aliæ. Conſiderãdum eſt autem circa has ſpecies, quod quamuis ſapores cauſentur à calido & frigido & humido & ſicco, & contraria ſunt, quæ maxime diſtant, non tamen ſecundum maximam diſtantiam calidi & frigidi, & humidi & ſicci attenditur contrarietas in ſpeciebus ſaporum, ſed ſecundũ ordinem ad guſtum, prout natus eſt immutari à ſapore, vel cum horrore, vel cum ſuauitate. Vnde nõ eſt neceſſarium, quod dulce vel amarum ſit maxime vel calidum, vel frigidum, vel humidum, vel ſiccum, ſed maxime ſe habeat in tali diſpoſitione, per quam comparatur ad ſenſum guſtus. De generatione autem ſaporũ in libro de Senſu & Senſato determinatur. Vltimo autẽ cõcludit, quod guſtatiuum, i. ſenſus guſtus, vel organum eius eſt in potentia ad ſaporẽ & ſpecies eius, guſtabile aũt eſt, quod poteſt reducere ipſum de potentia in actum.

LECTIO XXII.

Inquirit num ſenſus tactus ſit vnus vel plures, & ſoluit quòd plures ſunt, quærit etiam quid ſit medium in ſenſu tactus, num caro, vel aliquid aliud proportionale.

DE tangibili autem & tactu eadẽ ratio eſt. Nam ſi tactus non vnus ſit ſenſus, ſed plures, neceſſe eſt & ea, quæ tactu percipiuntur, plura ſenſibilia eſſe. Dubitationem autem iſte locus habere videtur. Dubitabit autem non iniuria quiſpiam, vtrum plures ſint tactus, an vnus tantum. Et de inſtrumento tactus quid tandem ſit, vtrum ipſa caro, & id, quod in cæteris ſimile eſt carni, an ita nõ ſit, ſed id quidem ipſum ſit ſenſus huiuſce medium, inſtrumentum autem ipſius primum, aliud quoddam ſit intus.

De tangibili autem & tactu eadem ratio. Si enim tactus non eſt vnus ſenſus, ſed plures, neceſſarium & tangibilia ſenſibilia plura eſſe. Tex. commen.106. *Habet autem dubitationem, vtrum plures ſint, aut vnus. Et quid eſt ſenſitiuum tangibilis: vtrum caro, & in alijs proportionale, aut non,* Tex. commen.107. *ſed hoc quidem eſt medium, primum autem ſenſitiuum aliud quidam eſt intus.*

Poſtquam determinauit Philoſophus de ſenſibilibus ſecundum alios ſenſus, hic determinat vltimo de ſenſibili ſecundum tactum. quia tactus inter alios ſenſus videtur eſſe minus ſpiritualis, licet ſit omniũ aliorum ſenſuum fundamẽtum. Diuiditur autem hæc pars in duas partes. In prima determinat quaſdam dubitationes: circa ſenſum tactus. In ſecũda oſtendit veritatẽ circa hunc ſenſum ibi. {Omnino autem videtur.} Circa primũ duo facit. Primo mouet quæſtiones. Secundo determinat eas. ibi. {Omnis etenim ſenſus.} Dicit ergo primo, quòd quantum ad ea, de quibus inquirendum eſt, eadem ratio eſt, ſiue loquamur de tangibili, ſiue de tactu. Quod enim dicitur de vno oportet dici de altero: quia ſi tactus non eſt vnus ſenſus, ſed plures, neceſſe eſt quòd tangibilia nõ ſint vnum genus ſenſibilium, ſed plura. Ideo autem hoc dicit, quia intentio ſua eſt primo determinare de ſenſibilibus, poſtmodum determinabit de ſenſu. Quia vero in his, quæ circa tangibile & tactum dicenda ſunt, circa ſenſum tactu quæſtiones mouebit propter hoc ꝙ commodius poſſunt pertractari quæſtiones iſtæ circa tactum quàm ſi moueantur circa tangibile, idcirco hãc excuſationem præmittit oſtendens, ꝙ non refert vtrũ de tactu vel tangibili loquamur. Mouet ergo duas quæſtiones circa tactum & tangibile. Quãrum prima talis eſt. Vtrum ſint plures ſenſus tactus, an vnus tantum. Secunda dubitatio eſt quid eſt ſenſitiuum. i. organum ſentiendi in tactu, vtrum, ſ. caro ſit organum ſenſus tactus in animalibus habentibus carnem, quæ ſunt animalia habentia ſanguinẽ & in alijs, quę carent ſanguine aliquid proportio-

nabiliter reſpondens carni. Aut non eſt ita,ſed caro quidem & illud quod proportionabiliter ei reſpõdet eſt medium in ſenſu tactus. Sed primum organũ ſenſus tactus eſt aliquid intrinſecum circa cor, vt dicitur in libro de Senſu & Senſato. Deinde cum dicit.

Omnis enim ſenſus vnius contrarietatis eſſe videtur, vt viſus, albi, nigrique, & auditus, acuti, grauisque: & guſtus, dulcis, atque amari. At in tangibili plures inſunt contrarietates, vt patet. eſt enim calidum, frigidum, humidum, ſiccum, molle, durum, & iſtiuſmodi alia.

Omnis etenim ſenſus vnius cõtrarietatis eſſe videtur, vt viſus albi & nigri, auditus grauis & acuti, guſtus amari & dulcis. In tangibili autem multa inſunt contrarietates, calidum, frigidum, humidum, ſiccum, durum, molle, & aliorum quæcunque ſunt huiuſmodi.

Determinat præmiſſas dubitationes. Et primo primam. Secundo ſecundam. ibi.{Vtrum autem circa primum tria facit. Primo oſtendit quod nõ eſt vnus ſenſus tactus,ſed plnres. Secundo ſolnit poſitam rationem. ibi. {Habet aũt ſolutionem.} Tertio improbat ſolntionem. ibi. {Sed quod ſit.} Ratio autem, quam primo poñit talis eſt. Omnis.n.vnus ſenſus videtur eſſe vnius cõtrarietatis,ſicut viſus albi & nigri, auditus grauis & acuti, guſtus amari & dulcis. Sed in tangibili,quod eſt obiectum tactus ſunt multę contrarietates,ſ.calidum & frigidũ humidum & ſiccum,durũ & molle, & quædam alia huiuſmodi,vt graue,& leue, & acutũ & hebes & ſimilia, ergo tactus non eſt vnus ſenſus,ſed plures. Deinde cũ dicit,

Sed eſſe videtur ad hanc dubitationem quadam ſolutio. Nam in cæteris etiam ſenſibus plures ſunt contrarietates. In voce nanq; non ſolum eſt acumen & grauitas, ſed etiam magnitudo & paruitas, & leuitas & aſperitas vocis, & alia huiuſcemodi. Sunt & circa calorem differentiæ aliæ tales.

Tex. commen.108 *Habet autem ſolutionem quandam ad hanc dubitationem, & quòd in alijs ſenſibus ſunt contrarietates plures, vt in voce non ſolũ acumen & grauitas, ſed & magnitudo, & paruitas, & leuitas, & aſperitas vocis & ſimilia alia. Sunt aũt & circa colorẽ differẽtię huiuſmodi alterę.*

Ponit quandam apparentem ſolutionem ad prædictã dubitationem,& dicit, ꝙ aliquis poteſt habere ſolutionẽ ad prædictam dubitationem per hoc, ꝙ in alijs ſenſibus videntur eſſe plures contrarietates,ſicut in auditu. Nam circa vocem audibilem non ſolum poteſt attendi contrarietas acuti & grauis, ſed etiã magnitudo & paruitas vocis,& leuitas & aſperitas eius,& aliqua alia ſimilia. Et ſimiliter circa colorem poſſunt inueniri aliquæ aliæ differentiæ præter contrarietatem albi & nigri, ſicut quod aliquis color eſt intenſus & alius remiſſus, aliquis pulcher, & aliquis turpis,& tamen per hoc non tollitur, quin auditus ſit vnus ſenſus & ſimiliter viſus. Vnde multiplex contrarietas tangibilium non videtur impedire, quominus tactus ſit vnus ſenſus. Deinde cum dicit.

Verum quidnam ſit vnũ obiectum tactui, ſicut vnum eſt auditui ſonus, non eſſe manifeſtum videtur.

Sed quòd ſit vnum ſubiectum, ſicut auditui ſonus, ſic tactui, non eſt manifeſtum.

Excludit poſitã ſolutionem,& dicit, ꝙ omnium contrarietatũ,quæ ſunt circa audibilia, eſt vnum ſubiectũ,ſ. ſonus & ſimiliter color circa viſibilia. Sed nõ poteſt inueniri aliquid vnum, quod ſit commune ſubiectum omnium contrarietatum, quæ ſunt circa tangibilia, & propter hoc non videtur eſſe vnum genus tangibilium. vnde neq; vnus ſenſus tactus. Ad euidentiam autem eorũ, quæ hic dicuntur conſiderare oportet, ꝙ diſtinctio potentiarum & obiectorum proportionabilis eſt. Vnde cũ vnus ſenſus ſit vna potentia, oportet ꝙ ei ſenſibile correſpondens ſit vnũ genus. Oſtenſum eſt autem in.10.Metaph. ꝙ in vno genere eſt vna prima contrarietates. Vnde oportet ꝙ circa obiectũ vnius ſenſus, attendatur tantum vna prima contrarietas. Et ideo hic dicit Philoſophus, ꝙ vnus ſenſus eſt vnius contrarietatis, Poſſunt tamen in vno genere eſſe plures conrrarietates poſt primũ, vel per modum ſubdiuiſionis,ſicut in genere corporum prima conararietas eſt animati & inanimati. Et quia animatum corpus diuiditur per ſenſibile & ioſenſibile, & vlterius ſenſibile per rationale & irrationale,multiplicantur cõtrarietates in genere corporis. Vel ſunt plures contrarietates vnius generis per accidens,ſicut in genere corporis eſt cõtrarietas albi & nigri, & ſecundũ omnia quæ corpori accidere poſſunt.Et per hunc modum intelligendum eſt, ꝙ circa ſonum & vocem præter primã contrarietatem grauis & acuti,quæ eſt per ſe, ſunt aliæ contrarietates quaſi per accidens. In genere autem tãgibilium ſunt plures primæ contrarietates per ſe, quæ tamen omnes quodammodo reducuntur ad vnum ſubiectum, & quodammodo nõ Poteſt enim vno modo accipi ſubiectum cõtrarietatis ipſum genus, quod cõparatur ad differentias contrarias,ſicut potentia ad actum. Alio modo poteſt accipi ſubiectum contrarietatum ſubſtantia, quæ eſt ſubiectum generis, cuius ſunt contrarietates. ſicut ſi dicamus ꝙ corpus coloratum eſt ſubiectum albi & nigri. Si igitur loquamur de ſubiecto,quod eſt genus, manifeſtum eſt quod non eſt idem ſubiectũ omnium qualitatum tangibilium. Si autẽ loquamur de ſubiecto,quæ eſt ſubſtantia, vnum ſubiectum eſt omnium eorum,ſcilicet corpus pertinens ad conſiſtentia animalis. Vnde infra dicit Philoſophus,quod tãgibiles qualitates ſunt corporis ſecundum quod eſt corpus, quibus,ſ.elementa corporis diſtinguuntur abinuicem. Horum enim eſt ſenſus tactus diſcretiuus quę ad conſiſtentiam corporis animalis pertinent. Vnde formaliter loquendo & ſecundum rationem ſenſus tactus nõ eſt vnus ſenſus,ſed plures, Subiecto autem eſt vnus. Deinde cum dicit.

Huius autem vtrum inſtrumẽtum tactus intus ſit, poſt carnem, an non ſit, ſed ſtatim ſit ipſa caro, id non eſſe ſignum videtur, ſenſum, inquam, illico fieri, cum res tactu percipienda tangũtur. Etenim ſi quis nunc circa carnem ſubtilem pellem extenderit, deinde rem tactu percipiendam tetigerit, ſenſus ſtatim ſimiliter fiet, & tamen in illa pelle tactus inſtrumentum non eſt. Quod ſi copulata fuerit, velocius vt patet, ſenſus perceptio fiet.

Vtrum autem eſt ſenſitiuum intus, aut non, ſed mox caro, nullum videtur eſſe ſignum fieri ſenſum ſimul cum tactu. Etenim nunc ſi aliquid circa carnem extenderit ut pellem faciens ſimiliter ſenſum mox tactum inſinuat, & tamen conſtat quòd non eſt in hoc ſenſitiuum. Si autem & connaturale fuerit, citius vtique pertinget ſenſus. Tex.com. men.109.

Pertractat ſecũdam.q. Et circa hoc duo facit. Primo docet veritatem. Secundo concludit quoddã, quod pertinet ad manifeſtationem primæ quæſtionis. ibi. {Propter quod talis pars.} Circa primum ſciendum eſt,quod poſſet alicui videri, quod caro eſſet organũ ſentiendi ſecundum tactũ hac ratione, quia ſtatim ad tactum carnis ſentimus tangibilia. Dicit ergo ad excludendũ hanc rationem, quod ad iudicandum vtrum organum tactus ſit intùs, vel non ſed ſtatim caro ſit organum tactus, non videtur eſſe ſufficiens ſignum hoc, quod ſimul cum caro

tangitur

tangitur ſit ſenſus tangibilis.i. ſentitur, quia & nunc ſi aliquis ſupra carnem extenderet aliquam pelliculam aut telam ſubtilem ſtatim ad tactũ ipſius quod ſuper extẽderetur carni ſentiretur tangibile. Sed tñ conſtat quod organum ſenſus tactus nõ eſſet in illa pelle ſuper extenſa. Et iterum manifeſtũ eſt, quod ſi illa pellis ſuperextenſa fieret connaturalis homini citius per eam ſentiretur. Vnde licet ad tactũ carnis, quæ eſt homini cõnaturalis, ſtatim tangibile ſentiaẽ, non tñ ſequitur quod caro ſit organũ tactus, ſed eſt quoddã mediũ cõnaturale. Deinde cũ dicit.

Quapropter talis pars corporis perinde ſeſe habere videtur, atq; ſi circunfuſus aer coniunctus eſſet nobis, ac copulatus. Tunc enim vno quodam inſtrumento profecto ſonum & colorem, & odorem videremur ſentire, & vnus quidem videretur eſſe nimirum ſenſus, viſus, auditus, atque olfactus. Nunc autem quia ſeiunctum eſt id, per quod fiunt motus, patet inſtrumenta iam dicta ſenſuum, eſſe diuerſa. In tactu autem idipſum nunc latet. Fieri enim nequit, vt ex aere, vel aqua corpus animatum tantummodo cõſtet: quippe cum ſolidum quoddam eſſe oporteat. Reſtat igitur, vt ex his atque terra ſi mixtum, quale eſt ipſa caro: & id, quod vicem ipſius ſubit. Quare neceſſe eſt ipſum corpus copulatum medium eſſe inter inſtrumentum ipſius tactus, & res ipſas tangibiles, per quod fiunt ipſi ſenſus, qui quidem ſunt plures.

Tex. commen. 110. *Propter quod talis pars corporis videtur ſic ſe habere ſicut ſi circulariter nobis adunatus eſſet aer. Videremur enim vno quodam ſentire & ſonũ & odorem & colorem & vnus quidem ſenſus eſſe auditus & viſus & olfactus. Nunc autem quoniam determinatum eſt per quod fiunt motus, manifeſta ſunt prædicta ſenſitiua altera eſſe. In ta-*

Tex. commen. 111. *ctu autem hoc quidem nunc immanifeſtũ eſt. Ex aere quidem enim aut aqua impoſſibile eſt conſtare animatum corpus. Oportet enim firmum eſſe. Relinquitur autem mixtũ ex terra, & ex his eſſe vt vult caro & proportionale. Quare neceſſarium eſt & corpus eſſe quod medium tactui adunatum per quod fiant ſenſus cum ſint plures.*

Cõcludit quoddam, quod valet ad manifeſtationem primæ quæſtionis, & dicit, quod quia caro eſt ſicut medium connaturalem in ſenſu tactus, videtur ꝙ hæc pars corporis ſic ſe habeat ad ſenſum tactus, ſicut ſi aer, qui eſt circa nos, eſſet connaturalis nobis. Videretur.n.tunc ꝙ aer ille eſſet organũ in viſu, auditu, & olfactu, quamuis ſit medium, & ita videremur vno organo ſentire ſonum, & odorem & colorem, & per conſequens videretur eſſe vnus ſenſus auditus, viſus, & olfactus. Sed nunc quia medium, per quod fiunt motus dictorũ ſenſibilium, eſt {determinatum,}.i. diſtinctum à nobis, manifeſtũ eſt quòd non eſt organum. Et item manifeſtum eſt, quòd diuerſa ſunt organa trium ſenſuum dictorum, & per cõſequens ꝙ ſunt diuerſi ſenſus. Sed in tactu hoc nõ eſt manifeſtũ, quia medium eſt connaturale nobis. Et huius diuerſitatis rationem aſsignat. Aer enim & aqua, quę ſunt media aliorum ſenſuũ, non poſſunt eſſe cõnaturalia nobis, quia impoſsibile eſt ꝙ ex aere puro, & ex aqua pura conſiſtat animatũ corpus. Cum enim ſint corpora humida & fluxibilia, non ſunt firma, neq; bene terminabilia in ſeipſis, ſed ſolum termino alieno. Corpus autem animatũ oportet eſſe firmum, & in ſe terminatum: vnde oportet quòd ſit mixtum ex terra, & aere, & aqua, ſicut vult ſe habere, id eſt ſicut exigit caro in animalibus habẽtibus carnem, & illud quod proportionale eſt, in animalibus nõ habentibus carnem. Et ſic illud corpus, quod eſt mediũ in tactu.ſ.caro, poteſt eſſe adunatum, id eſt naturaliter vnitũ tactu, ita quòd per ipſum ſicut per medium connaturale, fiant plures ſenſus tactus. Deinde cum dicit.

Indicat autẽ plures eſſe tactus hiſce, qui in lingua conſiſtit. Nam eadem in parte, & omnes res tangibiles, & ſaporem etiã ſentit. Si igitur & cæteræ partes carnis ſentirent ſaporem, vnus idemque tunc ſenſus videretur eſſe profecto, guſtus & tactus. Nunc autem quia non fit conuerſio, duo diuerſi ſenſus eſſe cenſentur.

Demoſtrat autem quod plures ſint, is, qui in lingua eſt tactus. Omnia.n. tangibilia ſentit, ſecundum eandem partem, & humorem. Siquidẽ igitur & alia caro ſentiret humorem, videretur vnus & idem eſſe ſenſus guſtus, & tactus. Nunc aũt ſunt duo, propter id, quod nõ conuertitur. Tex. commen. 112.

Ponit quoddam aliud ad idem manifeſtandũ: & dicit, quod hoc idem demonſtratur per hoc, ꝙ in lingua fiunt plures tactus. Sentimus enim per linguã omnia tangibilia, quę ſentimus per alias partes corporis, & vlterius per ipſam ſentimus {humorem}.i. ſaporẽ, quem non ſentimus per aliquam aliam partem corporis. Si autem alia caro ſentiret ſaporem, nõ diſcerneremus inter guſtum & tactum, ſicut nunc non diſcernimus inter tactum, qui eſt diſcretiuus calidi & frigidi, & tactum, qui eſt diſcretiuus humidi & ſicci. Sed nunc apparet ꝙ guſtus & tactus ſunt duo ſenſus, quia non cõuertuntur adinuicem.non.n.per quancunque partem ſit ſenſus tactus, ſit & guſtus. Ratio aũt quare non per quancunq; partem ſit guſtus, per eam ſit tactus, eſt quia ſapores non ſunt qualitates elementorum, ex quibus corpus animalis conſtat, vnde nec pertinent ad conſiſtentiã animalis, ſicut qualitates tangibiles.

LECTIO XXIIII.

Quærit, num tactus & guſtus ſentiãt per medium extraneum, & oſtendit quòd ſic, differenter tamen ab alijs ſenſibus, carnem etiam non organum tactus, ſed medium potius eſſe probat, quod demum in debita compoſitione tangibiliũ qualitatum tactus ipſe conſiſtat, & quorum tangibilium ſit perceptiuus declarat.

AT vero dubitabit hoc loco non iniuria quiſpiam. Nam ſi corpus quidem omne profunditatem habet, atq; hæc eſt tertia magnitudo: fieri vero nequit, vt ea corpora ſeſe mutuo tangant, inter quæ corpus aliquod medium intercedit, humidumq́; non eſt ſine corpore, nec humectatum, ſed neceſſe eſt vel aquam eſſe, vel aquam habere, qui fieri poteſt, vt corpus tangat corpus in aquam. Etenim neceſſe eſt, cum extrema non ſint ſicca, in medio aquam eſſe, qua repleta ſunt ipſa extrema. Quod ſi hoc eſt verum, fieri profecto non poteſt, vt corporum tactus in aqua. Eodem etiam modo de ijs dici poteſt, quæ in aere collocantur. Simul namque modo ſeſe habet aer ad ea, quæ ſunt in ipſo, & aqua, ad ea, quæ ſunt in ipſa. Latet autem nos magis in hiſce, quæ in aere collocantur, quam in animalibus, quæ ſunt in aqua ſi humectatum, humectatum tangit. An tactus & guſtus externo medio indigeant.

Dubitabit autẽ aliquis, ſi omne corpus profunditatem habet. Hæc autem eſt tertia magnitudo. Quorum autem corporum medium eſt aliquid corpus, non contingit ipſa adinuicem ſe tangere. Humidum autem non eſt ſine corpore, neq; humectatum, ſed neceſſe eſt aquam eſſe, aut habere aquam. Quæ vero tanguntur adinuicem in aqua, niſi ſicca extrema ſint, neceſſe eſt aquam habere mediam qua repleta ſint vltima. Si autem hoc verum impoſſibile eſt aliquod corpus tangere aliud in aqua. Eodem autem modo eſt & in aere. Similiter enim ſe habet aer ad ea quæ ſunt in ipſo, & aqua, ad ea quæ ſunt in aqua. Latet autem magis nos, ſicut & ea quæ ſunt in aqua, animalia, ſi humectatum tangit humectatum. Tex. commen. 113.

Oſtenſo ꝙ in ſenſu tactus requiritur medium connaturale, hic inquirit Philoſophus vtrum requiratur in eo medium extraneũ. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ tactus non fit ſine medio extraneo. Secundo oſtendit in quo differant tactus & guſtus ab alijs ſenſibus, qui per medium extraneum ſentiunt. ibi. {Vtrum igitur.} Dicit ergo primo, ꝙ circa tactum poteſt aliquis dubitare, vtrum.ſ. habeat medium extraneum, cum oſtenſum ſit ꝙ habeat medium connaturale. Et iſta dubitatio procedit, ſi omne corpus habet profundũ, quod eſt tertia dimenſio. Manifeſtum eſt enim omne corpus tres dimenſiones habere.ſ. longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Ex quo ſequitur, ꝙ inter quæcunq; corpora eſt aliquod corpus medium, ipſa nõ tangunt ſeinuicem immediate. Diſtant enim abinuicem, ex quo aliqua dimenſio eſt inter ea, manifeſtum eſt etiam ꝙ vbicunq; eſt mediũ humidum, vel humectatũ, oportet eſſe aliquod corpus. Humiditas enim cum ſit qualitas quædam, nõ eſt niſi in ſubiecto corpore. Aut igitur ineſt alteri corpori ſecundum ſeipſum, & tunc eſt humidum ſicut aqua, aut habet humiditatem ſecundum aliquod corpus ſibi adueniens, & ſic dicitur humectatum, ex hoc ꝙ habet aquam in ſuperficie tantum vel in ſuperficie & profundo. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ neceſſe eſt omne corpus humidum, vel humectatum, eſſe aquam, aut habere aquam. Manifeſtum eſt autem, ꝙ corpora, quę tanguntur in aqua adinuicem, neceſſe eſt ꝙ habeant inter ſe aquã medium, qua repleta ſunt vltima eorum, niſi forte dicatur ꝙ ſint ſicca in aqua exiſtentia, quod eſt impoſſibile. Neceſſe eſt enim, ꝙ ea, quæ in aqua ſunt, ſint humectata, ita ꝙ habeãt aquam in ſuperficie, & ſic relinquitur, ꝙ inter duo tangentia ſe in aqua, ſit aqua medium. Et ſi hoc verum eſt, ſequitur, ꝙ impoſſibile ſit, quòd aliquod corpus tãgat aliud in aqua immediate. Et ſimiliter eodem modo ſe habet de aere, qui eſt humidus naturaliter, ſicut de aqua. Similiter.n. ſe habet aer ad humectanda ea, quę ſunt in aere, ſicut habet aqua ad humectanda ea quæ ſunt in aqua. Sed magis latet nos de aere quod ſit medium, quam de aqua, propter hoc, ꝙ cõtinue ſumus in aere, & ſic imperceptibiliter inhæret nobis. Et ſimiliter animalia, quæ ſunt in aqua, latet, ſi duo corpora humectata per aquã, ſe tangant, quia enim continue ſunt in aqua, non percipiunt aquam, quæ eſt inter ipſa, & corpora tangentia. Eſt autem & alia ratio, quare magis latet nos de aere, quàm de aqua, quia aer eſt ſubtilior, & minus ſenſu perceptibilis. Relinquitur ergo ꝙ ſemper quando tangimus aliquid eſt mediũ inter nos & res contractas, aer vel aqua. Sed dubitatio hic accidit. Oportet enim illud quod eſt medium in aliquo

Dubium an aer & aqua poſſit eſſe medium in ſenſu tactus.

ſenſu, eſſe denudatum à qualitatibus ſenſibilibus ſecundum illum ſenſum, ſicut diaphanum nullũ habet colorẽ. Manifeſtum eſt autem quod aer & aqua habent tangibiles qualitates, non igitur mediantibus eis poteſt fieri ſenſus tactus.

Reſponſio Auer.

Reſpondet autem ad hoc Auer. quod nos nõ patimur à puro aere, vel aqua. Nihil.n. patitur niſi à ſuo contrario, ſecundum principium paſſionis, aer autem & aqua non cõtrariantur nobis, ſed ſunt nobis ſimilia. comparantur enim ad nos, ſicut locus ad locatũ, vnde tactus noſter nõ patitur à qualitatibus aeris, vel aquæ, ſed ab extraneis qualitatibus. Quod enim ſentitur de qualitatibus tãgibilibus in aere & in aqua, eſt de admixtione extraneorũ corporũ, vt ipſe dicit: quia ſicut ignis nunquam amittit calorem ſuum, ita nec aqua amittit ſuam qualitatem, Sed quod aliqñ ſentimus calidũ, hoc eſt ex permixtione extranei.

Impugna. Auer.

In hac autem reſponſione eſt multiplex error. Primo quidem in hoc, quod dicit quod corpora noſtra non patiuntur ab aere, vel aqua, quia ſunt ſimilia nobis, ſicut locus locato. Manifeſtũ eſt enim, quod corpora noſtra ſortiũtur locum naturalem, ſicut & motum naturalem, ex natura elementi prædominantis. Non ergo aliter comparantur ad locum, & ad corpora continentia, corpora noſtra, quam ipſa elementa locata ad elementa locantia. Elementa autem in ſuis extremitatibus ſe alterant, vt patet per Philoſophũ in primo meteororum: corpus ergo noſtrũ ab elemẽtis natum eſt alterari. Item omne, quod eſt in potentia, natũ eſt pati ab eo, quod eſt in actu. Corpora autem noſtra, cum ſint in quadam medietate conſtituta, inter extremitates tangibilium qualitatum, quę ſunt in elementis, habent ſe ad qualitates elementares, vt potentia ad actum. Medium enim eſt in potentia ad extrema, vt infra dicetur. Manifeſtum eſt igitur, quod corpora noſtra nata ſunt immutari à qualitatibus elementorum, & ſentire eas. Prouenit ergo hic error ex eo, quod neſciuit diſtinguere inter elementa, ſecundũ quod ſunt ſibi inuicem contraria & ſecundum ꝙ ſunt ſe cõtinentia, & ſibi ſimilia, vt locus locato. Dicendum eſt igitur, ꝙ elementa poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundũ qualitates actiuas & paſſiuas, & ſic contrariantur adinuicem, & ſe immutant in ſuis extremis. Alio modo ſecundum formas ſubſtantiales, quas conſequuntur ex impreſſione corporis cœleſtis. Vnde quanto corpus elemẽtale eſt propinquius corpori cœleſti, tanto plus habet de forma. Et quia ad formam pertinet continere, & quod ſe habeat in ratione totius, inde eſt quod corpus ſuperius continet inferius, & comparatur ad ipſum, ſicut totum ad partem diuiſam, quę eſt comparatio loci ad locatum. Vnde & vis locantis & continentis deriuatur ad elementa ex primo continenti, ſ. corpore cœleſti. Et propter hoc, locus & motus localis nõ attribuuntur elementis ſecundũ qualitates actiuas & paſſiuas, ſed conſequuntur formas ſubſtantiales elementorum.

Lectio.2.

Tex. commen.19.

Radix huius erroris.

Sententia interpretis.

Alius error principalis Auer. refellitur.

Lib. 2. tex. com. 24. & inde.

Alius eſt error in hoc quod dicit quòd aqua & aer non alterantur. niſi per admixtionem extranei. Manifeſtũ eſt enim quod aer & aqua ſecundum partem ſunt corruptibilia. Corruptio autem & generatio in elemẽtis poteſt fieri ſine mixtione, & ſequitur alterationem, vt patet in libro de Generatione. Vnde manifeſtum eſt, quod adhuc durante ſpecie aquæ, poteſt immutari aqua à ſua naturali qualitate, abſque admixtione extranei. Ignis autem, cum ſit formalior, eſt magis actiuus inter elementa, quæ omnia comparantur ad ipſum, ſicut materialia, vt dicitur in quarto meteororum. Vnde non eſt ſimile de ipſo, & de alijs. Dicendũ eſt igitur, quod quia aer & aqua ſunt facile mutabilia ab extraneis qualitatibus, & præcipue quando ſunt modicæ quantitatis, ſicut accidit in aqua vel aere, quæ ſunt inter alia duo corpora ſe tangentia, propter hoc non impeditur ſenſus tactus, quin per medium aerem & aquam fieri poſſit. Et minus etiam impedit aer quam aqua, quia aer habet qualitates tangibiles parum ſenſibiles. Vnde ſi intendantur qualitates tangibiles aeris vel aquæ, magis impeditur tactus, vtpote cũ aer vel aqua intenſum frigiditatem vel caliditatem habuerint.

Deinde cum dicit.

Lectio.2.

Tex. cõm. 5.

Tactus & viſus ab alijs ſenſib. in ſentiendo diſcrimen.

Vtrum igitur omnium ſimili modo ſit ſenſus, an ſenſuum quidam, vt nunc videtur, etiam eodem, quidam diuerſo modo obiecta ſua percipiant. Guſtus quidẽ, et tactus tangendo, cęteri aũt eminus. at id profecto nõ ita eſt, ſed durũ etiã & molle, per alia plane ſentimus. Quemadmodum & id quod ſonat, et viſibile, ac odorabile. Verũ hęc

quidem

quidem eminus, illa vero cominus ſentiuntur. Quapropter latet ſi per medium illa percipiuntur. Nam ſenſibilia cuncta per medium ſentiuntur, ſed in illis idipſum latet, vt diximus. Etenim vero, ſi per ſubtilem pellem, vt prius etiam eſt dictum, poſitam circa carnem, ſentimus omnia tangibilia, idipſum non animaduertentes, ſic nos tum vtiq; ſentiremus, vt nunc in aere ſentimus, & aqua. Nunc enim videremur res ipſa tangibiles tangere, & nullum medium eſſe.

Tex. commen. 114.

Vtrum igitur omnium ſimiliter ſit ſenſus, an aliorum aliter, ſicut nunc videtur, guſtus quidẽ & tactus in tangendo, alij autem à longe. Hoc autem non eſt, ſed durum & molle per alteru ſentimus, ſicut & ſonabile, & viſibile, & odorabile. Sed alia quidem à longe, alia vero à prope. Propter quod latet quod omnia quidem ſentimus per mediũ, ſed in his latet. Et quidem, ſicut diximus prius, & ſi per pellem ſentiremur omnia tangibilia, ignorãtes quod prohibet, ſimiliter vtique haberemus, ſicut & nunc & in aqua & in aere: Putamus enim nos nunc ipſa tangere, & nihil eſſe medium.

Oſtendit differentiam inter tactũ & guſtum, & alios ſenſus. Et primo excludit quandam differentiam ęſtimatam. Secundo ponit differentiam veram. ibi. {Sed differt.} Dicit ergo primo, quod ex quo tactus habet mediũ extraneum, conſiderandum eſt, vtrum omnium ſenſibilium fiat ſimiliter ſenſus, aut diuerſorũ diuerſimode, ſicut in promptu videtur hæc eſſe differentia, quod guſtus & tactus ſentiant, ex eo quod immediate tangant, alij autem ſenſus ſentiant à longe ſua ſenſibilia, non tangendo ipſa. Sed hoc verum non eſt quod ſic differant, ſed durũ, & molle, & alias qualitates tangibiles ſentimus {per altera,} .i. per media extranea, ſicut & obiecta aliorum ſenſuum, ſicut ſonabile, viſibile, & odorabile. Sed iſta ſenſibilia ſunt à longe quandoq; à ſenſu, guſtabilia autem, & tangibilia ſunt de prope, intantum quod mediũ eſt quaſi imperceptibile propter paruitatem, & ideo medium latet. Omnia enim ſenſibilia ſentimus per medium extraneum, ſed in guſtabilibus & tangibilibus latet. quia, ſicut prius diximus, ſi per aliquam pellem nobis circumpoſitam, omnia tãgibilia ſentiremus, ignorato, quod aliquid eſſet prohibens, ſimiliter nos haberemus ad ſentiendum per mediũ, ſicut & nunc nos habemus ſentientes in aqua & aere. Putamus enim nunc quod tangamus ſenſibilia ipſa, & nihil ſit medium. Deinde cum dicit.

Alia differentia.

Intereſt autem inter tangibile, & ea, quæ ſonant, & viſibilia. Nam hæc quidem ſentimus, medio in nos aliquid agente: at tangibilia ſentimus non à medio, ſed vna cum ipſo medio moti, vti fit cum quiſpiam per clypeum eſt percuſſus. Non enim percuſſus clypeus, percuſſit, ſed fit, vt ambo ſint ſimul percuſſi, clypeus, atque miles.

Tex. commen. 115.

Sed differt tangibile viſibilibus & ſonatiuis: quoniã illa quidem ſentimus ex eo quod medium mouet aliquid nos, tangibilia vero non à medio, ſed ſimul cũ medio, ſicut per clypeum percuſſus. Non enim clypeus percuſſus prius, percuſſit, ſed ſimul accidit vtraque percuti.

Excluſa falſa differentia, ponit verã, & dicit, quod tangibilia differunt à viſibilibus & ſonatiuis, ex eo quod illa ſenſibilia ſentimus per hoc, quod mouent medium, & iterum medium mouet nos: ſed tangibilia ſentimus per medium extraneum, non quaſi moti à medio extraneo, ſed ſimul cum medio mouemur à ſenſibili. Sicut patet de eo, qui percutitur per clypeum. Non enim accidit ſic, quod clypeus percuſſus percutiat, ſed quia ſimul accidit vtrunque percuti. Hoc autem quod dicitur {ſimul} non eſt intelligendum ſecundum ordinem temporis tantum, quia etiam in viſu ſimul mouetur medium ab obiecto, & ſenſus à medio, fit enim viſio ſine ſucceſsione. Præceptio autem ſoni, & odoris, cum ſucceſsione aliqua, vt in libro de Senſu & Senſato dicitur, ſed hoc referendum eſt ad ordinem cauſę. In alijs enim ſenſibus, immutatio medij eſt cauſa q̃ immutetur Senſus, non autem in tactu. Nam in alijs ſenſibus medium eſt ex neceſsitate, in tactu autem quaſi per accidens, inquantum accidit corpora ſe tangentia eſſe humectata. Deinde cum dicit.

Omnino autem vt aer, & aqua ſeſe habent ad viſum, auditum, atq; olfactum, ſic caro ac lingua ſeſe ad huius inſtrumentum ſenſus habere videntur. Atque nec ibi profecto, nec hic perceptio ſenſus fiet, cum inſtrumentum ſenſus à re ſenſibili tangitur, vt ſi quiſpiam ſuper extremum oculi corpus poſuerit albũ. Ex quo etiam plane patet, inſtrumentum ſenſus ipſius, quo res percipiuntur tangibiles intus eſſe collocatum, vt diximus. Sic enim & hoc ſenſus fiet, id porro, quod in cæteris ſenſibus fieri ſolet. Senſibilium enim, ſi in ipſius inſtrumentis ponantur ſenſuum, non fit, vt patet, perceptio. At ſi ſuper carne ponatur tangibile, fit, vt docet experientia ſenſus. Quare ſine dubio ipſa caro medium eſt in tactu.

Caro nõ organũ ſed potius mediũ eſt huius ſenſus.

Supra tex. 107.

Omnino autem videtur caro & lingua, ſicut aqua & aer ad viſum & auditum & olfactum ſe habent, ſic ſe habere ad ſenſitiuum, ſicut illorum vnumquodque. Ipſo autem ſenſitiuo tacto, neque ibi, neque hic fiet vtique ſenſus. vt ſi quis ponat corpus album in oculi vltimum. Quare & manifeſtum quòd intus ſit, tangibilis ſenſitiuum. ſic enim vtique accidit quod & in alijs. Appoſita enim ſuper ſenſorium non ſentiunt, ſuper autem carnem poſita ſentiunt. quare medium tactus eſt caro.

Tex. commen. 116.

Determinat de ſenſu tactus ſecundum veritatem. Et primo quantum ad medium. Secundo quantũ ad qualitatem organi. ibi. {Tangibiles quidem.} Tertio quantum ad obiectum, quod percipitur ſenſu. ibi. {Amplius autem.} dicit ergo primo, quòd ita videtur ſe habere caro & lingua ad organum ſenſus tactus, ſicut ſe habẽt aer & aqua ad organum viſus, auditus, & olfactus. In nullo enim iſtorum ſenſuum poteſt fieri ſenſus, ſi tangatur organum. vt ſi quis ponat aliquod corpus album in ſuperficie oculi, non videtur. Vnde manifeſtum eſt quòd organum ſenſitiuum in ſenſu tactus, ſit intus. Sic enim accidit in hoc ſenſu, ſicut & in alijs. Non enim ſentiunt animalia ſenſibilia appoſita ſuper organum ſenſus. Sentiunt autem ſenſibilia poſita ſuper carnem: quare manifeſtũ eſt quòd caro non eſt organum ſenſus, ſed medium.

Deinde cum dicit.

Atqui ea tactu percipiuntur, quæ corporis ſunt, vt corpus eſt, differentiæ. Dico autem differentias eas, quæ rerum elementa diſtinguunt, calidum, frigidum, ſiccum, ac humidum, de quibus antea diximus ijs in locis, in quibus de elementis ipſis tractauimus. Inſtrumentum autem id, quo dicta qualitates ſentiuntur, & in quo primo ſenſus is collocatur, quem appellare cõſueuimus tactum, pars ea ſane eſt, quæ eſt potentia talis. Sentire nanq; pati quoddã eſt, vt diximus. Quare id, quod agit, tale illud facit, cum ſit potentia, quale eſt ipſum actu. Quocirca ſimile calidũ, atq; frigidum, & durum, ac molle non ſentimus. Sed excuperationes, quia ſenſus eſt quaſi mediocritas quædam contrarietatis eius, quæ in ipſis ſenſibilibus ineſt. Et propter hoc ſenſibilia ipſa diſcernit. Nam medium ipſum extremorum eſt iudex, fit enim ad vtrunque ipſorum alterum

Obiectum tactus.

Tactus in mediocritate qualitatũ tangibilium conſiſtit, & ideo ſolũ excellẽtias ipſarũ cognoſcit infra lib. 3.

extremorum. Atq; vt id, quod album, nigrumq́; perceptu rum eſt ſenſu, neutrũ ipſorum actu, ſed potentia ſit vtrunque oportet, & in cæteris eodem modo, ſic & in tactu, neque calidum, neq; frigidum id actu ſit oportet, ſed vtrunque potentia, quod vtrunque eſt percepturum.

Tangibiles quidem igitur ſunt differentiæ corporis, ſecundũ quod corpus. Dico autem differentias, quibus elementa determinantur, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, de quibus dictum eſt in his, quę de elementis. Senſorium autem ipſarum quod tactiuũ, & in quo ſenſus vocatus tactus, eſt primo, quod potentia huiuſmodi pars eſt. Sentire enim pati quoddã eſt. Quare faciens quale ipſum

Tex. commen. 118.

actu, tale illud facit, cum ſit potentia. Vnde ſimiliter calidum, & frigidum, aut durum, & molle non ſentimus, ſed excellentia, tanquam ſenſu velut mediate quadã exiſtente eius, quæ in ſenſibilibus, contrarietatis. Et propter hoc diſcernit ſenſibilia. Medium enim diſcretiuum eſt. Fit. n.

Tex. commen. 119.

ad vtrunque ipſorum, alterum vltimorum. Et oportet, ſicut debens ſentire album & nigrum neutrum ipſorum habere actu, potentia vero vtrunque, ſic autem & in alijs, & in actu, neque calidum, neque frigidum.

Oſtendit quale ſit organum tactus. & dicit, ꝙ tangibiles qualitates ſunt differẽtiæ corporis, ſecundum quòd eſt corpus, i. differentiæ, quibus elementa diſtinguuntur abinuicem, ſcilcet calid. frigid. humid. & ſic. de quibus dictum eſt in his, quæ ſunt de elementis, id eſt in libro de generatione & corruptione. Manifeſtum eſt aũt, quòd organum tactus & in quo primo fundatur ſenſus, qui dicitur tactus, eſt quædam pars, quæ eſt in potentia ad hu-

Lin. 2. tex. com. 8. & inde.

iuſmodi qualitates. Organum enim ſenſus patitur à ſenſibili, quia ſentire eſt pati quoddã. vnde ſenſibile, quòd eſt agens, facit ipſum eſſe tale in actu, quale eſt ſenſibile, cum ſit in potentia ad hoc. Et propter hoc, organum tactus non ſentit illam qualitatem, ſecundum quam eſt in actu. Non enim ſentimus id, quod eſt calidum, aut frigidum, durum, aut molle, ſecundũ illum modum, quo hæc inſunt organo tactus, ſed ſentimus excellentias tangibilium, quaſi organo tactus conſtituto in aliqua medietate inter cõtrarias tangibiles qualitates. Et propter hoc organum tactus diſcernit extrema tangibilium: medium enim eſt diſcretiuum extremorum, poteſt enim pati ab vtroq; extremorum, eo quòd dum comparatur ad vnũ habet in ſe rationem alterius, ſicut tepidum in comparatione ad calidum, & frigidũ. In comparationem ad frigidum, eſt calidum, vnde medium patitur ab vtroq; extremorum, cum ſit quodammodo vtrique contrarium. Et oportet quòd ſicut organum, quod debet ſentire album & nigrum, neutrũ ipſorum habeat actu, ſed vtrunque in potentia, & eodem modo in alijs ſenſibus, ſic etiã ſe habeat in ſenſu tactus, ſcilicet organum, neque ſit calidum, neque frigidum actu, ſed potentia vtrunque. Aliter tamen accidit hoc circa tactum, & circa alios ſenſus. Nam in viſu, organum viſus eſt in potentia ad album & nigrum, denudatum à toto genere albi & nigri. eſt enim penitus carens colore. Sed organum & medium tactus non poteſt denudari à toto genere calidi & frigidi humidi & ſicci. componitur enim ex elementis, quorũ hæ ſunt propriæ qualitates. Sed ſic ſit in potentia organum tactus ad ſua obiecta inquantum eſt medium inter contraria. Medium enim eſt in potentia ad extrema. Et propter hoc quanto animal habet complexionem magis reductam ad medium, tanto habet meliorem tactum. Vnde homo inter omnia animalia eſt melioris tactus, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

Tex. commen 94. Et in li. de Sẽſu & Senſato lib. 2.

Præterea, vt viſus viſibilis, ac inuiſibilis quodammodo eſt, vti diximus, cæterique ſenſus oppoſitorum ſimiliter, ſic etiam eſt tangibilis, ac intangibilis tactus. Intangibiles autem eſt etiam id, quod exiguam admodum differentiam tangibilium habet, quale paſſus eſt aer, & exuperationes etiam tangibilium, qualia ſunt ea, quæ corrumpere poſſunt. De ſenſuum igitur vnoquoq; dictum ſit hoc modo, quaſi figura.

Tex. commen. 120.

Amplius autem, ſicut viſibilis & inuiſibilis erat quodammodo viſus, ſimiliter autem & reliqui oppoſitorum, ſic & tactus, & tangibilis & intangibilis. Intangibile autem, paruam omnino habens differẽtiam tangibilium, vt paſſus eſt aer. Et tangibilium excellentiæ ſicut corruptiua. Secundum quidem igitur vnumquenque ſenſum, dictum eſt figraliter.

Tex. commen. 121.

Determinat de eo, quod percipitur per tactum. & dicit, ꝙ ſicut eſt viſus quodammodo viſibilis & inuiſibilis, & ſicut alijs ſenſus ſunt oppoſitorum auditus ſoni, & ſilentij, ſic tactus eſt tangibilis & intãgibilis. Intangibile autem dicitur dupliciter: aut illud, quod habet excellentiam, ita ꝙ corrumpit ſenſum, ſicut ignis: aut illud, quod habet parum de qualitate tangibili, ſicut aer. Vtrunque enim dicitur intãgibile, quaſi malè perceptibile ſenſu tactu. Vltimo autem quaſi epilogando cõcludit quod {figuraliter,}. i. in quadam ſumma dictum eſt de ſenſibilibus, ſecundum vnumquodq; ſenſum. De eis enim ſpecialiter in libro de Senſu & Senſato determinatur.

LECTIO XXIIII.

Nonnulla tradit, quæ communia eſſe videntur omnibus ſenſibus: videlicet, ſenſum eſſe receptiuum ſpecierum ſine materia, propter quid item ſenſibilium excellentiæ ſenſus ipſos corrumpant, & cur plãtæ minime ſentiat exponat, quærit demum, num quippiam à ſenſibili pati contingat, quod ſenſu protſus careat.

De ſenſu in cõmuni, ſenſus recipit formas rerũ ſine materia.

HOc autẽ vniuerſaliter accipere de omni ſenſu oportet, ſenſum, inquam, id eſſe, quod ſenſibiles ſine materia formas ſuſcipere poteſt, & perinde atq; anuli ſignum, ſine ferro, vel auro ſuſcipit cæra: ſuſcipit autẽ æneum, vel aureum ſignum, ſed non æs, aut aurum, neque ſignum vt eſt aureum, æneumúe. Simili patitur & ſenſus vniuſcuiuſque ſenſibilis, modo ab eo quod habet colorem aut ſonum, aut ſaporem. Sed non vt vnumquodq; illorum dicitur, ſed vt eſt tale, & ratione.

Oportet autem vniuerſaliter de omni ſenſu accipere, quòd ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, vt cæra, anuli ſine ferro & auro, recipit ſignum. Accipit autẽ aureum, aut æneum ſignum, ſed non inquantum aurum, aut æs. Similiter autem & ſenſus vniuſcuiuſque, ab habente colorem, aut humorem, aut ſonum patitur, ſed non inquantum vnumquodq; illorum dicitur, ſed inquantum tale eſt, & ſecundum rationem.

Poſtquam Philoſophus in parte præcedenti determinauit de ſenſibus ſ'm vnumquemq; ſenſum, hic determinat de ſenſu. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quid ſit ſenſus. Secundo cõcludit ſolutionem quarundã quæſtionum ex diffinitione ſenſus poſita ibi. {Manifeſtum aũt ex his, &c.} Tertio mouet quaſdã dubitationes circa paſſionem à ſenſibilibus. ibi. {Dubitabit aũt.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid ſit ſenſus. Secundo oſtendit quid ſit organum ſenſus. ibi. {Senſitiuum aũt.} Dicit ergo primo, ꝙ hoc oportet accipere, vniuerſaliter & cõmuniter omni ſenſui ineſſe, ꝙ ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, ſicut cæra recipit ſignũ anuli ſine ferro & auro. Sed hoc vr̃ eſſe cõmune omni patiẽti. Omne. n. patiens recipit aliquid ab agente ſ'm ꝙ eſt agens.

Agens

Agens autem agit per ſuam formam,& non per ſuã materiam. omne igitur patiens recipit formã ſine materia. Et hoc etiam ad ſenſum apparet. nõ enim aer recipit ab igne agente,materiam eius, ſed formam. non igitur videtur hoc proprium eſſe ſenſus,ꝙ ſit receptiuus ſpecierũ ſine materia. Dicendum igitur,ꝙ licet hoc ſit commune omni patienti,quod recipiat formam ab agente,differentia tamen eſt in modo recipiendi. Nam forma,quæ in patiente recipitur ab agente,quandoq; quidem habet eundem modum eſſendi in patiente,quem habet in agente: & hoc quidem contingit, quando patiens habet eandem diſpoſitionem ad formã, quam habet agens, quodcunq; etiam recipitur in altero, ſecundum modum recipientis recipitur. Vnde,ſi eodem modo diſponatur patiens,ſicut agens, eodẽ modo recipitur forma in patiente, ſicut erat in agente, & tunc non recipitur forma ſine materia. Licet enim illa & eadem materia numero,quæ eſt agentis, non fiat patientis,fit tamen quodammodo eadẽ,inquantum ſimilem diſpoſitionem materialem ad formam acquirit ei,quæ erat in agente. Et hoc modo aer patitur ab igne,& quicquid patitur paſsione naturali. Quandoque vero forma recipitur in patiente ſecundum alium modũ eſſendi,quàm ſit in agente: quia diſpoſitio materialis patientis ad recipiendum,non eſt ſimilis diſpoſitioni materiali,quæ eſt in agente. Et ideo forma recipitur in patiente ſine materia,inquantum patiens aſsimilatur agenti ſecundum formam, & non ſecundum materiam. Et per hunc modum, ſenſus recipit formam ſine materia, quia alterius modi eſſe habet forma in ſenſu,& in re ſenſibili. Nam in re ſenſibili habet eſſe naturale, in ſenſu autẽ habet eſſe intentionale & ſpirituale. Et ponitur conueniens exemplum de ſigillo & cæra. Non enim eadem diſpoſitio eſt cæræ ad imaginem, quæ erat in ferro & auro. Et ideo ſubiungit, ꝙ cæra accipit ſignum,i.imaginem, ſiue figuram auream,aut æneam, ſed non inquantum eſt aurum,aut æs. Aſsimilatur enim cæra aureo ſigillo quantũ ad imaginem,ſed non quantũ ad diſpoſitionem auri. Et ſimiliter ſenſus patitur à ſenſibili habente colorẽ,aut humorem,i.ſaporem, aut ſonum, ſed non inquantũ vnumquodq; illorum dicitur,i. non patitur à lapide colorato inquantum lapis. neque à melle dulci,inquantũ mel,quia in ſenſu non fit ſimilis diſpoſitio ad formam, quæ eſt in ſubiectis illis,ſed patitur ab eis,inquãtum huiuſmodi,vel inquantum coloratum, vel ſaporoſum, vel ſecundum rationem,i. ſecundum formam. Aſsimilatur enim ſenſus ſenſibilis ſecundum formam,ſed non ſecundum diſpoſitionem materiæ. Deinde cum dicit.

Duobus modis formã in materiã ſuſcipitur, materialibus,& ſpiritualiter

Repete quæ ſupra te. 70. ſcripſit interpres.

Quid ſit ſenſorium.

Inſtrumentum autem id ſenſus eſt primum, in quo eſt talis vis, atq; potentia collocata, atque ſunt idem. Ratio vero non eſt eadem, ſed diuerſa. Nam id, quod ſentit, aliqua eſt magnitudo, non tamen ratio ſenſitiui, neq; ſenſus eſt magnitudo, ſed eſt quædam ratio potentiaq; illius.

Tex.commen. 122.

Senſitiuum autem primum eſt in quo huiuſmodi potentia. Et quidem igitur idem, ſed eſſe alterum eſt. Magnitudo quidem enim quædã erit, quod ſenſum patitur. Non tamen ſenſitiuo eſſe, neque ſenſus, magnitudo eſt, ſed ratio quædam, & potentia illius.

Determinat de organis ſenſus. Quia enim dixerat,ꝙ ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, quod etiã intellectui conuenit. Poſſet aliquis credere, quòd ſenſus non eſſet potentia in corpore, ſicut nec intellectus. Et ideo ad hoc excludendum aſsignat ei organum, & dicit, quod primum ſenſitiuum,i. primum organũ ſenſus eſt, in quo eſt potentia huiuſmodi, quæ.ſ.eſt ſuſceptiua ſpecierum, ſine materia. Organum.n.ſenſus, cum potentia ipſa, vtputa oculus, eſt idem ſubiecto, ſed eſſe aliud eſt, quia ratione differt potẽtia à corpore. Potentia enim eſt quaſi forma organi, vt ſupra traditum eſt. Et ideo ſubdit quòd {magnitudo,}.i.organum corporeũ eſt {quod ſenſum patitur,}.i.quod eſt ſuſceptiuum ſenſus, ſicut materia formæ. Non tamen eſt eadem ratio magnitudinis,& ſenſitiui ſiue ſenſus, ſed ſenſus {eſt quædam ratio,}.id eſt proportio, & forma, & potentia illius, ſcilicet magnitudinis. Deinde cum dicit.

Lect. 2.

Patet autem ex his, & cur ſenſibilium exuperationes ſenſuum inſtrumenta corrumpunt. Nam ſi motus ſit vehementior, inſtrumentique ſenſus ſuperet vires, diſſoluitur ratio. Id autem erat ſenſus, Diſſoluiturque perinde atq; concentus, intentione cum vehementer ſides pulſantur. Patet præterea & quam ob cauſam non ſentiunt plantæ, tametſi partem aliquam habent animæ ab ipſis tangibilibus patiuntur. Frigeſcunt enim & caleſiunt, vt patet. Nam huius cauſa eſt, mediocritatem non habere, neque principium tale, vt ſenſibilium ſine materia ſuſcipiant formas, ſed cum materia patiantur.

Cur excellens ſenſibile corrumpit ſenſum & cur plãtæ non ſentiant infra lib. 3. tex. 66.

Manifeſtum autem ex his, & propter quid ſenſibilium excellentiæ corrumpunt ſenſitiua. Si nanq; ſit fortior ſenſitiuo motus, ſoluitur ratio. hoc autem erat ſenſus. Sicut & ſymphonia, & tonus, percuſſis fortiter chordis. Et propter quid plantæ non ſentiunt, habentes quandam partem animalem, & patientes à tangibilibus. Et nanque frigeſcunt, & caleſcunt. Cauſa enim eſt non habere medietatem, neq; huiuſmodi principium poſſibile recipere ſpecies ſenſibilium, ſe pati cum materia.

Tex. commen. 123.

Ex præmiſsis cõcludit ſolutionem quandã duorumq; poſſent quæri,& dicit,quòd manifeſtum eſt ex prædictis propter quid excellentia ſenſibilium corrumpat organa ſenſuũ. Oportet enim in organis ſentiendi, ad hoc quòd ſentiatur,eſſe {quandam rationem,}.i.proportionem,vt dictum eſt. Si ergo motus ſenſibilis fuerit fortior,quàm organum natum ſit pati, ſoluitur proportio, & corrumpitur ſenſus, qui conſiſtit in quadam proportione organi,vt dictum eſt. Et eſt ſimile, ſicut cum aliquis fortiter percutit chordas, ſoluitũ ſymphonia & tonus inſtrumenti,qui in quadam proportione cõſiſtit. Manifeſta eſt etiã ex prædictis ratio alterius quæſtionis {propter quid} ſcilicet plantæ non ſentiunt,cum tamen habeant quandam partem animæ, & patiantur à quibuſdam ſenſibilibus,ſ. à tangibilibus. Manifeſtum eſt enim quòd caleſcunt & infrigidantur. Cauſa igitur, quare non ſentiunt eſt, quia non eſt in eis illa proportio, quæ requiritur ad ſentiendum. Non enim habent medietatẽ ſecundum complexionem inter tangibilia, quæ requiritur ad organum tactus,ſine quo nullus ſenſus eſſe poteſt. & ideo non habent in ſe huiuſmodi principium, quod poteſt recipere ſpecies {ſine materia,}.ſ.ſenſum. Sed accidit ei pati cum materia, ſcilicet ſecundum materialem tranſmutationem. Deinde cum dicit.

Cur excellens ſenſibile corrũpat ſenſum.

Dubitabit autem quiſpiam, ſi poſſit id ab odore pati, quod olfacere nequit: aut id à colore, quod haud quaquam videre poteſt. & in cæteris ſimili modo.

An aliquid, præter ſenſũ pati poſsit à ſenſibus.

Dubitabit autem aliquis, ſi patiatur aliquid ab odore, quod impoſſibile eſt olfactum habere: aut à colore nõ poſſibile videre. Similiter autem & in alijs.

Tex. commen. 125.

Mouet quandam dubitationẽ circa paſsionem à ſenſibilibus. quia.n.dixerat,ꝙ plantæ patiuntur à quibuſdam ſenſibilibus. Primo mouet dubitationem, vtrum ab alijs

ſenſibilibus aliquid poſsit pati, quod non habet ſenſum, puta ab odore, quod nō habet olfactū: à colore, quod nō habet viſum: à ſono, quod nō habet auditū. Secūdo ibi.

Quod ſi odorabile ſit odor, ſi quid in odoratum agit, odor profectò agit. Quare fieri nequit, vt ab odore quicquam patiatur eorum, quæ olfacere nequeunt. Eadem eſt & in cæteris ratio. Nec etiam fieri poteſt, vt à ſenſibilibus quicquam patiatur eorum quæ ſentire poſſunt, niſi vt vnumquodque eſt ſenſitiuum.

Nihil patit à ſenſibili ſenſu carēs. *Si autem olfactibile eſt odor, ſi aliquid facit olfactum, odor facit. Quare quæ nequeunt olfactum habere, nō poſſunt pati ab odore. Eadem autem eſt ratio & in alijs, neq; poſſibilium, niſi inquantum vnumquodq; ſenſitiuum eſt.*

Inducit duas rationes ad oſtendendum, ꝙ non. quarum prima talis eſt. Quia proprium olfactibilis eſt facere olfactum: odor autem eſt olfactibile: ergo, ſi aliquid facit olfactum, facit hoc per odorem. Vel ſecundum aliā literam, odor facit olfactum. Propria igitur actio odoris, inquantum odor, eſt quod facit olfactum, ſiue facere. Ex quo ſequitur, quòd ſuſcipiens actionem odoris, inquantum odor, habet ſenſum olfactus. Quod ergo non habet ſenſum olfactus, non poteſt pati ab odore. & eadem ratio videtur de alijs, quod nō ſit quorumcunque, poſſe pati à ſenſibilibus, ſed ſolum habentium ſenſum. Secundam rationem ponit ibi.

Id ita eſſe, patere poteſt & hoc etiam pacto. Nam neque lumen & tenebræ, neq; ſonus, neque odor in corpora quicquam agit. Sed ea nimirum, in quibus ſunt ipſa. Aer enim, qui eſt cum tonitruo ſcindit lignum.

Tex.commen. 126. *Simul autem manifeſtum eſt & ſic. Neque enim lumen, & tenebræ, neque ſonus, neque odor quicquam facit in corpora, ſed ea in quibus ſunt, vt aer, qui eſt cum tonitruo, ſcindit lignum.*

Et dicit, quòd hoc quod prima ratio concludit, manifeſtum eſt per experimentum. quia lumen, & tenebra, & odor, & ſonus, nullum effectum faciunt in corpora inſenſibilia, niſi forte per accidens, inquantum corpora habentia huiuſmodi qualitates, aliquid agunt. ſicut aer, qui cū eſt tonitruum, ſcindit lignum. Lignum enim patitur non à ſono per ſe loquendo, ſed ab aere moto. Tertio ibi.

Tangibilia agūt in ſenſu carentibus. *At enim tangibilia, ſaporesq; agunt. Si enim non agerent, à quonam inanimata paterentur, atq; alterarentur.*

Sed tangibilia, & humores faciunt. Si enim non à quo vtique paterentur inanimata, & alterarentur.

Oſtēdit aliter eſſe de qualitatibus tangibilibus, & dicit ꝙ {tangibilia & humores}.i. ſapores faciunt quendā effectum in ſenſibilibus. Sed hoc intelligendum eſt de ſaporibus, non inquantum ſapores ſunt, ſed inquantum guſtabile eſt quoddam tangibile, & guſtus eſt quidam tactus. Si.n. corpora inſenſibilia non paterentur à qualitatibus tangibilibus, nō eſſet ponere à quo paterentur, & alterarentur corpora inanimata. Nam tangibilia ſunt qualitates actiuæ, & paſsiuæ elementorum, ſecundum quas accidit vniuerſaliter alteratio in corporibus. Quarto ibi.

Quid igitur, agunt ne & ſenſibilia illa? At vt videtur, non omne corpus ab odore pati, ſonoque poteſt, & ea, quæ patiuntur, terminis vacant, & non manent, vt aer. Olet enim ipſe, tanquam aliquid paſſus.

Tex. commen. 127. *Ergo ne & illa faciunt? Aut non omne corpus paſſiuum ab odore. & ſono, & patientia indeterminata & quæ non manent vt aer. Fœtet enim ſicut patiens aliquid.*

Oſtendit etiam quòd alia ſenſibilia agūt in quaſdam res inanimatas, licet non in omnes, dicens {ergo ne & illa}.ſ. ſenſibilia alia, faciunt aliquem effectum, & olfactū in res inanimatas, quaſi dicat ſic. Sed tamen non omne corpus paſsiuum eſt ab odore, & ſono, ſicut omne corpus, paſsiuum eſt à calore & frigore. Sed ab iſtis ſenſibilibus pati poſſunt ſola corpora indeterminata, & quæ nō manent, vt aer & aqua, quæ ſunt humida & non bene determinabilia termino proprio. Et quod aer poſsit pati ab odore, manifeſtum eſt, quia aer fœtet, ſicut aliquid patiens ab odore. Alia litera habet {feret} quia, ſ. mediantibus alijs ſenſibilibus deferuntur ſpecies ad ſenſum. Ratio autem huius diuerſitatis eſt, quia qualitates tangibiles ſunt cauſæ aliorum ſenſibilium, & ideo habēt plus de virtute actiua, & poſſunt agere in quacunq; corpora. Sed alia ſenſibilia, quæ habent minus de virtute actiua, non poſſunt agere, niſi in corpora valde ſenſibilia. Et ſimilis etiam ratio eſt de luce corporum cœleſtiū, quæ alterant inferiora corpora. Quinto ibi.

Quid aliud eſt olfacere quidem, præter idipſum aliquid inquam pati. At enim olfacere quidem, ſentire eſt. Aer autem paſſus, cito ſenſibilis fit.

Quid igitur eſt odorare, præter pati aliquid, Aut odorem ſentire eſt. Aer aūt eſt patiens hoc mox ſenſibilia fit.

Soluit rationem ſuprapoſitam dicens, quod ſi aliquid patitur ab odore, quod non odorat, quid eſt odorare, niſi pati aliquid ab odore? Et reſpōdet, quod odorare, eſt ſic aliquid pati ab odore, quod ſentiat odorem. Aer autem non ſic patitur, vt ſentiat, quia non habet potentiam ſenſitiuam, ſed ſic patitur, vt ſit ſenſibilis, inquantum, ſcilicet eſt medium in ſenſu.

ARISTOTELIS DE ANIMA.

LIBER III.

S.Thomæ cum expoſitione.

LECTIO PRIMA.

Præter quinque ſenſus externos, nullum eſſe alium ſenſum extrinſecum animalibus neceſſarium oſtendit.

SENSVS *autem nullum alium eſſe, præter hos quinque, id eſt viſum, inquam, auditum, odoratum, guſtum, & tactum, ex hiſce profectò, quæ nunc deinceps dicemus, credere quiſpiam poteſt.* Non datur ſextus ſenſus.

QVod autem non ſit ſenſus alius, præter quinque: Dico autem hos viſum, auditum, olfactum, guſtum, tactum, ex his credet aliquis. Tex. commen. 128.

Hic incipit Liber tertius apud græcos. Et ſatis rationabiliter. Ex hinc.n. Ariſt. ad inquirēdum de intellectu accedit. Fuerunt.n. aliqui, qui poſuerunt ſenſum & intellectum eſſe idem. Manifeſtum eſt autem, ꝙ intellectus nō eſt aliquid de ſenſibus exterioribus, de quibus iam dictum eſt, ex eo ꝙ non coartatur ad vnum genus ſenſibilium cognoſcendū. vnde reſtat inquiſitio, vtrū in parte ſenſitiua ſit aliqua alia potentia cognoſcitiua, vt ex hoc poſsit accipi, vtrum intellectus ſit aliquo modo ſenſus.

Diniditur

Diuiditur ergo pars iſta in partes tres. In prima inquirit, an ſit aliquis alius ſenſus, præter quinque ſenſus exteriores, de quibus iam dictum eſt. In ſecunda oſtendit ꝙ intellectus & ſenſus nullo modo ſunt idem. ibi. {Quoniam autem duabus.} In tertia oſtenſo, ꝙ intellectus non ſit ſenſus, determinat de parte animæ intellectiua. ibi. {De parte autem animæ.} Prima diuiditur in duas partes. In prima oſtendit ꝙ non eſt alius ſenſus proprius, præter quinque iam dictos. In ſecunda oſtendit præter ſenſus proprios, eſſe ſenſum communem. ibi. {Quoniam autem ſentimus.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝙ non ſit alius ſenſus, præter quinque. Secundo oſtendit quare ſunt plures, & non vnus tantum ibi. {Inquirit autem.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝙ non ſit alius ſenſus præter quinque, qui ſit cognoſcitiuus ſenſibilium propriorum. Secundo oſtendit ꝙ non eſt alius ſenſus, præter quinque, cuius obiectum ſunt ſenſibilia communia. ibi {At vero neque.} Circa primum vtitur tali ratione. Quicunque habet aliquod organum ſenſus, per quod nata ſunt cognoſci aliqua ſenſibilia, cognoſcit omnia illa ſenſibilia, per organum illud: ſed animalia perfecta habent omnia organa ſenſus: ergo cognoſcunt omnia ſenſibilia. Cum igitur non habeant niſi quinque ſenſus, non erit alius, reſpectu propriorum ſenſibilium, præter quinque ſenſus. Circa hanc rationem hoc modo procedit. Primo proponit quod intendit, dicens, quòd ex his quæ ſequuntur, poteſt aliquis ſufficienter ad credendum moueri quòd non ſit ſenſus, præter quinq; iam dictos. Secundo ibi.

Prima demõſtratio à medijs ſumpta.

Nam ſi nunc ſenſum omnis eius habemus, cuius ſenſus eſt tactus, omnes nanque rei tangibilis, vt eſt tangibilis, affectus nobis ſunt ſenſibiles tactu, nullus vtiq; tactus vel guſtus, vel olfactus, vel auditus, vel viſus, deeſſe nobis videtur præterea ſi ſenſus nobis deficiat aliquis, & inſtrumentum neceſſe eſt illius nobis deeſſe. Præterea, omnis ſenſus per medium ſentit, vt patuit. Medium autem, aut coniunctum, aut ſeiunctum externumque eſſe neceſſe eſt. At nos habemus vtrunque, & id, inquam, quod eſt coniunctum, quo quidem tangentes ſentiamus ſenſibilia tactu, et etiam per quod eminus non tangentes ſentimus. Id vero duplex eſt ſpatium, ſimplex aer, inquam, et aqua. Res autem ita ſeſe habere videtur, vt ſi ſenſibilia plura diuerſa genere, per vnum medium ſentiãtur, neceſſarium ſit, eum, qui ſenſus inſtrumentum habeat tale, ſenſitiuum illorum eſſe: vt ſi ex aere ſenſus ſit inſtrumentum & aer ſit medium in colore ſentiendo, ac ſono. Quod ſi vnum idemque per plura media ſentiatur, vt color per aerem, atque aquam, hæc enim vtraque perſpicua ſunt is, qui alterum tantum habet ipſorum, ſentit nimirum id, quod per vtrunque ſentiri poteſt.

Text. comment. 129.

Si.n. eius omnis, cuius eſt ſenſus tactus, et nunc ſenſum habemus. Omnes.n. tangibiles, inquãtum tangibiles, paſſiones, tactu nobis ſenſibiles ſunt. Neceſſe eſt ſi deficit aliquis ſenſus, & organum aliquod nobis deficere. Et quæcunq; quidem ipſi tangẽtes ſentimus, tactu ſenſibilia ſunt quem habemus. Quæcunque vero per media, & non ipſa tangentes, ſimplicibus interuallis: dico autem, vt aere & aqua, habent autem ſic, vt ſi per vnum, plura ſenſibilia exiſtentia altera abinuicem genere, neceſſe ſit habentem huiuſmodi ſenſorium, vtrorumq; ſenſitiuum eſſe, vt ſi ex aere eſt ſenſorium, & eſt aer medium ſoni, & coloris. Si vero plura eiuſdem ſint, vt coloris, et aer & aqua, vtraq;.n. diaphana, & quod alterum ipſorum eſt habens ſolum ſentiet id, quod per vtraq;, aut quod ab ambobus.

Oſtendit primam propoſitionem rationis inductæ, ſcilicet hanc quod animal habens aliquod organum ſenſus, cognoſcit omnia ſenſibilia, quæ poſſunt ſentiri per illud organum. Et hoc quidem manifeſtat ex ſenſu tactus, eo ꝙ manifeſtum eſt quot ſunt qualitates tangibiles. Dictum enim eſt ſupra, ꝙ qualitates tangibiles ſunt differentiæ corporis elementati, inquantum huiuſmodi. quę quidem manifeſtę ſunt ex his, quę determinata ſunt ex elementis. vnde manifeſtum nobis poteſt eſſe, ꝙ nos ſentimus omnes qualitates tangibiles. Et ex hoc concludit per ſimile in alijs, ꝙ ſi habemus aliquod organum, ꝙ habemus ſenſum illorum ſenſibilium, quæ nata ſunt cognoſci per illud organum. Hoc eſt ergo quod dicit, ꝙ ſi nos habemus ſenſum omnis ſenſibilis, cuius tactus eſt perceptiuus, apparet ꝙ omnes paſſiones tangibiles inquantum huiuſmodi à nobis ſentiuntur, neceſſe eſt vniuerſaliter dicere ꝙ ſi deficit nobis aliquis ſenſus aliquorũ ſenſibilium, ꝙ deficiat nobis aliquod organum, quo nata ſunt cognoſci illa ſenſibilia: quia, ſi habemus organum, cognoſcimus ſenſibilia. Et hoc ꝙ vniuerſaliter dictum eſt, manifeſtat exemplificando per ſingula. Et primo quantum ad ea, quæ cognoſcuntur abſque medio extraneo.

Super text. cõmẽ. 117.

Et hoc eſt quod dicit ꝙ quæcunque nos ſentimus {tangentes,} id eſt abſque medio extraneo, poſſunt ſentiri per organum tactus, ſub quo intelligitur guſtus, quem habemus. Sed circa illa ſenſibilia, quæ ſentimus per media extranea, quæ ſunt ſimplicia corpora, ſcilicet aer & aqua, & non ſentimus ea tangendo, illa ſic ſe habent vt dicam, videlicet, ꝙ ſi per vnum organum plura ſenſibilia diuerſa genere adinuicem ſentiri poſſunt, neceſſe eſt ꝙ qui habet huiuſmodi organum, ſentiat vtrunque genus. Puta quod ſi aliquod organum eſt ex aere, & aer poteſt immutari à colore & ſono, ſequitur ꝙ qui habet huiuſmodi organum, poteſt & ſonum, & colorem percipere. Si vero econuerſo, plura organa ſunt ſuſceptiua eiuſdem ſenſibilis, ſicut aer & aqua, quorum vtrunque eſt diaphanum, ſunt perceptiua coloris, ſequitur ꝙ animal habens aliquod horũ, poteſt percipere quod eſt perceptibile per vtrunque, ſicut per media {aut ab ambobus} ſicut ab inſtrumentis. Quod ideo dicit, quia in ſenſibus, qui ſentiũt per medium extraneum, organa ſunt conformi medijs. Has autem conditiones ideo poſuit, quia idem ſenſibile ſentitur ab aliquo animali per aquam, & ab aliquo per aerem, ſicut patet de odore. Tertio ibi.

Nam ex hiſce duobus ſimplicibus tantum, inſtrumenta ſunt ſenſus, ex aere atq; aqua. Etenim pupilla ex aqua, auditus ex aere, odoratus ex horum altero conſtat. Ignis autem aut nullius eſt inſtrumenti, aut communis omnium eſt, quippe cum ſine caliditate nihil ſit ſenſitiuum. Terra etiam, aut nullius eſt inſtrumenti, aut in tactu maxime commixta. Quo circa reſtat, nullum ſenſus inſtrumentum eſſe, præter aerem atq; aquam. Hæc autem nonnulla nunc animalium habent. Ab ijs igitur animalium, quæ ſunt perfecta, non imperfecta, nec membris capta, omnes ſenſus habentur. Etenim & talpa ſub cute oculos habere videtur. Atque ſi nullum aliud corpus eſt præter ea, quæ percipimus eſſe, nec vllus alius affectus pręter eos, qui corporibus hiſce competunt, quæ ſunt hic, nullus profecto deficit ſenſus.

Secunda demonſtratio quæ ab organis ſumitur.

Simplicium autem ex duobus his ſenſitiua ſolum ſunt, ex aere & aqua. Pupilla quidem.n. aquę, auditus vero aeris, olfactus aũt horum alterius eſt. Ignis aũt, aut nullius eſt, aut cõis omnibus. Nihil.n. ſine calore, ſenſitiuum eſt. Terra vero, aut nullius eſt, aut in tactu maxime miſcetur.

Tex. commen. 130.

Vnde

Tex. com. ment. 131. *Vnde relinquitur, nullum eſſe ſenſitiuum extra aerem, & aquam. Hæc autem nunc quædam habent animalia. Omnes igitur ſenſus habentur à non imperfectis, neque orbatis.* Text. comment. 132. *videtur enim & talpa ſub pelle habens oculos. Quare ſi non alterum aliquod eſt corpus, & paſſio, quæ nullius eſt eorum, quæ ſunt hic corporum, neque vllus vtique deficiet ſenſus.*

Ponit ſecundam propoſitionem cum ſua manifeſtatione, ſcilicet ꝙ omnia organa ſentiendi habentur ab animalibus perfectis. Dicit ergo, ꝙ organa ſentiendi nata ſunt conſtare ex ſolis duobus ſimplicium corporum, ſcilicet ex aere & aqua, quia iſta ſunt magis paſsibilia, & hoc requirit conditio organi ſenſus, vt facile immutetur à ſenſibili. Secũdo tex. cõ. 82 & 83. In pupilla enim eſt aqua, quia pee humorem aqueum in pupilla exiſtentem, recipit oculus ſpeciem viſibilis, Secũdo tex. commẽ. 86. In organo autem auditus eſt aer, vt ſupra dictum eſt. Olfactus aũt in quibuſdá attribuitur aeri, in quibuſdam aquæ, vt ſupra dictũ eſt. ignis aũt ſ'm ſe nullius ſenſus organũ eſt, quia ignis eſt maxime actiuus, & minime paſsiuus. Sed ſ'm participationem ſuæ qualitatis eſt communis omnibus ſenſibus. Nihil enim eſt ſenſitiuum ſine calore, ſicut nec viuens, cum nihil ſentiat, niſi viuens. Terra vero pura, nullius ſenſus eſt organum, inquantum ipſum organum, eſt ſenſitiuum, ſed per commiſtionem appropriatur tactui, quia organum tactus oportet eſſe mediecomplexionatum, vt ſupra dictum eſt, & per conſequens oportet ꝙ ſit quaſi compoſitum ex omnibus elementis. Vnde relinquitur, ꝙ nullum organum ſenſus eſt, Secũdo tex. cõmẽt. 118. præter aerem & aquam. Hæc autẽ organa aeris & aquæ, habent quædam animalia, ſcilicet animalia perfecta. Vnde concludit, ꝙ omnia organa ſenſus habentur ab animalibus non imperfectis ſecundum ſuam naturã, ſicut ſunt imperfecta animalia immobilia, quæ habent ſolum tactum. Et animalibus {non orbatis.} id eſt non carentibus aliquo ſenſu, ex aliqua cauſa innaturali, ſicut homines cęci vel ſurdi. Vnde & talpa, quæ eſt de genere perfectorũ animalium, videtur habere oculos ſub pelle, vt aſsimiletur ſuo generi. Sed propter hoc ꝙ conuerſatur ſub terra, non fuit ei neceſſarius viſus, & terra, ſi haberet oculos diſcoopertos eius oculos offenderet. Procedit autem hæc Quo fundamento nitatur hæc Ariſto. demonſtratio. ratio, vt manifeſte apparet, ex determinato numero elementorum, ex quo probauit ꝙ organa ſenſuum, qui ſunt per media exteriora fiunt per aerem & aquam ſolum. Et iterum ex determinatione paſsionum elementorum, quæ ſunt qualitates tangibiles. vnde per eas fit notum, ꝙ omnes qualitates tangibiles cognoſcimus. Et ideo côcludit ꝙ nullus ſenſus deficit nobis, niſi aliquis dicere velit quod ſit aliquod corpus elementale, præter quatuor elementa, & ꝙ ſunt aliæ paſsiones, quæ poſſunt tactu diſcerni, quæ non ſunt aliquorum corporum hic exiſtentium, & nobis notorum. Et hoc videtur inconueniens. Vnde relinquitur ꝙ ſint quinque ſenſus tantum, qui à nobis habentur. Deinde cum dicit.

At vero neque ſenſus inſtrumentum quicquam pro- Tertia demõſtratio ex obiectis. *prium ſenſibilium communium eſſe poteſt: motus, inquã, quietis figuræ, magnitudinis, numeri, vnius, quæ vnoquoque ſenſu ſentimus, non per accidens.*

At vero neque communium poteſt eſſe ſenſitiuum ali- Tex. comment. 133. *quod proprium, quæ vnoquoque ſenſu ſentimus, non ſecundum accidens, vt motus, ſtatus, figuræ, magnitudinis, numeri, vnius.*

Quia poſſet aliquis dicere, ꝙ eſt aliquis alius ſenſus cognoſcitiuus ſenſibilium communium. Excludit hoc tali ratione. Quicquid cognoſcitur ab vno ſenſu, vt proprium ſenſibile eius, non cognoſcitur ab aliis ſenſibus, niſi per accidens: ſed ſenſibilia communia non ſentiuntur per accidens ab aliquo ſenſuum, ſed per ſe à pluribus: ſenſibilia igitur communia non ſunt proprie obiecta alicuius ſenſus. Circa rationem hanc, hoc modo procedit. Primo ponit concluſionem dicens, ꝙ nõ poteſt eſſe aliquod proprium organum ſenſus, cognoſcitiuum communium ſenſibilium, quæ ſentimus vnoquoque ſenſu per ſe, & nõ per accidens, quæ ſunt motus, & ſtatus &c. Secundo ibi.

Omnia enim hæc ſane motu ſentimus, Etenim magnitudo motu ſentitur. Quare & figura quidem cum figura, quædam magnitudo ſit, & id quod quieſcit, ex eo quia nõ mouetur, & numerus, continui negatione, & ſenſibilibus proprys. Vnuſquiſque namque ſenſus vnum ſentit. Quare patet fieri non poſſe, vt communium cuiuſque ſit proprius ſenſus.

Hæc enim omnia motu ſentimus, vt magnitudinem motu, quare & figuram. Magnitudo enim quædam & figura eſt. Quieſcens autem ex eo quod non mouetur. Numerus vero negatione continui, & proprys. Vnuſquiſque enim vnum ſentit ſenſus. Quare manifeſtum eſt, quod impoſſibile eſt cuiuſque horum proprium ſenſum eſſe. Tex. commen. 134.

Probat, ꝙ iſta ſenſibilia communia ſentiantur per ſe, & non ſecundum accidens. Quæcunque enim ſentiuntur per hoc quod immutant ſenſum, ſentiuntur per ſe & non ſecundum accidens. Nam hoc eſt per ſe ſentire, pati aliquid à ſenſibili. Sed omnia hæc ſenſibilia, pee immutationem quandam ſentiuntur. Et hoc eſt quod dicit, quod hæc omnia ſentimus {motu,} id eſt quædam immutatione. Manifeſtum eſt enim ꝙ magnitudo immutat ſenſum cum ſit ſubiectum qualitatis ſenſibilis, puta caloris aut ſaporis, & qualitates non agunt ſine ſuis ſubiectis. Ex quo apparet, ꝙ figuram etiam cognoſcimus cum quadam immutatione, quia figura eſt aliquid magnitudinis, quia cõſiſtit in conterminatione magnitudinis. Eſt enim figura quæ termino, vel terminis continetur, vt dicitur in 1. Euclidis. Manifeſtum eſt etiam, ꝙ quies comprehenditur ex motu, ſicut tenebra per lucem. Eſt enim quies priuatio motus. Numerus etiam cognoſcitur per negationem continui, quod eſt magnitudo. Numerus enim rerum ſenſibilium, ex diuiſione continui cauſatur, vnde & proprietates numeri per proprietates continui cognoſcũtur. Quia enim continuum diuiſibile eſt in infinitum, & numerus in infinitum creſcere poteſt, vt patet ex. 3. Phyſico. Manifeſtum etiam quod vnuſquiſque ſenſus per ſe cognoſcit vnum, vt immutatus ab vno obiecto. Vnde manifeſtum eſt, quod iſta ſenſibilia communia ſentiuntur per ſe, & non per accidens. Vnde ex hoc concluditur, quod impoſsibile eſt eſſe proprium ſenſum alicuius horum. Tertio ibi. Tex. comment. 68. & 69.

Si enim eſſet, perinde tunc fieret, atque nunc viſu dulce ſentiamus, quod quidem propterea fit, quod vtrorumque ſenſum habemus, quo cum concurrunt, agnoſcimur. Quod ſi ita non eſſet nullo alio modo profecto, niſi per accidens ſentiremus, quo pacto filium ſentimus Cleonis. Non enim Cleonis filium, ſed album ſentimus, huic autem accidit, vt filius ſit Cleonis. At communium habemus iam ſenſum communem, non per accidens ſane. Nullus igitur ipſorum ſenſus eſt proprius, nullo enim ſentiremus modo, niſi eo, quo diximus filium nos videre Cleonis. Propria autem ſenſibilia, ſenſus ipſi per accidens alter alterius ſentiunt, non hoc ſane quo ipſi ſunt, ſed quo vnus, ceu ſimul in eodẽ ſenſus efficiẽt, ceu bilem amarã eſſe, ac flauã.

Non

Non enim ad alterum pertinet, vnum, ambo hæc eſſe dicere, quapropter & errat, & ſi ſit quippiam flauum, id bilem eſſe putat.

Sic enim erit, ſicut nunc viſu dulce ſentimus. Hoc autem eſt, quoniam amborum habentes exiſtimus ſenſum, quo cum conciderint, cognoſcimus. Si vero non, nequaquam vtique ſed tantum ſecundum accidens ſentiremus, vt Cleonis filium, non quia Cleonis filius eſt, ſed quoniam albus. Huic autem accidit, filium, Cleonis eſſe. Communium autem habemus iam ſenſum communem, non ſecundum accidẽs. Non igitur eſt proprius. Nequaquam, enim vtique ſentiremus, niſi ſicut dictum eſt Cleonis filium nos videre. Adinuicem enim propria, ſecundum accidens ſentiunt ſenſus, non ſecundum quod ipſi ſunt, ſed ſecundum quod vnus, cum ſimul fiat ſenſus in eodem, vt cholera quidem amara & rubicunda. Non.n. alterius eſt dicere, quod ambo ſint vnum. Propter quod & decipitur, & ſi ſit rubicundum, choleram opinatur eſſe.

Oſtẽdit ꝙ ſi ſentiretur proprie ab aliquo ſenſu, ꝙ eſſent ſenſibilia per accidens. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ ſic eſſet de ſenſibilibus communibus, ſi eſſent propria obiecta alicuius ſenſus, ſicut nunc eſt, ꝙ viſu ſentimus dulce. Hoc.n. eſt, quia nos habemus ſenſum vtriuſque, ſ. albi, & dulcis. Et ideo, quando coincidunt in vnum, illud, quod eſt vnius ſenſus, per ſe cognoſcitur ab illo ſenſu, per accidens autem ab alio. Ideo videndo album per ſe, videmus dulce per accidens. Si autem non ſit ſenſibile proprie aliquo ſenſu nunquam hoc erit ꝙ ſentiatur per accidens ab aliquo alio ſenſu ex coincidentia duorum ſenſuum, vel ſenſibilium in idem ſed omnino ſ'm accidẽs ſenſibile eſt, vt ſupra dictum eſt, ſicut filium Cleonis ſecundum accidens ſentimus non quia filius Cleonis eſt, ſed quia albus, cui accidit eſſe filium Cleonis, hoc autem, ſ. eſſe filium Cleonis, non ita eſt ſenſibile viſu per accidens, ꝙ ſit aliquo alio ſenſu ſenſibile per ſe, ſicut erat de dulci {Communium autem ſenſibilium habemus ſenſum cõmunem non ſecundum accidens,} id eſt cõmunia ſenſibilia communiter ſentiuntur à diuerſis ſenſibus per ſe, & non ſecundum accidens. Vnde ſequitur, ꝙ non ſit aliquis proprius ſenſus eorum, quia tunc non ſentiremus ea per ſe alijs ſenſibus ſed ſentiremus ea per accidens, ſicut ſentimus filium Cleonis. Sentiunt.n. ſenſus propria ſenſibilia adinuicem ſecundum accidens, vt puta viſus, ſenſibile auditus, & econuerſo. Non enim viſus cognoſcit ſenſibile auditus, neq; auditus, ſenſibile viſus, ſecundum ꝙ ipſa ſunt, quia viſus nihil patitur ab audibili, nec auditus à viſibili {Sed ſecundum ꝙ ſit vnus ſenſus,} id eſt vna ſenſatio ſecundum actum, vt ita loquar, in eodem ſenſibili. Et dico eundẽ ſenſum actu, ex eo ꝙ ſimul ſit, actio vtriuſq; ſenſus, reſpectu eiuſdem ſenſibilis, ſicut cholera ſimul percipitur, per guſtum ꝙ ſit amara, & per viſum ꝙ ſit rubicunda, & ideo ſtatim ad aſpectum rubicundi iudicamus aliquid eſſe amarum. Non eſt autem aliquis alius ſenſus, cuius proprium ſit cognoſcere, ꝙ album & amarum ſunt vnum. Hæc.n. vnitas non eſt niſi per accidens & quod eſt per accidens tãtum, non poteſt eſſe obiectum alicuius potentiæ. Et ideo quia viſus non percipit illud, quod eſt guſtus, niſi per accidens, frequenter in talibus decipitur ſenſus, & iudicamus ꝙ ſi aliquid ſit rubeum ꝙ ſit cholera. Deinde cum dicit.

Cur plures nobiles ſenſus natura in generarit. *Quæret autem aliquis, cuius nam gratia plures ſenſus, ſed non vnum tantum habemus. An vt minus ipſa, quæ ſequuntur, atq; communia lateant, vt motus & magnitudo, & numerus. Nam ſi eſſet ſolus viſus, qui quidem eſt & coloris, magis laterent, ac idem eſſe omnia viderentur, propterea quod color & magnitudo ſimul ſe ſequuntur & comitantur. Nunc autem cum in alio quoque ſenſibili ipſa communia ſint, fit inde perſpicuum vnumquodque illorum aliquid eſſe, atque diuerſum.*

Inquiret autem aliquis, cuius cauſa plures habemus ſenſus, ſed non ſolum vnum. Aut quatenus minus lateant, nos conſequentia, & communia, vt motus, & magnitudo, & numerus. Si enim eſſet viſus ſolus et ipſe albi, laterent vtique magis, & viderentur eſſe idem omnia, propter id quod conſequuntur ſe adinuicem ſimul color & magnitudo. Nunc autem quoniam in aliquo ſenſibili communia ſunt, manifeſtum facit quòd aliud quidam vnumquodque ipſorum eſt. Tex. commen. 135.

Inquirit cauſam pluralitatis ſenſuum. Et hoc eſt quodam conſequens ſpeciem totam, & in talibus aſsignanda eſt cauſa finalis, vt Philoſophus docet in vltimo de generatione animalium. Secus autem de accidentibus indiuidui, quorum aſsignanda eſt ratio ex parte materiæ, vel agentis, vnde & hic aſsignat cauſam finalem. Dicit ergo, ꝙ aliquis poteſt quærere, cuius cauſa habemus plures ſenſus, & non vnum tantum. Et eſt reſponſio ad hoc, vt nos non lateant ea, quæ conſequuntur ad ſenſibilia propria, & ſunt communia diuerſis ſenſibus, ſicut motus, & magnitudo & numerus. Si enim eſſet ſolus ſenſus viſus, cum ipſe coloris tantum ſit, & color & magnitudo ſe conſequantur, quia ſimul cum colore immutatur ſenſus à magnitudine, inter colorem non poſſemus diſcernere, & magnitudinem, ſed videretur eſſe idem. Sed nunc quia magnitudo ſentitur alio ſenſu, quàm viſu, color autem non hoc ipſum manifeſtat nobis ꝙ aliud eſt color, & magnitudo. Et ſimile eſt de alijs ſenſibilibus cõmunibus. Poteſt autem & hæc ratio aſsignari diſtinctionis ſenſuum. Manifeſtum eſt enim, ꝙ cum potentia dicatur ad obiectum, oportet ꝙ ſecundum differentiam obiectorum, diuerſificentur potentiæ ſenſitiuæ. Obiectum autem ſenſibile eſt, prout eſt immutatiuum ſenſus, vnde ſecundum diuerſa genera immutationum ſenſus à ſenſibili, oportet eſſe diuerſos ſenſus. Immutatur autem ſenſus à ſenſibili. Vno modo per contactum, & ſic eſt ſenſus tactus, qui eſt diſcretiuus eorum, ex quibus conſtat animal. & ſenſus guſtus, qui eſt perceptiuus qualitatum, quę deſignant conuenientiam nutrimenti, quo conſeruatur corpus animalis. Alio modo immutatur ſenſus per medium. Et hæc quidem immutatio, aut eſt cum alteratione ſenſibilis, & ſic odor immutat ſenſum cum aliqua reſolutione odorabilis. Aut cum aliquo motu locali, & ſic immutat ſonus. Aut abſque immutatione ſenſibili, ſed per ſolam immutationem ſpiritualem medij, & organi, & ſic immutat color.

Aſsignat hic cauſam diſtinctiõis ſenſuum.

LECTIO II.

Præter viſum, qui eſt proprius ſenſus, dari aliam potentiam eiuſdem generis, quæ eſt perceptiua actus viſionis, oſtendit: deinde ꝙ ſenſus & ſenſibile ſimul fiant & corrumpantur: corrumpi demum ſenſus ipſos excellentijs ſenſibilium probat.

CVm autem ſentiamus nos videre, ac audire, neceſſe eſt, aut viſu ſentiamus nos videre, aut alio ſenſu.

Quoniã autem ſentimus quòd videmus, & audimus, neceſſe eſt aut viſu ſentire quod videt, aut altero. Tex. comment. 136.

Poſtquam Philoſophus oſtendit ꝙ non ſit alius ſenſus, proprius, præter quinque, procedit ad inquirendum, vtrũ ſit aliqua potentia ſenſitiua cõis his quinq; ſenſibus. Et hoc quidem inueſtigat ex quibuſdam actionibus, quæ non videntur alicuius ſenſus propriæ eſſe, ſed videntur exigere aliam potentiam ſenſitiuam communem.

Huiuſmodi

Huiuſmodi autem actiones ſunt duæ. Vna eſt ſecūdum quod nos percipimus actiones propriorum ſenſuum, puta quod ſentimus nos videre, & audire. Alia eſt ſecundum ꝙ diſcernimus inter ſenſibilia propria diuerſorum ſenſuum, puta ꝙ aliud ſit dulce, & aliud album. Primo ergo inquirit cui ſit attribuenda prima harum actionum. Secundo cui ſit attribuenda ſecunda, ibi. {Vnuſquiſque quidem igitur.} Circa primum tria facit. Primo mouet quæſtionem dicens. Quoniam ſentimus, ꝙ videmus, & ſimiliter ſentimus, quod audimus, & ſic de vnoquoque ſenſibilium, neceſſarium eſt aut per viſum ſentire, quod ipſe viſus videt, aut per aliam virtutem, & ſic de alijs ſenſibus. Secundo obijcit ad vtranque partem ibi.

At ſi alio ſenſu, tum idem ſenſus erit & ipſius viſus, & etiam coloris ſubiecti. Quare vel duo ſenſus eiuſdem erunt ſubiecti, vel ſeipſum ſentiet ipſe.

Si autem altero, aut ipſum erit quo videt, aut alterum. ſed idem ſenſus erit viſus & ſubiecti coloris, quare aut duo eiuſdem erunt, aut idem eiuſdem.

Et primo inducit, ad oſtendendum, ꝙ viſus videat ſe videre, duas rationes. Quarum prima talis eſt. Si homo ſentit ſe videre altero ſenſu, quàm viſu, aut hoc erit, quia illo alio ſenſu hō videt colorē, aut omnino alio ſenſu videt colorem, & ſentit viſionem coloris. Si aūt eodē ſenſu, quo ſentit colorem, ſentit viſionem coloris, ſequitur ꝙ vnus & idem erit ſenſus ſecundum actum apprehenſiuus ipſius viſionis & ſubiecti coloris. Quare ſequitur alterum duorum. quia, ſi iſte ſenſus, qui ſentit viſionem & colorem, ſit alius ſenſus à viſu, oportebit ꝙ duo ſenſus ſint vnius ſubiecti, ſcilicet coloris. Aut ſi iſte ſenſus, quo ſentimus viſionem & colorem, eſt idem cum ſenſu viſus, ſequitur ꝙ ſit idem eiuſdem, id eſt ꝙ viſus ſit ſenſus

Text. comment. 112.

ſuiipſius, quod à principio negabatur. Dicere vero, ꝙ ille alter ſenſus, quo quis ſentit ſe videre, non ſentiat colorē, eſt oīno irrationabile: quia ſi non cognoſceret colorē, non poſſet cognoſcere quid eſſet videre, cū videre nihil aliud ſit, quā ſentire colorem. Secundā rōnem ponit ibi.

Præterea ſi alius ſit ſenſus, quia percipit ipſum viſum, aut in infinitum fiet abitio, aut erit aliquis ſenſus, qui ſeipſum percipit ſentientem. Quare idipſum in primo ſenſu continuo eſt faciendum.

Amplius autem, ſi & alter ſit viſus ſenſus, aut in infinitum procedet, aut aliquis ipſe ſuiipſius erit iudex, quare in primo hoc faciendum eſt.

Quæ talis eſt. Si ſenſus viſus, id eſt viſionis, quo, ſcilicet ſentimus nos videre, ſit alter à viſu, iterum quærendum eſt de illo ſenſu: vtrum, ſcilicet ille ſenſus ſentiat ſe ſentire: & ſi non, oportebit quærere tertium ſenſum, qui ſentiat illum ſentire. Aut igitur hoc procedet in infinitum, quod eſt impoſſibile, cum impoſſibile ſit compleri actionem, quæ dependet ab actionibus infinitis, neque etiam vnius rei poſſunt eſſe potentiæ infinitæ: aut oportebit ꝙ deueniatur ad aliquem ſenſum, qui ſit iudex ſuiipſius, id eſt percipiat ſe ſentire. Eadem ergo ratione poterat fieri in primo ſenſu, vt ſcilicet viſus ſentiret ſe videre. Non eſt ergo alius ſenſus, qui percipiat colorem, & qui percipit viſionem coloris. Deinde cum dicit.

At hic oritur dubitatio. nam ſi viſu quidem ſentire, nil aliud eſt, quam videre: videtur autem color, vel id, quod habet colorem. Si quiſpiam viderit id, quod videt colorem, id habebit profecto quod videt primum.

Text. comment. 137.

Habet autem dubitationem. Si enim viſu ſentire, videre eſt: videtur autem color, aut habens hunc, ſi videbit aliquid id, quod eſt videns, & colorē habebit primū videns.

Obijcit ad partem contrariam. Et quia primæ rationes aliqualiter cōcludunt verum, hæc ratio per modum dubitationis proponitur, vnde & eam ſoluit. Eſt autem ratio talis. Si viſu ſentimus nos videre: ſentire autem viſu, nihil eſt aliud quàm videre: ergo videmus nos videre. Sed nihil videtur, niſi color tantum, aut habens colorem. Si igitur aliquis videt ſe, quòd ſit videns ſequitur quod primum videns, quod ſecundo fuit viſum, ſit habens colorem, quod videtur incōueniens. Nam dictum eſt ſupra, ꝙ viſus, cum ſit ſuſceptiuus coloris, eſt abſque colore. Deinde cum dicit.

Patet igitur, non vnum idipſum eſſe, ſentire, inquam viſu. Nam cum non videmus, tenebras & lumen viſu diſcernimus, ſed non eodem, vt patet, modo.

Manifeſtum igitur, quoniam non eſt vnum omnino, viſu ſentire. Et namq; cum non videmus, viſu non diſcernimus & tenebras & lumen, ſed non ſimiliter. Text. comment. 132.

Soluit tertio propoſitam dubitationem duobis modis. Primo concludens ex prædictis, ꝙ ſentire viſu multipliciter dicitur. Oſtenſum eſt enim ſupra, ꝙ viſu ſentimus nos videre. Item oſtenſum eſt, quòd viſu non ſentimus niſi colorem. Sentire ergo viſu dupliciter dicitur. Viſus ſenti reduplicite*r*. Vno modo, ſecundum ꝙ viſu ſentimus nos videre. Alio modo, cum viſu videmus colorem. Et quòd viſu ſentire dicatur multipliciter, apparet ex hoc, ꝙ aliquando dicimur ſentire viſu, cum viſus præſentialiter immutatur à viſibili, ſcilicet colore. Aliquando autem diſcernimus viſu, & tenebras, & lumen etiam, cum non videmus, per immutationem, ſcilicet ab exteriori ſenſibili. Sed non ſimiliter dicitur vtroque modo, viſu ſentire. Redit ergo ſolutio ad hoc, ꝙ actio viſus poteſt conſiderari, vel ſecundum ꝙ conſiſtit in immutatione organi à ſenſibili exteriori & ſic non ſentitur niſi color. Vnde iſta actione, viſus non videt ſe videre. Alia eſt actio viſus ſecundum quam, poſt immutationem organi, iudicat de ipſa perceptione organi à ſenſibili etiam abeunte ſenſibili, & ſic viſus non videt ſolum colorem, vel ſentit, ſed ſentit etiam viſionem coloris. Deinde cum dicit.

Actio viſus duplex.

Præterea idipſum etiam quod videt, colore quodammodo delibutum eſt. Inſtrumentum enim vniuſcuiuſque ſenſus, ipſum ſenſibile ſine materia, ſuſcipit, vti diximus. Quo circa ſenſibilibus ipſis ſemotis, inſunt in ſenſuum inſtrumentis ſenſus, & imaginationes. Atqui operatio rei ſenſibilis atq; ſenſus, vna quidem & eadem eſt. At earum ratio non eadem eſt. Dico autem ſonum actu, & auditum actu. ſit enim vt is, qui auditum habet, non audiat, & id, quod habet ſonum, non ſemper ſonet. Sed cum operatur id, quod audire poteſt. & ſonat id, quod ſonum efficere poteſt, tum ſimul ſit et auditus actu, et ſonus etiam actu, quorum alterum quiſpiam auditionem, alterum ſonationem eſſe, non incongrue dicere poteſt.

Amplius autem & videns, tanquam coloratum eſt. Vnumquodq; enim ſenſitiuum ſuſceptiuum eſt ſenſibilis ſine materia. Vnde & abeuntibus ſenſibilibus, inſunt ſenſus, & phantaſia, quibus ſentiunt. Senſibilis autem actus & ſenſus idem eſt, et vnus, eſſe autem ipſorum non idem. Dico autem, vt ſonus ſecundum actum, & auditus ſecundum actum. Contingit enim auditum habentia non audire, & habens ſonum non ſemper ſonat. Cum autem operetur potens audire, & ſonet potens ſonare, tunc ſecundum actum auditus ſimul ſit, & ſecundū actū ſonus. Quorum dicet aliquis hoc quidem auditionem eſſe, hoc vero ſonationem.

Ponit

Ponit aliam ſolutionem, quæ quidem neceſſaria eſt, eo ꝙ color habet duplex eſſe, vnum naturale in re ſenſibili, aliud ſpirituale, in ſenſu. Secundum ergo primum eſſe coloris, proceſsit prima ſolutio. Hæc autem ſecunda procedit quantum ad ſecundum eſſe coloris. Circa hanc ſolutionem tria facit. Primo ponit ſolutionem. Secundo probat quoddam, quod in ſolutione ſuppoſuerat, ibi. {Si igitur eſt motus.} Tertio ex hac ſolutione oſtendit etiam quarundam aliarum quæſtionum ſolutionem, ibi. {Quoniam autem vnus.} Dicit ergo primo, quod, cum ſoluta ſit prima dubitatio, ſuſtinendo ꝙ videns non ſit coloratum, amplius poteſt ſolui dicendo, ꝙ vidẽs eſt tanquam coloratum, quia in vidente eſt ſimilitudo coloris, vnde videns eſt ſimile colorato. Vnde illa potentia, quæ videt aliquem eſſe videntem, non eſt extra genus potentiæ viſiuæ. Et quod videns ſit quodammodo coloratum, probat per ea, quæ ſupra dicta ſunt, quia vnumquodq; organum ſenſus eſt ſuſceptiuum ſpeciei ſenſibi-
Secũdo tex. cõmẽt. 121. lis ſine materia, vt dictum eſt. Et iſta eſt ratio, quare abeuntibus ſenſibilibus, fiunt in nobis ſenſationes & phantaſiæ, id eſt apparitiones, ſecundum quas aliquo modo ſentiunt animalia. Et ſic patet, quod videns eſt tanquam coloratum, inquantum habet ſimilitudinem coloris. Et non ſulum videns eſt tanquam coloratum, & ſimile colorato, ſed etiã actus cuiuſlibet ſenſus, eſt vnus, & idem ſubiecto cum actu ſenſibilis, ſed ratione non eſt vnus. Et dico actum ſenſus, ſicut auditum ſecundum actum, & actum ſenſibilis, ſicut ſonum ſecundum actum. Non.n. ſemper ſunt in actu, quia contingit habentia auditum non audire, & habent ſonum non ſemper ſonare. Sed cum potens audire habet ſuam operationem, & potens ſonare habet ſonare, tunc ſimul fit ſonus ſecundũ actum, qui vocatur ſonatio & auditus ſecundum actum, qui vocatur auditio. Cum igitur viſus percipiat ſenſibile & actum eius, & videns ſit ſimile ſenſibili, & actus videntis ſit idem ſubiecto, cum actu ſenſibilis, licet non ratione, relinquitur quòd eiuſdem virtutis eſt, videre colorem, & immutationẽ, quæ eſt à colore, & viſum in actu, & viſionem eius. Potentia ergo illa, qua videmus nos videre, non eſt extranea à potentia viſiua, ſed differt ratione ab ipſa. Deinde cum dicit.

Quod ſi motus, & actio, atque paſſio in eo eſt, quod patitur, atque mouetur, neceſſe eſt & ſonum & auditum actu in auditu, qui eſt potentia eſſe. Agentis nanque, mouentisque operatio in ipſo patiente ſuſcipitur, atque ineſt. Quocirca neceſſe non eſt, id, quod motu mouet moueri. Actus igitur ſonatiui, ſonus eſt, vel ſonatio. Auditiui vero, auditus, vel auditio. Duplex enim eſt auditus, & duplex etiam ſonus. Eadem eſt & in cæteris ſenſibus ac ſenſibilibus ratio. Atque vt actio, paſſioque non in agente eſt, ſed in eo, quod patitur, ſic & ipſius ſenſibilis actio in ipſo eſt ſenſitiuo. Sed in quibuſdam nomina quoque ſunt poſita, vt ſonatio, ac auditio in quibuſdam caret alterum nomine. Operatio enim viſus, viſio dicitur, at coloris, nomine vacat. Operatio præterea guſtus, guſtatio dicitur, at ſaporis, nomen non habet.

Text. comment. 139. *Si igitur eſt motus, & actio, & paſſio in eo, quod agitur, neceſſe eſt & ſonum, & auditum, qui ſecundum actũ, in eo, quod eſt ſecundum potentiam eſſe. Actiui enim &*
Tex. comment. 140. *motiui actus, in patiente fit. vnde non neceſſe eſt mouens moueri, Sonatiui igitur actus, aut ſonus, aut ſonatio eſt. Auditiui autem, aut auditus, aut auditio eſt. Dupliciter enim auditus, & dupliciter ſonus. Eadem autem ratio eſt & in alijs ſenſibus, & ſenſibilibus. Sicut enim actio & paſſio in patiente, ſed non in agente, ſic & ſenſibilis actus, & ſenſitiui, in ſenſitiuo eſt. Sed in quibuſdam quidem & nominatum eſt, vt ſonatio, & auditio. In quibuſdam autem non nominatum eſt alterum. Viſio enim dicitur viſus actio, quæ vero eſt coloris, non nominata eſt. Et guſtatiui guſtatio eſt, humoris autem non nominata eſt.*

Probat quod ſuppoſuerat, ſcilicet quod vnus & idem 2.tex.cõ.16.
ſit actus ſenſibilis & ſentientis, ſed ratione differant, ex vſque ad te.
his, quæ ſunt oſtenſa in 3. Phyſi. Ibi enim oſtenſum eſt, commẽ.23.
ꝙ tam motus, quam actio, vel paſsio ſunt in eo, quod agitur, id eſt in mobili & patiente. Manifeſtum eſt autem, ꝙ auditus patitur à ſono. vnde neceſſe eſt, ꝙ tam ſonus ſecundum actum, qui dicitur ſonatio, quam auditus ſecundum actum, qui dicitur auditio, ſit in eo, quod eſt ſecundum potentiam, ſcilicet in organo auditus. Et hoc ideo, quia actus actiui & motiui fit in patiente, & non in agente, & mouente. Et iſta eſt ratio, quare non eſt neceſſarium, ꝙ omne mouens moueatur. In quocunque enim eſt motus, illud mouetur. Vnde, ſi motus & actio, quæ eſt quidam motus, eſſet in mouente, ſequeretur, quod mouens moueretur. Et ſicut dictum eſt in 3. Phyſi. ꝙ Text. com-
actio & paſsio ſunt vnus actus ſubiecto, ſed differunt ra ment. 20.
tione, prout actio ſignatur, vt ab agente, paſsio autem, vt Te præce.
in patiente. ita ſupra dixit, ꝙ idem eſt actus ſenſibilis & ſentientis ſubiecto, ſed non ratione. Actus igitur ſonatiui, vel ſoni eſt ſonatio, auditiui autem actus eſt auditio. Dupliciter enim dicitur auditus, & ſonus, ſcilicet ſecundum actum & ſecundum potentiam. Et quod de auditu & ſono dictum eſt, eadem ratione ſe habet in alijs ſenſibus & ſenſibilibus. Sicut enim actio & paſsio eſt in patiente, & non in agente, vt in ſubiecto, ſed ſolum vt in principio à quo, ita tam actus ſenſibilis, quàm actus ſenſitiui, eſt in ſenſitiuo, vt in ſubiecto. Sed in quibuſdam ſenſibilibus & ſenſitiuis, nominatus eſt vtriuſque actus, & ſenſibilis, vt ſonatio, & ſenſitiui, vt auditio. In quibuſdam autem vnum tantum nominatum eſt, ſcilicet actus ſenſitiui. Viſio enim dicitur actus viſus, ſed actus coloris non eſt nominatus. Et guſtus, id eſt guſtatio eſt actus guſtatiui, ſed actus ſaporis non eſt nominatus apud Græcos. Deinde cum dicit.

Hæc cum ita ſint, atque vnus actus rei ſenſibilis, ſenſitiuiq; ſit, quamuis diuerſas habeat rationes: ſicuti diximus, neceſſe eſt ſimul corrumpãtur, ſimulque ſint ſalua, auditus ac ſonus. qui hoc modo dicuntur, & ſapor itidẽ, & guſtus, cæteraq; ſimiliter. At ea, quæ dicuntur potentia, non hanc ipſam profecto neceſſario ſubeunt legem.

Quoniam autem vnus quidem eſt actus ſenſibilis & Text. com-
ſenſitiui, eſſe autem alterum eſt, neceſſe eſt ſimul corrum- ment. 141.
pi, & ſaluari, ſic dictum auditum, & ſonum, & humorem igitur, & guſtum, & alia ſimiliter. Dicta autem ſecundum potentiam, non neceſſe eſt.

Ex præmiſſa ſolutione procedit ad demonſtrandum veritatem duarum quæſtionum, quarum prima eſt, vtrũ ſenſus & ſenſibilia ſimul corrumpantur & ſaluentur. Ad huius ergo ſolutionem dicit, ꝙ quia actus ſenſibilis & ſenſitiui eſt vnus ſubiecto, ſed differunt ratione, vt dictũ eſt, neceſſe eſt ꝙ auditus dictum ſecundum actum, & ſonus dictus ſecundum actum, ſimul ſaluentur & corrumpantur, & ſimiliter eſt de ſapore, & guſtu, & alijs ſenſibilibus & ſenſibus. Sed ſi dicantur ſecundum potentiam, non neceſſe eſt, quod ſimul corrumpantur & ſaluentur. Ex hac autem, ratione excludit opinionem antiquorum naturalium, ibi.

Non recte igitur priores naturales Philoſophi ſentiebant, qui quidem ſine viſu, neque album vllum, neque nigrum eſſe dicebant, neque item vllum ſine guſtu ſaporem. Nam partim recte partim non recte cenſebant. Etenim cum dupliciter ſenſus ſenſibileque dicatur, potentia, atque actu, in his quidem ſecundis fit idipſum ſane, quod dictum eſt, in illis autem primis non fit, vt luce clarius extat. At illi de hiſce ſimpliciter loquebantur, quæ ſimpliciter non dicuntur.

Text. comment 142. *Sed priores Philoſophi, hoc nõ bene dicebant nihil opinantes, neque album, neque nigrum eſſe ſine viſu, neque humorem ſine guſtu. Sic quidem enim dicebant recte ſic autem non recte. Dupliciter enim dicto ſenſu & ſenſibili, his quidem ſecundum potentiam, illis vero ſecundum actum, in his quidem accidit quod dictum eſt, ſed in alteris non accidit. Sed illi ſimpliciter dicebant, de dictis non ſimpliciter.*

Dicens, ꝙ priores naturales non bene dicebant in hoc, quia opinabantur nihil eſſe album, aut nigrum, niſi quando videtur, neque ſaporem eſſe, niſi quando guſtatur, & ſimiliter de alijs ſenſibilibus & ſenſibus. Et quia non credebant eſſe alia entia, niſi ſenſibilia, neque aliam virtutem cognoſcitiuam, niſi ſanſum, credebant quod totum eſſe, & veritas rerum eſſet in apparere. Et ex hoc deducebantur ad credendũ contradictoria ſimul eſſe vera, propter hoc ꝙ diuerſi contradictoria opinantur. Dicebant autem quodammodo recte, & quodammodo non. Cum enim dupliciter dicatur ſenſus & ſenſibile, ſcilicet ſecundum potentiam & ſecundum actum de ſenſu, & ſenſibili ſecundum actum accidit quod ipſi dicebant, ꝙ non eſt ſenſibile ſine ſenſu. Non autem hoc verum eſt de ſenſu & ſenſibili ſecundum potentiam. Sed ipſi loquebantur ſimpliciter, id eſt ſine diſtinctione, de his, quæ dicuntur multipliciter. Deinde cum dicit.

Senſus ratio quędam eſt, ac ꝓportio. *Quod ſi vox quidam concentus eſt: vox autem & auditus tum vnum, tum non vnum, aut non idem ſunt, & ſi concentus eſt ratio, neceſſe eſt & auditum, quandam eſſe rationem, atque ob idipſum exuperans quodque, tam acutum, quàm graue corrumpit auditum, atque deuaſtat, & in ſaporibus guſtum, & in coloribus viſum, id, quod nimium eſt ſplendidum, & tenebroſum, & in odoribus vehemens odor ſiue dulcis, ſiue amarus: quia ſenſus ipſe quædam eſt ratio. Quocirca ſenſibilium ea, quæ ſincere talia, quæque ſimplicia ſunt, vt acutum, vel dulce, vel ſalſum, cum reducuntur ad rationem ſenſui, ſunt a iucunda. Tunc enim ipſum delectare videntur. Omnino autem ipſum miſtum, magis concentus eſt quàm acutum, vel graue. Tactui quoque non calidum ſane ſimplex, ac frigidum. Sed id, quod eſt ad rationem redactum amicum eſt, atque incũdum. Enimuero ſenſus ipſe ratio quędam eſt, vti diximus. Senſibilium autem ea quæ exuperant, aut dolorem afferunt ipſi, aut tandem ipſum corrumpunt.*

Text. comment. 141. Supra text. 117. 118. 122. 23. Lib. 3. text. 67. 68. *Si autem ſymphonia vox quædam eſt, vox autem & auditus eſt ſicut vnum, & eſt ſicut non vnum, aut idem, proportio autem eſt ſymphonia, neceſſe eſt, & auditum, rationem quandam eſſe. Et propter id, corrumpit vnumquodque excellens acutum & graue, auditum, & in humoribus guſtum, & in coloribus viſum, fortiter fulgidũ, & opacum & in olfactu fortis odor, & dulcis, & amarus. tanquam ratio quædam ſit ſenſus. Vnde & delectabilia quidem ſunt, dum ducuntur ſincera & impermiſta exiſtentia ad rationem, vt acutum, aut dulce, aut ſalſum Delectabilia enim tunc. Omnino autem magis, quod miſtum eſt, ſymphonia eſt, quàm acutum & graue. Tactus autem calefactibile, & frigefactibile, ſed ſenſus ratio eſt. Excellentia autem contriſtant aut corrumpunt.*

Demonſtrat ex præmiſsis ſolutionem alterius quæſtionis, quare, ſcilicet quędam ſenſibilia corrumpant ſenſum, & quædam delectant, & dicit ꝙ cum ſymphonia, id eſt vox conſonans & proportionata ſit vox quædam, & vox quodammodo ſit idem quod auditus & ſymphonia ſit quædam proportio, neceſſe eſt ꝙ auditus ſit quędam proportio. Et quia quælibet proportio corrumpitur per ſuperabundantiam, ideo excellens ſenſibile corrumpit ſenſum, ſicut quod eſt excellenter graue & acutum corrumpit auditum. Et excellens ſaporoſum corrumpit guſtum. Et fortiter fulgidum vel obſcurum corrumpit viſum. Et fortis odor corrumpit olfactum, quaſi ſenſus ſit quędam proportio. Sed ſi plura ſenſibilia deducuntur ad proportionatam miſtionem, efficiuntur delectabilia, ſicut in ſaporibus, quando aliquid ſecundum debitã proportionem eſt aut acutũ, aut dulce, aut ſalſum: tunc enim ſunt omnino delectabilia. Et omne, quod eſt miſtum, eſt magis delectabile, quàm quod eſt ſimplex, ſicut ſymphonia, quam vox acuta tantum, vel grauis tantum. Et in tactu, quod eſt compoſitum ex calefactibili, & frigidabili. Senſus enim delectatur in proportionatis, ſicut in ſibi ſimilibus, eo ꝙ ſenſus eſt proportio quædam. Sed excellentia corrumpit ſenſum, vel ſaltem contriſtat ipſum.

LECTIO III.

Dari vnum quendam communem ſenſum præter proprios & externos oſtendit, qui diſcernit differentias ſenſibilium vnius & plurimum ſenſuum.

VNuſquiſque igitur ſenſus, vt ſæpe diximus, ſenſibilis eſt obiecti. Et quæ in inſtrumento ſuo, ea ratione, qua illud ſenſus eſt inſtrumentum, & differentias ſenſibiles obiecti ſui diſcernit. vt album quidem & nigrum, viſus: dulce autem & amarum, guſtus, & cæteri ſimilicer ſenſus.

Vnuſquiſque igitur ſenſus, ſubiecti ſenſibilis eſt, & eſt in ſenſitiuo, inquantum ſenſitiuum, & diſcernit ſubiecti ſenſibilis differentias. vt album quidem, & nigrum viſus: dulce vero & amarum, guſtus. Similiter autem ſe habet & hoc in alijs. Text. commant. 144.

Proceſsit Pphiloſophus ſuperius, ad inueſtigandum ſenſum cõmunem ex hac operatione, qua ſentimus nos videre & audire. Ex hac autẽ operatione ad hoc deuentum eſt, ꝙ potentia viſiua ſentit viſione, alio tamen modo quam ſentiat ſenſibile exterius, ſed nondum habetur, quod potentia iudicatiua de actibus ſenſuum, ſit vna, & communis. Et ideo procedit vlterius ad inueſtigandum huiuſmodi veritatem per aliam operationem, quæ oſtendit vnam potentiam eſſe communem, habentem ſe quodammodo ad omnes quinque ſenſus. & hæc operatio eſt diſcernere ſenſibilia abinuicem. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quantum ſe poſsit extẽdere diſcretio ſenſus proprij. In ſecunda inquirit de illa diſcretione ſenſibilium, quæ excedit virtutem ſenſus proprij, ibi {Quoniã antem album.} Dicit ergo primo, ꝙ ex dictis manifeſtũ eſt, ꝙ vnuſquiſque ſenſus eſt cognoſcitiuus ſenſibilis ſui obiecti, cuius ſpecies fit in ſuo organo, inquantum eſt tale organum. Immutatur enim organum vniuſcuiuſque ſenſus à proprio obiecto ſenſus per ſe, non per accidens. Et vnuſquiſque ſenſus diſcernit differentias proprij ſenſibilis, ſicut viſus diſcernit album & nigrum: guſtus dulce & amarum, & ſimiliter ſe habet in alijs ſenſibus.

Deinde cum dicit.

Atenim

At enim cum album, & dulce, & ſingula ſenſibilium ad ſingula nimirum aliqua compareremus, ac diſcernamus: & ſentiamus differre, neceſſe eſt idipſum profectò fieri ſenſu: quippe cum illa ſenſibilia ſint. Quo patet, carnem vltimum inſtrumentum ſenſus non eſſe. Nam neceſſe eſt id quod diſcernit, tangendo diſcernere.

Tex.commen.145. *Quoniam autem album, & dulce, et vnũquodque ſenſibilium ad vnumquodque comparando, diſcernimus, & ſentimus quòd differunt, neceſſe igitur ſenſu. Senſibilia enim ſunt. Quare & manifeſtum quoniam caro non eſt* Tex. comment.146. *vltimum ſenſitiuum. Neceſſe enim eſſe vt diſcernens, ipſum tangendo diſcerneret.*

Oſtendit cui ſit attribuenda iſta diſcretio, quæ excedit proprium ſenſum, ſcilicet diſcernere ſenſibile vnius ſenſus, à ſenſibili alterius. Et circa hoc duo facit. Primo determinat veritatem. Secundo obijcit contra veritatem & ſoluit, ibi {At vero impoſsibile.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit ꝙ aliquis ſenſus eſt qui diſcernit inter album, & nigrum, & dulce. Secundo, ꝙ non ſunt duæ potentiæ ſenſus, ſed vna, ibi {Neque vtique.} Tertio ꝙ ſimul illa potentia percipit vtrunque ſenſibile, inter quæ diſcernit, ibi {Quod autem neque.} Dicit ergo primo, ꝙ quia diſcernimus aliqua virtute, non ſolum album à nigro, vel dulce ab amaro, ſed etiam album à dulci, & vnumquodq; ſenſibile diſcernimus ab vnoquoque & ſentimus ꝙ differunt, oportet ꝙ hoc ſit per ſenſum, quia cognoſcere ſenſibilia, inquantum ſunt ſenſibilia, eſt ſenſus. Cognoſcimus autem differentias albi, & dulcis, non ſolum quantum ad ꝙ quid eſt vtriuſq;, quod pertinet ad intellectum, ſed etiam quantum ad diuerſam immutationem ſenſus. Et hoc non poteſt fieri, niſi per ſenſum. Et ſi per aliquem ſenſum fit hoc maxime videtur, ꝙ fiat per tactum, qui eſt primus ſenſuum, & quodammodo radix & fundamentum omnium ſenſuum, & ab hoc, animal habet, ꝙ dicatur ſenſitiuum. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ caro non eſt vltimum organum ſenſus tactus: quia cum per ſenſum tactus fiat diſcretio, neceſſe eſſet ꝙ ipſo contactu carnis è tangibili, fieret diſcretio tangibilis ab alijs ſenſibilibus. Attribuitur autem iſta diſcretio tactui, non ſecundũ ꝙ tactus eſt ſenſus proprius, ſed ſecundum ꝙ eſt fundamentum omnium ſenſuum, & propinquius ſe habẽs ad fontalem radicem omnium ſenſuum, qui eſt ſenſus communis. Deinde cum dicit.

Fieri igitur non poteſt, vt ſeparatis diſcernatur, dulce diuerſum eſſe ab albo ſed vni cuipiam ambo nota eſſe oportet. Illo nanque modo ſane pateret, inter ſeſe illa differre, etiam ſi alterum ego, alterum tu ſentires. Vnum igitur dicat oportet. Diuerſa enim dulce ac album. Dicit igitur idem. Quare, vt dicit, ſic & intelligit, atque ſentit. Patet ergo fieri non poſſe, vt ſeparatis ſeparata diu dicentur.

Neque vtique ſeparatis contingit diſcernere, quòd alterum ſit dulce ab albo, ſed oportet aliquo vno vtraque manifeſta eſſe. Sic enim ſe haberet etiam ſi hoc quidẽ ego, illud autem tu ſentires, manifeſtum vtique eſſe altera abinuicem ſunt. Oportet autem vnum dicere, quoniam alterum enim dulce ab albo. Dicit ergo idem. Quare ſicut dicit, ſic & intelligit, & ſentit. Quod quidem igitur non poſſibile, ſeparatis iudicare ſeparata, palam eſt.

Oſtendit, ꝙ idem ſenſus ſit, qui diſcernit album à dulci. Poſſet enim aliquis credere, quod diſcernamus album à dulci non quadam vna potentia, ſed diuerſis: vt, ſcilicet inquantum guſtu cognoſcimus dulce, & viſu album. Hoc autem excludit dicens, ꝙ non contingit diſcernere, ꝙ dulce ſit alterum ab albo, ſeparatis potentijs, id eſt diuerſis, ſed oportet ad diſcernendum inter ea, quod ſecundum aliquam vnam potentiam manifeſtum ſit nobis. Ita enim eſſet ſi diuerſis potentijs ſentiremus dulce & album, ſicut ſi diuerſi homines ſentirent, vnus dulce, alius & album, puta ſi ego ſentio hoc, & ille illud. Hoc autem poſito manifeſtum eſt, ꝙ altera ſunt abinuicem, dulce & album, quia aliter patior ego à dulci, quam tu ab albo. Sed tamen diuerſitas iſta non erit nobis per ſenſum manifeſta, ſed oportet quod vnus ſit, qui dicat ꝙ alterum eſt dulce ab albo. Hoc.n.eſt aliquid vnum verũ.ſ. ꝙ alterum ſit dulce ab albo. ergo oportet ꝙ illud vnum ab eodem dicatur, ſed dictio eſt interpretatio interioris appre[illegible]ſionis: ergo ſicut eſt vnus qui dicit, ita oportet [illegible] ſit qui intelligat, & ſentiat, alterum eſſe dulce ab albo. Dicit autem {intelligat & ſentiat} quia nondum oſtenſum eſt, ꝙ aliud ſit intellectus à ſenſu, vel quia iſta diuerſitas, ex ſenſu & intellectu cognoſcitur. Sicut igitur oportet, ꝙ vnus homo, qui dicit alterum eſſe album à dulci, ſit qui cognoſcit vtrunque, ita oportet quòd vna potentia ſit, qua agnoſcitur vtrunq;. Nam homo non cognoſcit, niſi per aliquam potẽtiam. Et hoc eſt quod concludit vlterius, palam eſſe quod non eſt poſsibile iudicare {ſeparata}.i. ꝙ aliqua ſint diuerſa {ſeparatis}.i. diuerſis, ſed oportet ꝙ ſit eadem potentia, quæ vtrunque cognoſcat. Deinde cum dicit.

At hic patet, neque fieri poſſe, vt ſuperato in tempore diſcernantur. Nam vt idem, aliud eſſe bonum, ac malum dicit: ſic quando alterum dicit aliud eſſe, tunc & alterum etiam dicit. Atque dico quando, non per accidens, veluti nunc dico quippiam aliud eſſe, non tamẽ dico illud nunc aliud eſſe, ſed hoc pacto nunc dicit, vt dicat, & nunc illud eſſe. Similiter igitur dicit. Quo fit, vt inſeparabile, & in ſeparabili tempore ſeparata diſcernat.

Quod autem neque in ſeparato tempore, hinc habitum eſt. Sicut enim idem dicit, quòd alterum eſt bonum, & malum, ſic & quando alterum dicit eſſe alterum, tunc & alterum, non ſecundum accidens, ipſum quando. Dico autẽ, veluti nunc dico eſſe alterum, non tamen dico illud nunc alterum quoniam, ſed ſic dicit & nunc, & quod nunc. Simul ergo. Quare inſeparabile, & in inſeparabili tempore, vtrunque diſcernit.

Oſtendit ꝙ oportet ſimul vtrũque cognoſci. Dicit ergo, ꝙ ex his, quæ dicentur, manifeſtũ eſt {ꝙ neque in ſeparato tpe, {.i. in diuerſo tempore cognoſcit vtrunq;. Sicut enim ille, qui iudicat aliqua eſſe diuerſa, dicit aliquid vnum & idem, ſ. ꝙ alterum ſit bonũ & malum, ſic etiam dicit quando alterum ſit. Dicit.n. ꝙ ſit alterũ tunc, quando iudicat, & hoc ipſum quando ſit alterũ, non dicit ſ'm accidens, ita ꝙ ly quando, referatur ad dicentem, vtputa quia nunc dicit, ꝙ eſt alterum, ſi non diceret, ꝙ nunc eſt alterũ. Hoc.n. eſſet per accidens, reſpectu eius, quod dicitur, ſed ſicut nunc dicit, ꝙ eſt alterum, ita dicit ꝙ nunc ſit alterum. Hoc autem non poſſet eſſe, niſi ſimul ea apprehenderet, i. in illo inſtanti, pro quo iudicat ea eſſe altera. Manifeſtum eſt ergo, ꝙ ſimul cognoſcit vtrunque. Ergo ſicut eſt inſeparabilis potentia, id eſt vna, & eadem, quæ cognoſcit vtrunque eorum, inter quę iudicatur differentia, ita oportet ꝙ in inſeparabili tempore apprehendat vtrunque. Deinde cum dicit.

At vero fieri non poteſt, vt ſimul idem, ea ratione, qua indiuiſibile eſt, & in indiuiſibili tempore, motibus cõtrarijs moueatur. Nam dulce quidem ſi ſit, mouet ſenſum, ac intellectum. Amarum autem contrario modo & album itidem diuerſo.

At vero

Tex. commen. 147.

At vero impoſſibile eſt, ſimul ſecũdum contrarios motus moueri idem, vt indiuiſibile eſt, & in indiuiſibili tempore. Si enim dulce ſit, ſic mouet ſenſum, aut intellectum, amarum autem contraria, & album aliter.

Obijcit in contrarium. Et circa hoc quatuor facit. Primo ponit obiectionem talem. Impoſsibile eſt idem & indiuiſibile, ſimul moueri ſecundum contrarios motus, ſimul & in indiuiſibili tempore: ſed intellectus & ſenſus mouentur à ſenſibili, inquantum ſentit, & intelligili, inquantum intelligit. Diuerſa autem ſenſibilia & contraria, diuerſis & contrarijs motibus mouent, ergo impoſsibile eſt, ꝙ eadem vis ſenſitiua, aut intellectiua, ſimul cognoſcat contraria diuerſa. Secundo ibi.

Eſt ne igitur quod diſcernit, indiuiſibile quidem numero, ſeparatum autem ratione. Partim igitur vt diuiſibile, res ſentit diuiſas, partim vt indiuiſibile. Nã ratione quidem diuiſibile, loco autem atque numero indiuiſibile eſt.

Tex. commen. 148.

Ergo ſimul quidem & numero indiuiſibile, & inſeparabile, quod indicat ſecundum eſſe autem ſeparatum, igitur quodãmodo indiuiſibile, diuiſa ſentit, eſt autem quodammodo vt indiuiſibile. Secundum eſſe quidem enim diuiſibile, loco autem & numero, indiuiſibile.

Ponit vnam ſolutionem, & dicit, ꝙ illud, quod iudicat differentiam inter contraria, eſt ſimul & numero indiuiſibile, & inſeparabile, id eſt vnum ſubiecto, ſed ſecundũ ſeparatum, id eſt ratione eſt diuerſum. Sic igitur quodámodo indiuiſibile ſentit diuiſa, id eſt diuerſa. Alio autẽ modo diuiſibile ſentit diuerſa, quia ſecundum eſſe eſt diuiſibile, id eſt ratione eſt diuerſum, ſed loco, & numero eſt {indiuiſibile,} id eſt ſubiecto eſt vnum. Et dicit loco, quia diuerſæ potentiæ inueniuntur in diuerſis partibus corporis organa habere. Tertio ibi.

An id minime fieri poteſt. Idem enim potentia quidem eſt ipſa contraria, & diuiſibile & indiuiſibile, actu autem eſſe non poteſt. Sed patiendo diuiſibile eſt. At fieri nequit, vt ſimul ſit album & nigrum. Quare neque formas ipſorum ſimul ſenſus ac intellectus, ſi talia ſint, vt patiantur, ſuſcipient.

Aut non poſſibile. Potentia enim idem & indiuiſibile eſt contraria, ſecundum eſſe autem non, ſed in operari, diuiſibile eſt. Et impoſſibile eſt & album & nigrum eſſe ſimul. Quare neque ſpecies pati ipſorum, ſi huiuſmodi eſt ſenſus, & intelligentia.

Improbat hanc ſolutionem dicens, ꝙ non eſt {poſsibile} illam prædictam ſolutionem ſtare. Quod enim eſt idem, & indiuiſibile ſubiecto, ſed non ſecundum eſſe, id eſt ſecundum rationem, poteſt quidem habere contraria ſecundum potentiam, ſed quod habet contraria {in operari,} id eſt ſecundum actum oportet quod ſit diuiſibile. Et impoſsibile eſt idem & indiuiſibile, ſimul & ſemel eſſe album & nigrum. Quare neque poſsibile eſt aliquod vnum & idem indiuiſibile, ſimul pati ſpecies eorum, & ita neque intelligeret ſentire, ſi intelligere & ſentire eſt huiuſmodi, id eſt pati quodam. Quarto ibi.

At enim hoc perinde ſeſe habet, atque id quod quidam punctum appellant. Quod quidem tum vnum eſt, tum duo quo pacto & diuiſibile eſt. Quo igitur indiuiſibile eſt hoc vnum eſt, id quod diſcernit, ac ſimul. Quo vero eſt diuiſibile, hoc non vnum eſt, bis enim eiuſdem ſigni ſimul ſit vſus. Quo ergo finis vſus ſit vt duorum, hæc duo diſcernit, atque ſunt ſeparata: vt ſeparatorum. Quo vero eſt vnum, hic vnius ſit vſus & ſimul. Sed de principio quidem quo dicimus animal ſenſitiuum eſſe: ſit hoc modo determinatum.

Tex. commen. 149.

Sed ſicut, quod vocant quidam punctum, aut vnum, aut duo ſic & diuiſibile. Secundum quod quidem igitur indiuiſibile, vnum diſcernens eſt, & ſimul. Secundum vero quòd diuiſibile, non eſt vnum: Bis enim vtitur eodem ſigno ſimul. Inquantum igitur pro duobus vtitur termino, duo iudicat, & ſeparata ſunt, vt in ſeparato. Inquantum vero vnum, vno & ſimul. De principio igitur, ſecundum quòd dicimus poſſe ſentire animal: determinatum ſit hoc modo.

Tex. commenc. 149. Græci legũt, vt ſeparatorum.

Ponit veram ſolutionem, & ſolutio iſta ſumitur ex ſimilitudine puncti. Punctum enim quod eſt inter duas partes lineæ, poteſt accipi {vt vnum & vt duos}. Et vnum quidem, ſecundum quòd continuat partes lineæ, vt communis terminus. {Vt duo autem ſecundum ꝙ bis vtimur puncto,} id eſt vt principio vnius lineæ, & vt fine alterius. Sic etiam intelligendum eſt, quia vis ſentiendi diffunditur in organa quinque ſenſuum ab aliqua vna radice communi, à qua procedit vis ſentiendi in omnia organa, ad quam etiam terminantur omnes immutationes ſingulorum organorum, quæ poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo prout eſt principium vnũ, & terminus vnus omnium ſenſibilium immutationum. Alio modo, prout eſt principium, & terminus huius & illius ſenſus. Et hoc eſt quod dicit, quòd ſicut punctum eſt vnum aut duo, ſic diuiſibile eſt principium ſenſitiuum commune. Sic enim eſt diuiſibile eſt, inquantum {ſimul bis vtitur eodem ſigno} id eſt principio ſenſitiuo ſcilicet vt principio & termino viſus, & auditus. Inquantum igitur aliquis vtitur principio ſenſitiuo, quaſi vno termino, pro duobus, intantum duo iudicat, & ſeparata ſunt quæ accipiuntur, ſicut {in ſeparato} id eſt diuiſibili principio cognoſcuntur {Inquantum vero} eſt vnum in ſe, ſicut in vno principio cognoſcit differentiam vtriuſq;, & ſimul. Habet igitur hoc principium ſenſitiuum commune, ꝙ ſimul cognoſcat plura, inquantum accipitur bis, vt terminus duarum immutationum ſenſibilium, inquãtum vero eſt vnum, iudicare põt differentiã vnius ad alterum. Oportet aũt illud principium ſenſitiuum cõe habere aliud organum, quia pars ſenſitiua non habet aliquam operationem ſine organo. Cum.n. organum tactus diffundatur per totum corpus neceſſarium videtur, vt ibi ſit organum huius principij ſenſitiui cõis, vbi eſt prima radix organi tactus. Et propter hoc ſuperius dixit, ꝙ ſi caro eſſet vltimum organum tactus, ꝙ tangendo ſ'm carnem, diſcerneremus vnum ſenſibile ab alio. Conſiderandum eſt etiam, ꝙ licet hoc principium cõmune immutetur à ſenſu proprio, quia ad ſenſum communem perueniunt immutationes omnium ſenſuum propriorum, ſicut ad communem terminum, non tamẽ ſenſus proprius eſt nobilior, quàm ſenſus communis, licet mouens ſit nobilius moto & agens patiente, ſicut nec ſenſibile exterius eſt nobilius quàm ſenſus proprius, liceat moueat ipſum. Eſt enim ſecundum quid nobilius. ſ. inquantum eſt actu album vel dulce, ad quod eſt ſenſus proprius in potentia. Sed ſenſus proprius ſimpliciter eſt nobilior propter virtutem ſenſitiuam, vnde & nobiliori modo recipit ſcilicet ſine materia. omne enim recipiẽs aliquid, recipit illud ſecundum ſuum modum. Et ſic ſenſus communis nobiliori modo recipit quàm ſenſus proprius, propter hoc ꝙ virtus ſenſitiua conſideratur in ſenſu communi, vt in radice, & minus diuiſa. Neque oportet, ꝙ per aliquã actionem ſenſus communis, ſpecies recepta in organo fiat in ipſo: quia omnes potentiæ partis ſenſitiuæ, ſunt paſsiuæ, nec eſt poſsibile, ꝙ vna potentia ſit actiua & paſsiua.

Communis ſenſus, omnibus externis ſenſibus, longe nobilior eſt, atq; præſtancior.

Conſiderandum

Conſiderandum eſt etiam, ꝙ ſenſus proprius habet diſcernere inter contraria ſenſibilia, inquantum proprius participat aliquid de virtute ſenſus communis, quia ꝙ ipſe ſenſus proprius eſt vnus terminus diuerſarum immutationum, quæ fiunt per medium à cõtrarijs ſenſibilibus. Sed vltimum iudicium, & vltima diſcretio pertinet ad ſenſum communem. Vltimo autem epilogando concludit, quod dictum eſt de principio, ſecundum ꝙ dicitur animal eſſe ſenſitiuum vel potens ſentire.

LECTIO IIII.

Sapere & intelligere, & conſequenter ſenſum & intellectum, nullatenus eſſe idem probat quod item phantaſia, ſiue ſentire & opinari, vel opinio non ſit idem multipliciter probat.

CVm autem duabus priſci differentijs, maxime diffiniant animam. Motione, inquam, loco ac commodata, & intelligendo, & diſcernendo, an ſentiendo, conſiderandum eſt, ſi quid interſit inter intelligere, ac ſentire. Videtur nanque tam intelligere, quam etiam ſapere, veluti quoddam eſſe ſentire. Etenim his vtriſque rerum aliquas anima diſcernit, atque cognoſcit.

Tex. commen. 130. *Quoniam autem duabus differentijs diffiniunt maxime animam, motu, qui ſecundum locum: & in eo, quod eſt intelligere, & diſcernere & ſentire. Videtur autem & intelligere, & ſapere, tanquam quoddam ſentire eſſe. In vtriſque enim his, anima iudicat aliquid, & cognoſcit eorum, quæ ſunt.*

Poſtquam Philoſophus oſtendit, ꝙ duæ operationes, de quibus dubiũ videbatur, percipere ſcilicet actus ſenſuum propriorum, & diſcernere inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum, non excedunt facultatem principij ſenſitiui, nunc vult inquirere, vtrum ſapere & intelligere excedãt facultatem eiuſdem principij. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, ꝙ ſapere & intelligere, non pertinent ad ſenſum: quod eſt oſtendere, ſenſum & intellectum non eſſe idem ſubiecto. Secundo, ꝙ phantaſia, quæ pertinet ad ſenſum, non eſt idem cum opinione, quæ pertinet ad intellectum, ibi. {Phantaſia autem &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem ponẽtium ſenſum & intellectum eſſe idem. Secundo improbat eam, ibi. {Et tamen oportuit.} Circa primum duo facit. Primo ponit opinionẽ, Secundo aſsignat cauſam opinionis, ibi. {Omnes hi} Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem in communi. Secundo inducit quædam verba quorundam Philoſophorum, quæ ad illud pertinere videntur, ibi. {Et antiquis ſapere.} Dicit ergo primo, ꝙ quia antiqui Philoſophi diffiniebant animam ſecundum duo, ſcilicet ſecundum motum ſecundum locum: & cognitionem, quæ includit intellectiuam diſcretionẽ, & ſenſum, videtur ex hoc, ꝙ ſ'm eorũ opinionem intelligere & ſapere ſit quoddam ſentire: quia tam ſentiendo quàm intelligendo anima iudicat & cognoſcit. Deinde cum dicit.

Et veteres idem eſſe ſapere, ſentireq́; cenſent. Quemadmodum, & Empedocles dixit.

Ad præſens hominum creſcit ſapientia ſemper.
Et alio rurſus in loco.
Hic varia his ſe Aper prudentia ſomnia monſtrat.
Idem & Homerus his carminibus ſenſiſſe videtur.
Tales nanque inſunt mentes mortalibus ipſis.
Quales quotidie ſummi fert rector olympi.

Et antiqui ſapere, & ſentire, idẽ eſſe aiunt, ſicut Empedo. dixit. Ad præſens voluntas augetur, & in hominibus & in alijs, vnde eis ſemper ſapere altera præſtat. Idem autem his vult & id, quod eſt Homeri. Talis enim intellectus eſt in terrenis hominibus, qualem ducit in diẽ pater virorumq́ue deorumque.

Vires animæ quomodo corporibus cœleſtibus ſubiaceant.

Oſtẽdit, ꝙ non ſolum hoc ſequitur ex hoc, quod in cõi dicebãt, ſed expreſſe antiqui dixerũt, ꝙ idẽ ſit ſapere per intellectũ, & ſentire. Vt aũt intelligantur verba Philoſophorũ, quę inducuntur qũo ad propoſitũ faciũt, cõſierandum eſt, ꝙ nullũ corpus põt directe agere in id, qđ nullo mõ eſt corporeũ. quia igitur potẽtię ſenſitiuæ aliquo mõ ſunt corporeæ, quia ſunt virtutes in corporis organis, immutari pñt ex actione corporũ cæleſtium, per accidẽs tñ quia neq; aĩa, neq; aĩæ virtus mouetur, niſi per accidens, moto corpore. Et pp hoc contingit, ꝙ ex impreſsione corporis cœleſtis variatur, & phantaſia, & appetitus ſenſitiuus. Vnde & aĩalia irrõnalia, quę ſolo appetitu ſenſitiuo aguntur in ſuis motibus, vt plurimũ inſequunť impreſsiones corporũ cæleſtiũ. Ponere igiť, ꝙ corpora cęleſtia habeant impreſsionẽ directe in partẽ intellectiuã quantum ad intellm̃ & voluntatẽ, eſt ponere ꝙ voluntas & intells̃ ſunt virtutes corporeę. Et hoc ſonãt verba quorũdã Philoſophorũ antiquorũ. Dicit. n. Empe. ꝙ tã in hominibus, q̃ in alijs aĩalibus {voluntas augetur}. i. incitatur ad agendũ {ad pñs}. ſ. ſ'm pñtis horæ diſpõnẽ, quæ quidem diſpõ dependet ex diſpõne corporũ cœleſtiũ. Vnde pñs tẽpus, vel hora {eis}. i. hoĩbus, & alijs aĩalibus {præſtat ſemper ſapere altera.} Diuerſis. n. horis & tẽporibus, diuerſa diuerſimode hõ & alia aĩalia inueniunť iudicare de rebus. Et ad idẽ pertinet illud verbũ Homeri. {Talis aũt eſt intells̃ in terrenis hoĩbus, qualẽ pater virorũq́; deorũq́;}. i. ſol. {Ducit in diẽ.} Diciť aũt ſol pr̃ virorũ, quia eſt aliqua cã humanæ gñationis, Hõ. n. gñat hoĩem, & ſol. Diciť aũt pater deorũ, vel pp corpora cęleſtia, quę antiqui deos appelabant, quę ſ'm Aſtrologos quodãmodo à ſole regulãtur. vel pp hoĩes, quos deificari credebant, qui virtute ſolis generanť. Virtus aũt ſolis eſt in die, quia in die nobis apparet, dũ moueť in ſuperiori hemiſphęrio, vnde & ab Aſtrologis diciť planeta diurnus. Voluit ergo Homerus dicere, ꝙ homines terreni intellm̃ ſortiuntur ex actione ſolis, & ꝙ ſecundum diuerſitatem motus, & ſitus, & aſpectus ſolaris, diuerſimode ſe habent in intelligendo. Sciendum eſt autem, ꝙ hunc verſum Homeri Ariſtot. non totum poſuit, ſed ſolum principiũ. Vnde nec in Grę co, nec in Arabico plus habetur, quàm hic. Talis enim intellectus eſt, vt ſic intelligatur hoc dictum, ſicut cõſueuimus inducentes aliquem verſum alicuius auctoris, tãtum ponere principium, ſi verſus ſit notus. Sed quia hic verſus Homeri non erat notus apud latinos, Boetius totum poſuit. Patet ergo ex hoc, ꝙ hic dicitur, ꝙ ſi corpora cæleſtia habent directe impreſsionem in intellectum & voluntatem idem eſt ac ſi ponatur, ꝙ intellectus eſt idem cum ſenſu. Indirecte vero impreſsio corporũ cœleſtium poteſt pertingere ad intellectum vel volũtatem, prout intellectus & voluntas coniunguntur, in ſua operatione virtutibus ſenſitiuis. Læſo enim organo phantaſiæ, impeditur intellectus in ſua operatione, & ex appetitu ſenſitiuo inclinatur voluntas ad volendum, vel nolendum aliquid. Quia tamen voluntas non ex neceſsitate trahitur ab appetitu ſenſitiuo, ſed ſemper ei liberum manet, ſequi inclinationem appetitus ſenſitiui, vel non ſequi, ideo corpora cœleſtia nullam neceſsitatem humanis actibus inducunt. Deinde cum dicit.

Sol hominũ deorumque pater.

Cœlum ex obliquo ĩ humana mentem agit.

Etenim omnes hi putant, ipſum intelligere corporis eſſe, perinde atque ipſum ſentire, & ſentire ſimili ſimile arbitrantur, & ſapere, vt in ſuperioribus diximus locis.

Omnes enim hi intelligere corporeum, ſicut ſentire opinantur. Et ſentire & ſapere ſimile ſimili, ſicut ſecundum principium in rationibus determinauimus.

excludendum, ꝙ tale ſentire {ineſt omnibus animalibus} intelligere autem non, ſed ſolis illis, quibus ineſt ratio, ſcilicet hominibus, qui per inquiſitionem rationis, apprehenſionem veritatis intelligibilis conſequuntur, quamuis ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ ſunt altioris intellectus, ſtatim abſq; inquiſitione veritatē intelligāt: ergo & recte intelligere nō idē eſt, quod ſentire. Deinde cū dicit.

Imaginatio nanque diuerſa eſt à ſenſu, menteque. Atque neque hæc fit ſine ſenſu, neque exiſtimatio ſine hæc eſſe poteſt.

Text. comment. 153. *Phantaſia enim alterum eſt & à ſenſu & ab intellectu. Et hæc non fit ſine ſenſu, & ſine hac non eſt opinio.*

Oſtendit ꝙ opinio, quæ ſequitur intellectum, ſit aliud à phantaſia, quę ſequitur ſenſum. Et circa hoc duo facit. Primo oſteodit, ꝙ phantaſia non eſt opinio. Secuodo inquirit quid ſit phantaſia, ibi. {De eo autem quod eſt intelligere.} Circa primū tria facit. Primo proponit quod
Text. comment. 62. intendit, & dicit, ꝙ ex hoc etiam apparet, ꝙ ſenſus & intellectus differunt, quia phantaſia aliud eſt à ſeoſu, & ab intellectu, & tamen phantaſia non fit ſine ſenſu, quia conſequitur ſenſum, vt poſtea dicetur, & ſine phantaſia non fit opinio. Ita enim videtur ſe habere phantaſia ad ſenſum, ſicut opinio ad intellectum. In rebus autem ſenſibilibus, cum aliquid ſentimus, aſſerimus ſic eſſe. Cum aūt ſ͠m phantaſiam aliquid videtur, non aſſerimus ſic eſſe, ſed ſic videri vel apparere nobis. A viſione. o. vel appari
Lectio 6. tione ſumitur nomen phantaſiæ, vt infra dicetur. Et ſimiliter circa intelligibilia, cū aliquid intelligimus aſſerimus ſic eſſe. Cum autem opinamur, dicimus ſic videri, vel apparere nobis. Sicut enim intelligere requirit ſenſum, ita & opinari requirit phantaſiam. Secundo ibi.

Phantaſia & exiſtimatio differunt. *Non idem autem eſſe imaginationem exiſtimationemhe patet. Hic enim affectus in poteſtate ſine controuerſia collocatur. Licet nanque, cum libet, fingere quicquid volumus, atque ante oculos ponere, perinde atque ij faciunt, qui in artificioſe memoria comparatis, atque diſpoſitis locis imagines fingentes, atque ſimulachra collocant. At opinari non in nobis eſt ſitum. Neceſſe eſt enim opinantem, aut veram, aut falſam exiſtimationem habere.*

Quod autem non eſt eadem phantaſia, & opinio, manifeſtum eſt. Hæc enim paſſio in nobis eſt cum volumus. Præ oculis enim eſt facere, ſicut in recordatiuis poſiti, & idolum ſunt facientes. Opinari autem non in nobis eſt. Neceſſe enim eſt falſum, aut verum dicere.

Probat ꝙ non ſit idem opinio, & phantaſia, duabus rationibus, quarum prima talis eſt. Paſsio phantaſiæ eſt in nobis cum volumus, quia in poteſtate noſtra eſt formare aliquid, quaſi apparens ante oculos noſtros, vt montes aureos, vel quicquid volumus, ſicut patet de illis qui recordantur, & formant ſibi idola eorum, quæ ſibi videntur ad votum. Sed opinari nō eſt in poteſtate noſtra, quia neceſſe eſt, ꝙ opinans habeat rationem, per quam opinetur, vel verum, vel ſalſum, ergo opinio nō eſt idem quod phantaſia. Secundam rationem ponit cum dicit.

Præterea cum opinamur aliquid malum eſſe, atque terribile, continuo perturbamur. Similiter & cum opinamur quippiam eſſe tale, vt in illo ſit confidendum. At cū imaginamur talia, perinde afficimur, atque ſi in pictura eadem ſpectaremus.

Tex. comment. 154. *Amplius autem cum opinamur difficile aliquid, aut terribile, ſtatim compatimur, Similiter autem eſt & ſi ſit confidendum. Secundum aūt ſimiliter nos habemus, ſicut ſi eſſemus conſiderātes in pictura, difficilia & cōfidenda.*

Quę talis eſt. Opinionem ſtatim ſequitur paſsio in appetitu, quia cum opinamur aliquid eſſe graue vel terribile ſtatim compatimur triſtando vel timendo. Et ſimiliter ſi ſit aliquid confidendum, id eſt de quo aliquis debeat confidere & ſperare, ſtatim ſequitur ſpes vel gaudium. Sed ad phantaſiam non ſequitur paſsio in appetitu, quia dum aliquid apparet nobis ſecundum phantaſiam, ſimiliter nos habemus, ac ſi conſideremus in picto ra aliqua terribilia, vel ſeparabilia, ergo opinio non eſt idem ꝙ phantaſia. Huius autem differētiæ ratio eſt, quia appetitus non patitur, neque mouetur ad ſimplicem apprehenſionem rei, qualem proponit phantaſia. Sed oportet ꝙ apprehendatur ſub ratione boni, vel mali, conuenientis vel nociui. Et hoc facit opinio in hominibus, cōponendo vel diuidendo, dum opinatur hoc eſſe terribile vel malum, illud autem eſſe ſeparabile vel bonum. Phantaſia autem non componit neque diuidit, patitur tamen appetitus animalium ab eſtimatione naturali, quæ hoc operatur in eis, quod opinio in hominibus. Tertio ibi.

Sunt autem & exiſtimationis ipſius hæ differentiæ, ſcientia & opinio, & prudentia, & ea quæ ſunt hiſce contraria. De differentia quorum, alius ſit ſermo, magis ad idipſum accommodatus.

Sunt autem & ipſius exiſtimationis differentiæ, ſcientia, & opinio, & prudentia, & contraria, horum. De quorum differentiis, altera ſit ratio.

Dicit ꝙ ad intellectualem exiſtimationem multa pertineant ſcilicet ſcientia, prudentia, opinio, & contraria horum, de horum differentia, non eſt hic agendum, ſed alibi ſcilicet in ſexto Ethicorum.

LECTIO V.

Phantaſiam diſtingui ab intellectu habitibus, & ab ipſo ſenſu multipliciter oſtendit.

AT vero, cum diuerſum ſit ſentire ac intelligere, & huius aliud imaginatio, aliud exiſtimatio eſſe videtur: de imaginatione primo, deinde de altero dicamus oportet. Cap. 4.

De eo autem quod eſt intelligere, quoniam alterum eſt ab eo quod ſentire. huius autem. aliud phantaſia eſſe videtur, aliud opinio: De phantaſia determinantes ſic & de altero dicendum eſt. Text. comment. 155.

Poſtquam Philoſophus oſtendit ꝙ phantaſia nō eſt opinio, incipit inquirere quid ſit. Et primo dicit de quo eſt intentio. Secundo proſequitur, ibi {Si igitur phantaſia.} Dicit ergo primo, ꝙ cum oſtenſum ſit ꝙ intelligere eſt aliud quàm ſentire, & ad vnum horum pertineat opinio ſcilicet ad intellectum, ad aliud autem phantaſia ſcilicet ad ſenſum. Poſtquam determinatum eſt de ſenſu, dicendum eſt de phantaſia, vt ſic poſtmodum determinetur de altero. ſ. de intellectu & opinione. Deinde cum dicit.

Si igitur imaginatio, id eſt phantaſia, ſit in quo viſum, phantaſmaque aliquod in nobis dicimus fieri, & nō aliud quicquam, quod per tranſlationem hoc eodē nomine nuncupatur, ipſa profecto vna quædam eſt potentiarum earū, aut habituum, quibus diſcernimus, & aut vere percipimus, aut falſo. Tales aūt ſenſus, opinio, ſcīa, intellectus.

Si igitur phantaſia eſt, ſecundum quam phantaſma aliquod nobis fieri dicimus, & ſi non aliquid ſecundum metaphoram dicimus, vna quædam potentia eſt harum, aut habitus, ſecundum quem diſcernimus, aut verum, aut falſum dicimus. Huiuſmodi autem ſunt ſenſus, opinio ſcientia, & intellectus.

Proſequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit, ꝙ phantaſia nō eſt aliqua potētiarū, vel habituum manifeſtorū, qui diſcernunt vel iudicant verū & falſum.

Secundo oſtendit quid ſit. ibi. {Sed quoniam accidit motus.} Circa primum tria facit. Primo diſtinguit potentias & habitus, quibus aliquid diſcernitur. Secundo oſtendit, quod phantaſia non eſt aliquid eorum. ibi. {Quod quidem igitur non ſit ſenſus.} Tertio oſtendit ꝙ non eſt aliquid compoſitum ex eis. ibi. {Manifeſtum igitur quoniam}. Dicit ergo primo, ꝙ cum phantaſia ſit, ſm quam dicitur nobis fieri aliquod phantaſma. i. aliquid apparibile, niſi forte accipiamus phantaſmata metaphorice, neceſſe videtur ꝙ ſit aliquid de numero habituũ vel potentiarum cognoſcitiuarũ, quibus diſcernitur vnum ab alio, aut quibus circa aliquid dicimus verũ vel falſum, hoc eſt erramus, vel non erramus. Nam apparere eſt aliquid diſcernere & dicere verum vel falſum. Potentiæ autem vel habitus quibus diſcernimus, & dicimus verum & falſum, vidẽtur eſſe hi quatuor, ſenſus, intellectus, opinio, & ſcientia. Vnde videtur ꝙ phantaſia ſit aliquid horum quatuor. Ponit autem hæc quatuor, quaſi iam nota. Alia autem, quæ ad cognitionem videntur pertinere, nondum erant ſuo tempore per certitudinem ſcita. Ipſe autem iam ſuperius diſtinxit intellectum à ſenſu. Vnde præter ſenſum connumerat tria alia, ſ. intellectũ, opinionem, & ſcientiam. Et videtur ꝙ intellectus non accipiatur hic pro potentia. ſic. n. contra intellectum non diuiderentur ſcientia, & opinio, quæ ad potentiam intellectiuã pertinent, ſed intellectus accipitur pro certa apprehenſione eorum, quæ abſque inquiſitione nobis innoteſcunt,

Sciẽtia quid. ſicut ſunt prima principia. Scientia vero pro cognitione eorum, de quibus certificamur, per certitudinem vel in-

Opinio. ueſtigationem rationis. Opinio autẽ pro cognitione eorum, de quibus certum iudicium non habemus. Vnde ẽt dicit, quod phantaſia eſt habitus vel potentia de numero eorum, ad oſtendendum ꝙ inter hæc, aliquid eſt vt potẽtia, & aliquid vt habitus. Cognoſcere autem poſſumus quòd hæc tantum apprehenſionis principia apud anti-

Lectio. quos nota erant, expoſitione Plat. ſuperius in 1. lib. poſita, qui ſolum hæc quatuor ad numeros reduxit attribuẽs intellectum vni, ſcientiam dualitati, opinionem trinario, ſenſum quaternario. Deinde cum dicit.

Phãtaſia nõ eſt ſenſus. *At ipſam non eſſe ſenſum, ex hiſce patere poteſt. Senſus enim vel eſt potentia, vel operatio, vt viſus, vel viſio. At quòd nonnunquam neutrum eſt iſtorum, & tamen apparent aliqua, videmurq́; videre, vt ea quæ in ſomnis apparent.*

Text. comment. 156. *Quod igitur non ſit ſenſus, manifeſtum eſt ex his. Senſus enim aut potentia, aut actus eſt, vt viſus, & viſio. Apparet autem aliquid, & neutro horum exiſtente, vt ea, quæ in ſomnis.*

Oſtendit ꝙ phantaſia non eſt aliquid dictorum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit ꝙ non ſit ſenſus. Secũdo ꝙ non ſit intellectus, ſiue ſcientia. ibi. {At vero neque ſemper.} Tertio ꝙ non ſit opinio. ibi. {Relinquitur igitur.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit ꝙ phantaſia nõ ſit ſenſus, neque ſm potentiam, neque ſm actum, & ratio eſt talis. Dormiens, aliquid phantaſiatur: hoc aũt nõ fit ſm ſenſum in potentia, quia ſenſui in potentia exiſtenti, nihil apparet: nec ſm ſenſum in actu, quia in ſomno non eſt ſenſus in actu, ergo phantaſia non eſt ſenſus in potentia, neque ſenſus in actu. Secundo ibi.

Deinde ſenſus quidem ſemper adeſt, imaginatio autem non ſemper.

Poſtea ſecundum potentiam ſenſus quidem ſemper adeſt viuentibus & non orbatis, phantaſia autem non.

Oſtendit quod phantaſia non ſit ſenſus in potentia, & eſt ratio talis. Senſus in potentia ſemper adeſt animali, phantaſia aũt non ſemper, cũ non animali aliquid appareat, ergo phantaſia non eſt ſenſus in potentia. Tertio ibi.

Quod ſi idẽ eſſet imaginatio ac odoratio, beſtijs imaginatio profecto cunctis ineſſet. At non eſſe videtur, vt api, aut formicæ, aut vermi.

Si vero ei quod actu idem, omnibus vtique cõtingeret beſtijs phantaſiam ineſſe. Videtur autem non, vt formicę, aut api, aut vermi.

Oſtendit ꝙ phantaſia non ſit ſenſus ſm actum quatuor rationibus. Quarum prima talis. Senſus ſm actum conuenit omnibus beſtijs. i. animalibus irrationalibus. Si igitur phantaſia eſſet idem quod ſenſus in actu, ſequeretur quod ineſſet omnibus aĩalibus irrationalibus. Hoc autem non eſt verum. Non. n. ineſt formicæ, aut api, aut vermi, ergo phantaſia non eſt ſenſus ſm actum. Conſiderandum eſt autem ꝙ omnia animalia habent quodãmodo phantaſiã, ſed animalia imperfecta habent phantaſiam indeterminatã, ſicut infra dicet Philoſophus. Sed hoc non videtur verum de formica & ape, in quarum operatione plurimum prudentiæ apparet. Sed ſciendum eſt ꝙ opera prudentiæ, formica & apis operantur naturali inclinatione, nõ ex hoc quod habeant phantaſiam determinatam, & diſtinctam à ſenſu. non. n. phantaſiantur aliquid, niſi dum mouentur à ſenſibili. Quod autem operantur propter finem, quaſi prouidentes in futurum, non contingit ex hoc ꝙ habeant aliquã imaginationẽ ipſius futuri, ſed imaginantur actus præſentes, qui ordinantur ad finem ex naturali inclinatione magis, quàm ex apprehenſione. Illa aũt animalia dicit Philoſophus phãtaſiam habere, quibus aliquid ſm phantaſiam apparet, etiam dum non actu ſentitur. Secundam rationem ponit ibi.

Dubium. Formicæ & apes non habeant phantaſiam à ſenſu diſtinctã. Quæ ſit perfecta phantaſia.

Præterea illa quidem vera ſunt ſemper, imaginationes vero plures ſunt, vt patet, falſæ.

Poſtea hi quidem veri ſemper, phantaſiæ autem plures falſæ.

Quæ talis eſt. Senſus ſm actum ſemper ſunt veri, nõ enim ſenſus decipitur circa proprium ſenſibile: ſed phantaſiæ vt plurimum ſunt falſæ. Non enim reſpondent imaginationi vt plurimum, ergo phantaſia non eſt ſenſus ſecundum actum. Tertiam rationem ponit ibi.

Præterea cum exacte circa ſenſibile operamur, non dicimus hoc nobis hominem videri, ac apparere. Sed potius cum non clare ſentimus, quando etiam fit, ſit vt verus ſenſus, & falſus.

Amplius autem non dicimus cum operemur certe circa ſenſibile, quoniam videtur hoc nobis homo, ſed magis cũ non manifeſte ſentimus, tunc & aut verus, aut falſus.

Quæ eſt talis. Cum operamur cum certitudine circa ſenſibile actu. ſ. ipſum ſentiendo, non dicimus ꝙ hoc videtur nobis homo, ſed magis hoc dicimus, cum non manifeſte ſentimus, ſicut cum à remotis aliquid videmus, vel cum videmus aliquid in tenebris. Et tunc ſenſus ſm actum, aut eſt verus, aut eſt falſus. Circa ſenſibile. n. per accidens, cuiuſmodi ſenſibile eſt homo, non ſemper ſenſus eſt verus, ſed quandoque decipitur. Addit autem hoc vt oſtendat conuenientiam inter ſenſum non manifeſtum, & phantaſiam, quæ etiam quandoque eſt vera, quandoque falſa eſt. Cum autem manifeſte aliquid phantaſiamur, dicimus quod hoc videtur nobis homo, & non qđ per certitudinem ſit homo, ergo phantaſia non eſt idem quod ſenſus in actu. Quartam rationem ponit ibi.

Atque nobis (quod quidem paulo antea dicebamus) clauſis etiam oculis viſa videntur, atque apparent.

Et (quod

Et (quod quidem & antea diximus) apparent & dormientibus viſiones.

Quæ talis eſt. Phantaſticæ viſiones apparet dormientibus. In eis autem non eſt ſenſus ſecundum actum. ergo phantaſtica viſio non eſt ſenſus ſecundum actum.

Deinde cum dicit.

Atque neq; vllus habituum eorum erit, qui veri ſunt ſemper, vt ſcientia vel intellectus. Eſt enim & falſa imaginatio, non ſolum vera.

Text. comment. 157. *Atque vero neque ſemper vera dicentium, habitus vllus erit, vt ſcientia, aut intellectus. Eſt enim phantaſia & vera, & falſa.*

Oſtendit ꝙ phantaſia non ſit intellectus, neque ſcientia. Intellectus enim eſt primorum principiorum, & ſciẽtia de concluſionibus per demonſtratione acquiſita, ſemper ſunt verorum. Phantaſia autem quandoque eſt falſa, ergo phantaſia non eſt intellectus, neque ſcientia.

Deinde cum dicit.

Reſtat igitur vt perſcrutemur ſi ſit opinio. Atque ſit opinio, & vera, & falſa. Verum opinionem quidem ſequitur fides. Quippe cum fieri nequeant, vt hiſce, quiſquam non credat, quorum habet opinionem, beſtiarum autem fides quidem nulli, imaginatio vero cõpluribus ineſt.

Relinquitur igitur videre ſi opinio ſit. Fit enim opinio & vera, & falſa. Sed opinioni quidem inhæret fides. Nõ enim contingit opinantem iis, quæ ſibi videntur, non credere. Beſtiarum aũt nulli ineſt fides, phantaſia aũt multis.

Oſtendit ꝙ phantaſia non ſit opinio, quod magis videbatur, quia opinio etiã quandoque eſt falſa, ſicut phãtaſia. Oſtendit autem hoc duabus rationibus. Prima quarum talis eſt. Opinionem ſequitur fides, non enim videtur eſſe conueniens, ꝙ aliquis non credat id quod opinatur, & ſic cum nulla beſtia habeat fidem, nulli beſtiarum inerit opinio. Sed phantaſia ineſt multis beſtiarum, vt dictum eſt, ergo phantaſia non eſt opinio. Secundam rationem ponit ibi.

Præterea fides omnem opinionem ſequitur, perſuaſio fidem ratio perſuaſionem. Vt imaginatio quidem quibuſdam belluis ineſt, ratio autem nullis.

Amplius omnem opinionem conſequitur fides, fidem autem ſuaſum eſſe, ſuaſionem autem ratio. Beſtiarum autem quibuſdam phantaſia ineſt, ratio vero non.

Quæ talis eſt. Ad omnem opinionem conſequitur fides, quia vnuſquiſque credit illud quod opinatur, vt dictum eſt. Sed ad fidem ſequitur ꝙ aliquis ſit perſuaſus, ea enim credimus, quæ nobis perſuaſa ſunt. Ad perſuaſionem autem ſequitur ratio ſm ordinem illationis, quia per aliquam rationem, aliquid alicui ſuadetur. ergo de primo ad vltimum quicunque habet opinionem, habet rationem. Nulla autem beſtia habet rationem, cum tamẽ aliqua habeat phantaſiam, ergo phantaſia nõ eſt opinio. Et manifeſtum eſt ꝙ hæc ſecunda ratio inducitur ad confirmandum primum quantum ad hoc quod prima ſupponebat ꝙ nulla beſtia habet fidem. Deinde cum dicit.

At vero patet, nec opinionem eſſe cum ſenſu, nec opinionem per ſenſum, nec opinionis, ſenſuſue coniunctionem, per ea, quæ dicta ſunt.

Text. comment. 158. *Manifeſtum igitur quod neque opinio cum ſenſu, neq; per ſenſum, neque complexio opinionis & ſenſus erit phantaſia, propter hæc.*

Oſtendit ꝙ phantaſia non eſt aliquid compoſitum ex præmiſſis, & pręcipue ex ſenſu & opinione, ex quibus magis poſſet videri eſſe cõpoſita. Et circa hoc tria facit. Primo ponit quod intendit, quaſi ex præmiſſis concludens, ꝙ quia phantaſia, neque eſt ſenſus, neque opinio, manifeſtũ propter hoc eſſe poteſt, ꝙ phantaſia, nec opinio eſt cum ſenſu, ita ꝙ eſſentialiter ſit opinio & habeat ſenſum concomitantem, neque opinio eſt per ſenſum, ita ꝙ eſſentialiter ſit opinio ſed & habeat ſenſum cauſantẽ, neque eſt complexio opinionis & ſenſus, ita ꝙ eſſentialiter componatur ex vtroque. Non autem addit ꝙ non ſit phantaſia ſenſus cum opinione, quia phantaſia magis videtur communicare cum opinione, quæ poteſt eſſe falſa, quàm cum ſenſu, qui eſt ſemper verus. Secundo ibi.

Patet enim ſi imaginatio ſit opinionis, ſenſuſq; cõiunctio, opinionem non cuiuſuis rei, ſed eius eſſe, cuius eſt etiã ſenſus. Dico autem imaginationem, ſi ſit coniunctio ſenſus opinioniſue coniunctionem eſſe opinionis albi & ſenſus eiuſdem albi, non enim erit ex opinione quidem boni, ſenſu autem albi. Apparere igitur eſt opinari rem eam, quæ ſentit, & non per accidens.

Et manifeſtum quod non alia quædam eſt opinio ſed eius eſt, cuius eſt & ſenſus. Dico autem ex albi opinione & ſenſu complexio phantaſia eſt. Non enim ex opinione quidem eſt albi, ex ſenſu autem boni. Apparere igitur eſt opinari, quod quidem ſentitur non ſecundum accidens.

Oſtendit qualiter oporteat accipi opinionem, ſi phantaſia complectitur opinionem & ſenſum. quia.n.phantaſia eſt vnius & eiuſdem, manifeſtum eſt ꝙ opinio adiuncta ſenſui, quæ eſt phantaſia, non eſt alia quędam opinio, ſed illa, quæ eſt de eodem, de quo eſt ſenſus. ſicut ſi dicamus ꝙ phantaſia eſt quędam complexio ex opinione albi, & ſenſu eiuſdem. Non.n.põt eſſe compoſita ex opinione albi & ſenſu boni, quia ſic phantaſia non eſſet de vno & eodem. Oportet igitur, ſi phantaſia eſt ex complexione opinionis & ſenſus, ꝙ apparere aliquid ſm phantaſiam, nihil aliud ſit quàm opinari aliquid idem, quod ſentitur per ſe, & non ſecundum accidens. Tertio ibi.

Apparent nonnunquam etiam falſa, de quibus ſimul veram opinionem habet. Sol enim pedalis quidem apparet, ac perſuaſum eſt terra ipſum eſſe longe maiorem. Fit igitur, vt aut ſuam is opinionem, quam habet, verã abiiciat, re modo eodem ſeſe habente non oblitus, nec diſſuaſus, aut ſi adhuc illam habeat, eadem ſit ſimul neceſſario falſa, et vera. At conſtat opinionem tum euadere falſam, cum res mutata latet. Neque igitur vnum eſt iſtorum imaginatio, neque ex his eſt coniunctum.

Apparent autem, & falſa, de quibus ſimul opinionẽ veram habent, & videtur Sol vnus pedis, ſed creditur etiã maior eſſe tota habitatione. Accidit igitur aut abiicere ſuiipſius veram opinionem, quam habebat ſaluare, non oblitum, neque decredentem, aut ſi adhuc habet, eandem neceſſe eſt veram & falſam eſſe. Sed falſa facta eſt, cum lateat res. Non ergo vnum aliquod horum eſt, neque ex his phantaſia. Text. comment. 159.

Deſtruit prædictam poſitionem tali ratione. Contingit aliquando quod aliqua falſa apparẽt ſm phantaſiam, quæ eſt à ſenſu, & de illis & de eiſdẽ rebus, homo habet veram opinionẽ. Sicut ſm ſenſum apparet quod ſol non excedit quantitatem vnius pedis, quod falſum eſt. Sed ſecundum veram opinionem creditur eſſe maior {habitatione} id eſt tota terra, in qua habitamus. Si enim apparitio ipſa falſa, ſit idem ꝙ opinio cum ſenſu, oportet alterum duorum dicere, quorum vnum eſt, ꝙ in iſta cõpoſitione opinionis ad ſenſum, aliquis abiiciat veram opinionem quam prius habebat, re opinata {ſaluata,} id eſt eodem modo manente, & ille qui abiicit opinionem, non ſit oblitus neque quòd credat. Quod eſt impoſſibile.

Iſtis.n.tribus modis aliquis abijcit verā opinionē. Primo qn̄ res mutaē, ſicut cū aliquis vere opinaē quod Socrates ſedet, eo ſedente, ſed poſtquā Socratus ſedere deſtiterit, ſi retineat opinionē eandē, vera opinio mutatur in falſam. Secundo, quando deſinit opinari quod prius opinabatur, propter hoc quod eſt priſtinæ opinionis oblitus. Tertio, quando deſinit opinari quod prius opinabatur, quia decredit quod prius credebat, immutatus propter aliam rationē. Quod autem aliquis amittat opinionem, nullo iſtorum contingente, eſt impoſsibile. Quod tamē contingeret in propoſito. Aliud autem, quod oportet dicere, ſi primum non dicatur, eſt ꝙ aliquis retineat cum falſa opinione, veram opinionem. Et ſic ſi ipſa apparitio eſt ipſa opinio (quod neceſſe eſt ponere, ſi phantaſia eſt opinio) ſequitur ꝙ eadem apparitio ſit vera & falſa. Sed oportet ſi vera falſa facta eſt, & non ſit vera, ꝙ res {tranſcendens}.i.tranſmutata ab eo quod prius erat, lateat opinantem, quia ſi non lateret eum, ſimul cū mutatione rei, mutaretur opinio, & non eſſet eius opinio falſa. Hoc aūt adiunxit ad exponendum quod prius dixerat de ſaluatione rei. Concludit ergo ꝙ phantaſia neque eſt quid prædictorum quatuor, neque eſt compoſitum ex his.

LECTIO VI.

Phantaſiam eſſe motum factum à ſenſu ſecundum actum oſtē ditur item phantaſia nonnunquam vera, nonnunquam falſa, & cur phantaſia dicatur, & quamobrem animalia ſecundum ipſam agere dicantur exponit.

VErum quoniam fieri poteſt, vt aliud moueatur ab eo ipſo quod motum eſt. Imaginatio vero motio quædam eſſe videtur, & non fieri ſine ſenſu, ſed ſentientibus, & eorum etiam eſſe, quorum eſt ſenſus, fit autem vt motus oriatur à ſenſu iam actu, quem quidem neceſſe eſt ipſi ſenſui ſimilem eſſe, imaginatio motio hæc eſt profecto, quæ neque ſine ſenſu nimirum eſſe, neque cōpetere non ſentientibus poteſt, atque multa per ipſam id agere, patiue poteſt, quod ipſam habet, & inſuper & veram, & falſam eſſe.

Text. commen. 160. *Sed quoniam accidit moto hoc, moueri alterum ab hoc phantaſia autem motus quidam videtur eſſe, & non ſine ſenſu fieri, ſed in his quæ ſentiunt & eorum quorum ſenſus eſt. Eſt autem motum fieri ab actu ſenſus.* Text. comment. 161. *Et hunc ſimilem neceſſe eſt eſſe ſenſui, erit vtique phantaſia ipſa motus, qui non ſine ſenſu contingens eſſe, neque non ſentientibus ineſſe poteſt, & multa eſt ſecundum ipſam facere & pati habens, & eſſe veram & falſam.*

Poſtquam Philoſophus oſtendit ꝙ phantaſia non eſt aliquid illorum quatuor, quæ ab antiquis ad cognitionē pertinere ponebantur, hic inquirit quid ſit phantaſia. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quid ſit phantaſia. In ſecunda aſsignat rationem eorum, quę ad phantaſiam pertinent.ibi.{Hoc autem accidit.} Ad inueſtigandum quid ſit phantaſia hoc modo procedit. Primo enim proponit, ꝙ ſi aliquid eſt motum, contingit ꝙ ab eodem aliquid aliud moueatur. Oſtenſum eſt enim in 8.Phyſi.ꝙ eſt duplex mouens, ſcilicet mouens immobile, & mouens motum, quod ſcilicet mouet, eo quod mouetur. Deinde ponit, ꝙ phantaſia eſt quidam motus. Sicuti enim ſentiens mouetur à ſenſibilibus, ita in phantaſiando mouetur à quibuſdam apparentibus, quę dicuntur phantaſmata. Vlterius ponit affinitatem, quam habet phantaſia ad ſenſum, quia phantaſia non poteſt fieri ſine ſenſu, ſed eſt tantum in habentibus ſenſum, ſcilicet in animalibus, & eſt illorum tantum, quorum eſt ſenſus, ſcilicet illorum quæ ſentiuntur. Ea enim, quæ ſunt intelligibilia tantum, non cadunt in phantaſiam. Deinde proponit quod ab actu ſenſus contingit quendam motum fieri. Quod quidem fit manifeſtum ex eo, quod primo proponebatur, ſ. quod ab eo quod eſt motum, contingit moueri alterum. Senſus autem ſm actum fit, ex eo ꝙ mouetur à ſenſibilibus, vnde relinquitur, ꝙ à ſenſu ſm actū cauſetur aliquis motus. Ex quo ēt manifeſtum eſt, quia motus cauſatur ab actu ſenſus, neceſſe eſt ꝙ ſit ſimilis ſenſui, quia omne agens agit ſimile ſibi. Vnde & illud, qđ mouet inquantum mouetur, cauſat motum ſimilem motui quo ipſum mouet. Ex omnibus autem his concludit, quod phantaſia ſit quidā motus cauſatus à ſenſu ſm actū qui quidem motus non eſt ſine ſenſu, neq; pōt ineſſe his quę nō ſentiūt. Quia ſi aliquis motus fit à ſenſu ſm actū, ſimilis eſt motui ſenſus, & nihil aliud niſi phantaſia inuenitur eſſe, tale. Relinquitur ergo ꝙ phantaſia erit huiuſmodi motus. Et ex hoc ꝙ eſt motus cauſatur à ſenſu ſimilis ei, ſequitur ꝙ continget habentem phantaſiam, multa agere & pati ſm eam. Et contingit eſſe veram & falſam, vt ſtatim oſtenditur. Deinde cum dicit.

Atque id propterea fit, quòd ſenſus quidem propriorum, eſt verus, aut raro admodum ſuſcipit falſitatem. Circa quæ ſenſus ſit verus aut falſus. *At eſt ſenſus eius etiam rei, cui propria ſenſibilia accidunt, vbi iam fit vt ipſe ſit falſus, Nam non eſt falſus. ſi album dixerit eſſe. Sed ſi albū, hoc aut illud eſſe. Eſt præterea communium ſenſus, quæ quidem, perinde atque propria, ijs accidunt, quæ ſunt per accidens ſenſibilia. Dico autem motum, & magnitudinem, quæ vt patet, accidunt ſenſibilibus, circa quæ maxime error, deceptioque fieri ſenſu poteſt. Motus igitur iſce qui fit à triplici tali ſenſu, differentiam ob idipſum nimirum habebit, atque primus quidem, cum operatio ſenſus adeſt, eſt verus. Cæteri vero falſi etiam eſſe poſſunt, & præſente atque abſente, præſertim cum à ſenſu longe ſenſibile diſtat. Si igitur nihil aliud pręter imaginationem, habeat ea quæ dicta ſunt. Sitq; idipſum quod diximus, ipſa imaginatio motus is eſt profecto, qui fit à ſenſu iam operante.* Phantaſia diffinitio.

Hoc autem accidit propter hoc, quòd ſenſus quidem propriorum eſt verus, aut quam pauciſſimum habens falſum. Secundo autem eſt eius, cui & hæc accidunt & hic iam contingit mentiri. Quod enim album, non mentitur. Si autem hoc, aliud & aliud mentitur. Tertio autem communium, & conſequentium accidentia, quibus inſunt propria. Dico autem vt motus, & magnitudo, accidunt ſenſibilibus, circa quæ eſt maxime iam decipi ſecundum ſenſum. Motus autem ab actu factus, differt à ſenſu ab his tribus ſenſibus. Et primus quidem præſente ſenſu verus, alij autem & præſente & abſente, erunt vtique falſi, & maxime cum procul ſit ſenſibile. Si igitur nihil aliud habet ea quæ dicta ſunt, niſi phantaſia, hoc autem eſt quod dictum eſt, phantaſia vtique erit motus à ſenſu ſecundum actum factus.

Aſsignat rationem eorum, quæ conueniunt phantaſiæ, per ea quæ dicta ſunt. Et circa hoc tria facit. Primo aſsignat cauſam eius ꝙ dixerat, ꝙ phantaſia quandoque ſit vera & quandoque falſa. Secūdo aſsignat cauſam huius nominis.ibi.{Quoniam aūt viſus.} Tertio aſsignat cām eius, quod dixerat, ꝙ aīalia multa agunt ſm phantaſiam.ibi.{Et quoniam immanent.} Dicit ergo primo ꝙ hoc.ſ.phantaſiam eſſe quandoque veram, & quandoque falſam, accidit propter hoc quod dicetur, quia ſcilicet ſenſus à cuius actu cauſatur phantaſia, diuerſimode ſe habet ad veritatem & falſitatem, ſecundum quòd comparatur ad diuerſa. Nam primo quidem circa propria ſenſibilia ſemper verus eſt, aut modicum habet de falſitate.

Sicut

Sicut enim potẽtię naturales nõ deficiũt in proprijs operationibus, niſi in minori parte, propter aliquam curruptionẽ, ſic etiam ſenſus non deficiunt à vero iudicio propriorum ſenſibilium, niſi in minori parte, propter aliquã corruptionem organi, vt apparet in febricitantibus quibus propter indiſpoſitionem linguæ dulcia amara eſſe videntur. Sacundo autem ſenſus eſt circa ſenſibilia per accidens, & hic iam decipitur ſenſus. Quod enim album ſit quod videtur, non mentitur ſenſus, ſed ſi album ſit hoc, aut illud, puta vel nix, vel ſarina vel aliquid huiuſmodi, hic iam contingit mentiri ſenſum, & maxime à remotis. Tertio ſenſus eſt ſenſibilium communium, quæ conſequuntur ſubiecta in quibus ſunt accidentia, quæ ſunt ſenſibilia propria, ſicut magnitudo & motus, quæ ſunt ſenſibilia communia accidunt ſenſibilibus corporibus. Et circa huiuſmodi maxime eſt deceptio, quia iudicium de his variatur ſecundum diuerſitatem diſtantiæ. Nam quod à remotiori videtur, minus videtur. Motus autem phantaſiæ qui eſt factus ab ea actu ſenſus, differt ab iſtis tribus ſenſibus id eſt actibus ſenſus, ſicut effectus differt à cauſa. Et propter hoc etiam, quia effectus eſt debilior cauſa, & quanto magis aliquid elongantur à primo agente, tanto minus recipit de virtute & ſimilitudine eius, ideo in phantaſia facilius adhuc, quàm in ſenſu poteſt incidere falſitas, quæ conſiſtit in diſsimilitudine ſenſus ad ſenſibile. Tunc enim eſt ſalſus ſenſus quãdo aliter recipitur forma ſenſibilis in ſenſu, quàm ſit in ſenſibili. Et dico aliter ſecundum ſpeciem, non ſecundum materiam, puta ſi ſapor dulcis recipiatur in lingua ſecũdum amaritudinem, ſecundum vero materiam ſemper aliter recipit ſenſus, quàm habeat ſenſibile. Omnis igitur motus phantaſiæ qui ſit à motu proprium ſenſibilium, eſt verus, vt in pluribus. Et hoc dico quantum ad præſentiã ſenſibilis, quando motus phantaſiæ eſt ſimul cum motu ſenſus. Sed quando motus phantaſiæ eſt in abſentia ſenſus, tunc etiam circa propria ſenſibilia contingit decipi. Imaginatur enim quandoque abſentia vt alba, licet ſint nigra. Sed alij motus phantaſiæ, qui cauſantur à ſenſu ſenſibilium per accidẽs, & à ſenſu ſenſibilium communiũ, poſſunt eſſe falſi, ſiue ſit præſens ſenſibile, ſiue non. Sed maxime ſunt falſi in abſentia ſenſibilis, quando eſt procul. Tamen magis ſunt falſi in abſentia ſenſibilis, quando eſt procul. Ex hac autem ratione aſsignata, concludit vlterius principale propoſitum dicens, ꝙ ſi ea quæ dicta ſunt, non conueniunt niſi phantaſiæ, & phantaſia habet quod dictum eſt, relinquitur ꝙ phantaſia ſit motus à ſenſu factus in actu. Vlterius autem ꝙ iſte motus aliam potentiam requirat, quàm ſenſitiuam. Ariſt. hoc non determinat. Sed videtur quod cum ſm diuerſitatẽ actuum diſtinguantur potentię & diuerſitas motus requirat diuerſa mobilia, quia quod mouetur, non mouet ſeipſum, ſed alterum, neceſſarium videtur quod ſit alia potentia phantaſtica, ſiue imaginatiua à ſenſu. Deinde cum dicit.

Phãtaſia etymologia.

Cum autem viſus maxime ſit ſenſus, hinc eſt quod nomen imaginatio ab lumine ſumpſit, phantaſiaque dicitur quia ſine lumine viſio fieri nequit.

Quoniam autem viſus maxime ſenſus eſt, & nomen à lumine accepit, quoniam ſine lumine non eſt videre.

Aſsignat cauſam huius nominis. Circa quod ſciendũ eſt, quod phos in græco, idem eſt quod lux, & inde venit phanos quod eſt apparitio, vel illuminatio, & phantaſia. Dicit ergo ꝙ viſus eſt præcipuus inter alios ſenſus, eo quod eſt ſpiritualior vt ſupra oſtenſum eſt, & plurium cognoſcitiuus ideo phantaſia quę cauſatur à ſenſu ſcundum actum, accepit nomen à lumine, ſine quo non eſt videre, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

Lectio. 6. Supra text. cõmẽ. 70. & tex. cõ. 73.

At quia imaginationes immanent, ſenſibusq; ſimiles ſunt ideo per ipſas animalia, beſtiæ inquam, atque homines, multa agunt. Illæ, quia mentis ſunt (vt patet) expertes. Homines, quia mens perturbatione nonnunquam, vel morbo, vel ſomno ſubmergitur. Sed de imaginatione quidem determinatum ſit hactenus. Satis enim quidnam ipſa ſit, & cur ſit, hiſce quæ iam dicta ſunt, explicauimus.

Et quoniam immanent, & ſimiles ſunt ſenſibus, multa ſecundum ipſas operantur animalia. Alia quidẽ, quia non habent intellectum, vt beſtiæ. Alia vero ex velamento intellectus, aliquando paſſione, aut ægritudine, aut ſomno vt homines. De phantaſia igitur quid eſt, & propter quid eſt, dictum ſit in tantum.

Oſtendit cauſam, quare animalia agunt, & patiuntur ſm phantaſiam. & dicit, quod phantaſię {immanent,}. i. perſeuerant, ẽt abeũtibus ſenſibilibus, & ſunt ſimiles ſenſibus ſm actum. Vnde ſicut ſenſus ſm actum mouet appetitum ad præſentiam ſenſibilis, ita & phantaſię in abſentia ſenſibilis. Et propter hoc dicit, ꝙ animalia multo operantur ſm phantaſias. Sed hoc contingit propter defectum intellectus, quia cum intellectus adeſt, quia eſt ſuperior, eius iudicium præualet ad agendũ. Vnde quando intellectus non dominatur, agunt animalia ſm phantaſiam. Alia quidem, quia omnino nõ habent intellectum, ſicut beſtiæ, alia vero, quia habent intellectum velatum, ſicut homines. Quod contingit tripliciter. Quandoque quidem ex aliqua paſsione iræ, aut concupiſcentię vel timoris, aut aliquid huiuſmodi. Quandoque autem accidit ex aliqua infirmitate, ſicut patet in phreneticis vel furioſis. Quandoque autem in ſomno, ſicut accidit in dormientibus. Ex iſtis enim cauſis contingit ꝙ intellectus non præualet phantaſiæ, vnde homo ſequitur apprehenſionem phantaſticam, quaſi veram. Vltimo concludit de phantaſia, ꝙ dictum eſt quid ſit, & quæ ſit eius cauſa.

LECTIO VII.

Quanquam intelligere ſit ſicut ſentire, intellectum tamẽ eſſe omnino diſtinctum à ſenſu probat, cumque, omnino incorporeũ & immixtum, & impaſſibilem, differenter tamen à ſenſu, declarat: ꝙ item non ſit ſubſtantia ſeparata demonſtrat.

DE animæ autem ea parte, qua cognoſcit atque ſapit ſiue ſit ſeparabilis, ſiue non ſeparabilis magnitudine, ſed ratione, conſiderandum deinceps eſt, quam differentiam habet, quoque pacto tandem ſit intelligere.

De parte autem animæ, qua cognoſcit anima & ſapit, ſiue ſeparabili exiſtente, ſiue non ſeparabili ſecundum magnitudinem, ſed ſecundum rationem, conſiderandum quam habet differentiam, & quomodo tandem ſit ipſum intelligere. Text. comment. 1.

Poſtquã Philoſophus determinauit de parte animæ ſenſitiua, & oſtendit etiam quod ſentire & intelligere nõ ſunt idem, hic incipit determinare de parte animę intellectiua. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de parte animæ intellectiua. In ſecunda, ex his quę determinata ſunt de ſenſu & intellectu, oſtẽdit quid ſit de anima ſentiendum ibi. {Nunc autem de anima.} Prima diuiditur in partes duas. In prima determinat de intellectu. In ſecunda comparat ipſum ad ſenſum. ibi. {Videtur aũt ſenſibile.} Prima diuiditur in duas. In prima determinat de intellectu. In ſecunda de operatione eius. ibi. {Indiuiſibilium. Prima diuiditur in tres. In prima determinat de intellectu poſsibili. In ſecunda de intellectu agente. ibi.

Tex. comment. 37. Lectio. 12.

{Quoniam autem ſicut in omni.} In tertia de intellectu in actu. ibi {Idem autem eſt ſecundum actum.} Circa primum tria facit. In prima determinat de intellectu poſsibili. In ſecunda de obiecto eius. ibi {Quoniam autem aliud.} In tertia mouet dubitationem circa prædeterminata. ibi {Dubitabit autem aliquis.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit naturam intellectus poſsibilis. Secundo oſtendit quomodo reducatur in actum. ibi. {Cum autem ſic fiat ſingula.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit de quo eſt intentio. Secundo oſtendit propoſitum. ibi. {Si igitur eſt intelligere.} Dicit ergo, ꝙ poſtquam determinatum eſt de parte animæ ſenſitiua, & oſtenſum eſt ꝙ ſapere & intelligere non eſt idem quod ſentire, conſiderandum eſt nunc de parte animæ {qua cognoſcit anima} id eſt intelligit, {& ſapit.} Supra autem dictum eſt, ꝙ differentia eſt inter ſapere & intelligere. Nã ſapere pertinet ad iudicium intellectus, intelligere autẽ ad eius apprehenſionem. Circa hanc autem partem aliquid eſt quod prętermittit, de quo erat apud antiquos dubium. Vtrũ ſcilicet hæc pars animæ ſit ſeparabilis ab alijs partibus animæ ſubiecto, ſiue nõ ſit ſeparabilis ſubiecto, ſed ratione tm̃. Intelligit autem eſſe ſeparabile ſubiecto, per hoc quod dicit eſſe ſeparabile ſm magnitudinẽ, propter Platonem, qui ponens partes animæ ſubiecto adinuicem ſeparatas, attribuit eis organa in diuerſis partibus corporis. Hoc eſt ergo quod prætermittit. Sed duo ſunt quæ inquirere intendit. Quorum primum eſt, Si ſit ſeparabilis ſm rõnem hæc pars animæ ab alijs, quam differẽtiam habet ad alias. Et quia proprietas potentiæ ex qualitate actus cognoſcitur. Secundum, quod inquirere intendit eſt {qũo ſit ipſum intelligere,}. i. quomodo operatio intellectualis compleatur. Deinde cum dicit.

Quomodo differat ſapere & intelligere ſupra tex. 112.

Si igitur ipſum intelligere ſit vt ſentire, aut pati quoddam erit ab ipſo intelligibili, aut aliquid aliud tale. Vacare igitur ipſa paſſione, ſed forme ſuſceptiuum eſſe oportet & potentia talem, ſed non illam eſſe, & ſimilitudinem ſubire eum ſenſu, vt quemadmodum ſeſe habet ad ſenſibilia, ſenſus, ſi ſeſe habet ad intelligibilia, intellectus.

Intellectus eſt quodammodo ſenſui ſimilis.

Si igitur eſt intelligere, ſicut ſentire, aut pati quoddam erit ab intelligibili, aut aliquid huiuſmodi alterum. Impaſſibilem ergo oportet eſſe, ſuſceptiuum autem ſpeciei, & potentia tale, ſed non hoc & ſimiliter ſe habet, ſicut ſenſitiuum ad ſenſibilia, ſic intellectiuum ad intelligibilia.

Text. comment. 2.
Text. comment. 3.

Oſtendit propoſitum. Et circa hoc tria facit. Primo proponit ſimilitudinem intellectus ad ſenſum. Secundo ex huiuſmodi ſimilitudine concludit naturam intellectus poſsibilis ibi {neceſſe eſt itaque} Tertio oſtendit, ex his quæ de intellectu probauerat, differentiam inter intellectum & ſenſum. ibi. {Quoniam autem non ſimilis.} Primo igitur ex huiuſmodi ſuppoſitiõe procedit ad propoſitum oſtendendum ꝙ intelligere eſt ſimile ei quod eſt ſentire. Quæ quidẽ ſimilitudo ex hoc manifeſta eſt, ꝙ ſicut ſentire eſt quoddã cognoſcere, & ſentimus quandoque quidem in potentia, quandoque autem in actu, ſic & intelligere cognoſcere quoddam eſt, & quandoue quidem intelligimus in potentia & quandoque in actu. Ex hoc autem ſequitur, quod cum ſentire ſit quoddam pati à ſenſibili, aut aliquid ſimile paſsioni, quod intelligere ſit vel pati aliquid ab intelligibili, vel aliquid alterum huiuſmodi, ſimile, ſcilicet paſsioni. Horum autem duorum ſecundum verius eſt. Nam ſentire, vt ſupra in ſecundo dictum eſt, non proprie pati eſt. Patitur enim proprie aliquid à contrario. Sed aliquid habet ſimile paſsioni, inquantum ſenſus eſt in potentia ad ſenſibile, & eſt ſuſceptiua ſenſibilium. ergo, ſi intelligere eſt ſimile ei, quod eſt ſentire, & partem intellectiuam oportet eſſe impaſsibilem, paſsione proprie accepta, ſed oportet ꝙ habeat aliquid ſimile paſsibilitati: quia oportet huiuſmodi partem eſſe ſuſceptiuam ſpeciei intelligibilis, & ꝙ ſit in potentia ad huiuſmodi ſpeciem, ſed non ſit hoc in actu. Et ſic oportet, ꝙ ſicut ſe habet ſenſitiuum ad ſenſibilia, ſimiliter ſe habeat intellectiuum ad intelligibilia, quia vtrunque eſt in potentia ad ſuum obiectum, & eſt ſuſceptiuum eius. Deinde cum dicit.

Lectio. 10.
Text. comment. 51.

Quare neceſſe eſt, ipſum cum vniuerſa intelligat, non mixtum eſſe: ſicut Anaxagoras dixit, vt ſuperet atque vincat id eſt vt cognoſcat, atque percipiat. Alienum namque cum apparet iuxta, prohibet atque ſeiungit. Quo fit, vt neque vlla ſit ipſius natura, niſi ea ſolum, qua poſſibilis eſt. Is igitur, qui intellectus animæ nuncupatur (dico autem nunc eum quo ratiocinatur anima & exiſtimat) nihil eſt actu prorſus eorum, quæ ſunt antea quam intelligat ipſe.

Natura Intellectus eſt, ꝙ nihil ſit actu eorum, quæ intelligit.

Neceſſe eſt itaque, quoniam omnia intelligit, immixtũ eſſe ſicut dicit Anaxagoras, vt imperet. Hoc autem eſt, vt cognoſcat. Intus apparens enim prohibebit extraneũ, & obſtruet. Quare neque ipſius eſſe naturam neq; vnã, niſi hanc quòd poſſibilis ſit. Vocatus itaque animæ intellectus, dico autem intellectum, quo opinatur & intelligit anima, nihil eſt actu eorum, quæ ſunt, ante intelligere.

Tex. comment 4.
Text. comment. 5.

Ex præmiſsis oſtendit naturam intellectus poſsibilis. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit, ꝙ intellectus poſſibilis non eſt aliquid corporeum, vel commixtum ex rebus corporalibus. Secundo oſtendit ꝙ non habet organum corporale. ibi. {Vnde neque miſceri.} Conſiderandum eſt ergo circa primum, ꝙ antiqui de intellectu dupliciter opinati ſunt. Quidam enim poſuerunt, ꝙ intellectus erat compoſitus ex principijs omnium ad hoc, ꝙ cognoſceret omnia, & hanc ſupra dixit eſſe opinionem Emped. Anaxagora vero dixit intellectum eſſe ſimplicem & immixtum, & nulli rerum corporalium habere aliquid commune. Ex eo ergo quod dictum eſt, ꝙ intellectus non eſt actu intelligens, ſed potentia tantum concludit ꝙ neceſſe eſt intellectum propter hoc ꝙ intelligit omnia in potentia, non eſſe mixtum ex rebus corporalibus, ſicut Empedo. poſuit, ſed eſſe immixtum ſicut dixit Anaxago. Et quidem Anaxago. hoc dixit hac ratione motus, quia poſuit intellectum eſſe principium totius motus, à quo omnia mouentur ſecundum eius imperium. Si autem eſſet mixtus ex naturis corporalibus, vel haberet aliquam earum determinate, non poſſet omnia mouere ſuo imperio, qui determinaretur ad vnum. Et hoc eſt quod dicit ꝙ Anaxago. poſuit intellectum eſſe immixtum {vt imperet} id eſt vt ſuo imperio omnia moueat. Sed quia nos nunc non loquimur de intellectu, quia omnia mouet, ſed de intellectu quo anima intelligit, illud medium non eſt opportunum ad oſtendendum intellectum eſſe immixtum, ſed oportet aliud medium accipere ad illud oſtendendum, ex hoc ſcilicet quòd intellectus omnia cognoſcit. Et hoc eſt quod addit, {hoc autem eſt vt cognoſcat} quaſi dicat ſicut Anaxago. poſuit intellectum eſſe immixtum ad hoc vt imperet, ita oportet nos ponere intellectum eſſe immixtum ad hoc vt cognoſcat. Quod quidem tali ratione apparet. Omne enim, quod eſt in potentia ad aliquid & receptiuum eius, caret eo ad quod eſt in potentia & cuius eſt receptiuum. ſicut pupilla, quæ eſt in potentia ad colores, & receptiua ipſorum, eſt carẽs omni colore:

Duplex antiquorum de intellectu opinio.

Lib. 1. Lectio 4.

ſed

ſed intellectus noſter ſic intelligit intelligibilia, ꝙ eſt in potentia ad ea & ſuſceptiuus eorum, ſicut ſenſus ſenſibilium: ergo caret omnibus illis rebus, quas natus eſt intelligere. Cum igitur intellectus noſter natus ſit intelligere omnes res ſenſibiles & corporeas, neceſſe eſt quòd careat omni natura corporali, ſicut ſenſus viſus caret omni colore, propter hoc quod eſt cognoſcitiuus coloris. Si enim haberet aliquem colorem, ille color prohiberet videre alios colores. Sicut lingua febricitantis, quę habet aliquẽ humorem amarũ, non poteſt percipere dulcem ſaporem. Sic etiam intellectus ſi haberet aliquam naturam determinatam, illa natura connaturalis ſibi prohiberet eum à cognitione aliarum naturarum. Et hoc eſt quod dicit. {Intus apparens enim prohibebit cognoſcere extraneũ & obſtruet,}.i. impediet intellectum, & quodammodo velabit & concludet ab inſpectione aliorum. Et appellat intus apparens aliquid intrinſecum connaturale intellectui, quod dum ei appareret ſemper impediretur intellectus ab intelligẽdo alia. ſicut ſi diceremus quòd humor amarus eſſet intus apparens linguę febricitantis. Concludit autem ex hoc ꝙ non contingit naturam intellectus eſſe {neq; vnam,}.i. nullam determinatam, ſed hanc ſolam naturam habet, quod eſt poſsibilis reſpectu omniũ. Et hoc quidem cõtingit intellectui, quia non eſt cognoſcitiuus tantum vnius generis ſenſibilium, ſicut viſus vel auditus. vel omnium qualitatum & accidentium ſenſibilium communium, vel propriorum, ſed vniuerſaliter totius naturæ ſenſibilis. Vnde ſicut viſus caret quodã genere ſenſibilium, ita oportet quod intellectus careat tota natura ſenſibili. Ex hoc autẽ vlterius concludit, quod ille, qui vocatur intellectus animæ, nihil eſt in actu eorum, quæ ſunt ante intelligere, quod eſt contrarium ei, quod antiqui ponebant. Dicebant enim eũ, ad hoc quod cognoſceret omnia, eſſe compoſitum ex omnibus. Si autem eſſet cognoſcitiuus omnium, quia haberet in ſe omnia, eſſet ſemper intellectus in actu, & nunquam in potentia, ſicut ſupra dixit de ſenſu, quod ſi eſſet compoſitus ex ſenſibilibus, non indigeret ſenſibilibus exterioribus ad ſentiendum. Et ne quis crederet, quod eſſet hoc verum de quolibet intellectu, quod ſit in potentia ad ſua intelligibilia, antequam intelligat, interponit quod nunc loquitur de intellectu quo anima opinatur, & intelligit. Et hoc dicit, vt præſeruet ſe ab intellectu diuino, qui nõ eſt in potentia, ſed eſt quodam modo intellectus omnium. De quo intellectu Anaxa. dixit, quod eſt immixtus vt imperet. Deinde cum dicit.

Intellectu ab omni corporeo organo abſtract° eſt.

Quocirca neque cum corpore mixtum ipſum eſſe, conſentaneum eſt rationi. Qualis enim quidam fieret, calidus aut frigidus, & inſtrumentum aliquod ipſius eſſet profecto ſicut eſt ſenſus. Nunc autem ipſius nullum prorſus eſt inſtrumentum.

Vnde neque miſceri eſt rationabile, ipſum corpori. Qualis enim aliquis vtique & eſſet, aut calefactus aut frigidus, & erit organum aliquod, ſicut ſenſitiuo, nunc autem nullum eſt.

Oſtendit quod intellectus non habet organũ corporale. Et primo oſtendit propoſitum. Secũdo adaptat ad hoc quoddam dictũ antiquorum. ibi {Et bene iam.} Dicit ergo primo cõcludens ex prędictis, quod ſi intellectus noſter ad hoc quod cognoſcat omnia, oportet quod non habeat naturam aliquam determinatam ex naturis rerum corporalium, quas cognoſcit, eodem modo rationabile eſt quod non {miſceatur corpori,}.i. quod nõ habeat aliquod organum corporale, ſicut habet pars animę ſenſitiua. quia ſi erit aliquod organum corporale intellectui, ſicut eſt parti ſenſitiuæ, ſequetur quod habeat aliquam naturam determinatam ex naturis rerum ſenſibilium. Et hoc eſt quod dicit {qualis enim aliquis vtique fiet} aliquam qualitatem ſenſibilem habens, vt. ſ. ſit actu calidus aut frigidus. Manifeſtum eſt enim quod potentia animæ, quæ eſt actus alicuius organi conformatur illi organo, ſicut actus ſuſceptibili. Neque refert quantum ad actum potẽtiæ, vtrum ipſa potentia habeat aliquam qualitatem ſenſibilem determinatam aut organum, cum actus non potentiæ ſit ſolum, ſed compoſiti ex potentia & organo corporeo. Similiter .n. impediretur viſio oculorum ſi potẽtia viſiua haberet colorem determinatum ſiue pupilla. Et ideo dicit quod eiuſdem rationis eſt ponere quod intellectus non habeat organum corporale, & quod non habeat aliquam naturam corpoream determinatam. Et ideo ſubdit quod nullum eſt organum intellectiuæ partis ſicut eſt ſenſitiuæ. Deinde cum dicit.

Atque bene, recteq; cenſent qui formarum locum animam inquiunt eſſe. Attamen neque tota eſt locus, ſed intellectiua, neq; eſt actu ſed potentia forma.

Et bene iam dicentes ſunt, animam eſſe locum ſpecierum, niſi quòd non tota, ſed intellectiua, neque actu, ſed potentia ſpecies.

Adaptat quod dictum eſt, opinioni antiquorum, & dicit, quod ex quo pars intellectiua non habet organum, ſicut pars ſenſitiua, iam poteſt verificari dictum illorũ, qui dixerunt, quod anima eſt locus ſpecierum: quod per ſimilitudinem dicitur, eo quod eſt ſpecierum receptiua. Quod quidem non verum eſſet, ſi quælibet pars animæ haberet organũ, quia iam ſpecies non reciperẽtur in anima ſola, ſed in coniuncto. Non enim viſus ſolum eſt ſuſceptiuus ſpecierum, ſed oculus. & ideo non dicendum eſt, quod tota anima ſit locus ſpecierum, ſed ſolum pars intellectiua, quæ organum non habet. Nec ita eſt locus ſpecierum, quod habeat actu ſpecies, ſed potentia tantum. Deinde cum dicit.

Atqui paſſionis uacuitatem non ſimilem eſſe ſenſitiui, atq; intellectiui, patet in ſenſuum inſtrumentis atque in ipſo ſenſu. Senſus enim ex vehemente ſenſibili ſentire nõ poteſt. Auditus nanq; non audit ſonum poſt magnos ſonos & viſus non videt, neq; odoratus olfacit, poſt vehementes colores, atq; odores. At intellectus aliquo valde intelligibili intellecto, non minus ſane, ſed magis percipit, intelligitq; inferiora. Senſitiuum enim non eſt ſine corpore, at intellectus ab eodem eſt ſeparabilis.

Intellectus eſt impaſsibilis per ſe & per accidens, ſenſus autẽ eſt paſſibilis per accidens.

Quod autem non ſimilis ſit impaſſibilitas ſenſitiui & intellectiui, manifeſtum eſt ex organis & ſenſu. Senſus enim non poteſt ſentire ex valde ſenſibili, vt ſonum ex magnis ſonis, neque fortibus odoribus, & coloribus, neque videre, neque odorare. Sed intellectus cum intelligat aliquod valde intelligibile, non minus intelligit infima, ſed magis. Senſitiuum enim non ſine corpore eſt. Intellectus autem ſeparatus.

Tex. commen. 7.

Oſtendit differentiam intellectum & ſenſum. quantum ad impaſsibilitatem. Dictum eſt enim ſupra, quod ſicut ſentire non eſt pati paſsione propriæ accepta, ita nec intelligere. Et ex hoc ſupra concluſit, quod intellectus erat impaſsibilis. Ne ergo aliquis crederet, quod in eodem gradu impaſsibilitatis eſſet ſenſus & intellectus, ſubiungit hoc, quod non eſt ſimilis impaſsibilitas ſenſitiui & intellectiui. Senſus enim licet non patiatur à ſenſibili, paſsione proprie accepta, patitur tamen per accidens, inquantum organi proportio corrumpitur ab excellenti

Libro. 3. Lect. 10. Tex. commen. 8.

cellenti ſenſibili. Sed de intellectu, hoc accidere ooo poteſt, cũ organo careat. vnde nec per ſe, nec per accidens paſsibilis eſt. Et boc eſt quod dicit, quod diſsimilitudo impaſsibilitatis ſenſitiui & intellectiui mauifeſta eſt ex organo. & ſenſu, quia ſenſus efficitur impotens ad ſentiendum, ex valde ſenſibili, ſicut auditus non poteſt audire ſonũ, propter hoc quod motus eſt ex magnis ſonis, neque viſus poteſt videre, neque olfactus odorare ex eo quod hi ſenſus moti ſunt prius ex fortibus odoribus & coloribus corrumpentibus organũ. Sed intellectus, quia ooh habet organum corporeum, quod corrumpi poſsit ab excellẽtia proprij obiecti, cum intelligit aliquid valde intelligibile, nõ minus poſtea intelligit infima, ſed magis. & idem accideret de ſenſu, ſi non haberet organum

ſupra.tex. 150. corporale. Debilitatur tamen intellectus ex læſione alicuius organi corpotalis indirecte, inquantũ ad eius operationem requiritur operatio ſenſus habentis organum. Cauſa igitur dioerſitatis, eſt: quia ſenſitiuum non eſt ſine corpore, ſed intellectus eſt ſeparatus. Ex his antem, quæ dicuntur, apparet falſitas opinionis illorum, qui dixerunt, quod intellectus eſt vis imaginatiua, vel aliqua præparatio in natura humana, cooſequens corporis complexionem.

Error quorundã de intellectu humano. Sed horũ occaſione verborum, quidam intantum decepti ſunt, vt ponerent intellectum poſsibilem eſſe à corpore ſeparatum, ſicut vna de ſubſtantijs ſeparatis. Q uod quidem omnino impoſsibile eſt. Manifeſtum eſt enim, quod hic homo intelligit. Si enim hoc negetur, tunc dicens hanc opinionem nõ intelligit, oportet quod aliquo formaliter intelligat. Hic aũt eſt intellectus poſſibilis, de quo Philoſopbus dicit. {Dico autem intellectũ quo intelligit, & opinatur anima.} Iotellectus ergo poſſibilis eſt, quo bic homo formaliter loquendo, intelligit. Illud antem, quo aliquid operatur, ſicut actiuo principio, poteſt ſecundum eſſe ſeparari ab eo quod operatur. vt ſi dicamus, quod baliuus operatur per regem, quia rex mouet eum ad operandũ. Sed impoſsibile, eſt illud, quo aliquid operatur formaliter, ſeparari ab eo ſecundũ eſſe. Q uod ideo eſt, quia nihil agit oiſi ſecundum quod eſt actu. ſic igitur aliquid formaliter operatur per aliquid, ſicut eo fit actu. Non autem fit aliquid aliquo, ens actu, ſi ſit ſeparatum ab eo ſecundum eſſe. Vnde impoſsibile

Commen. Auer. eſt quod illud, quo aliquid agit formaliter, ſi ſeparatum ab eo ſecundum eſſe. Ideo hoc conſiderantes adinuentores huius opinionis, conati ſunt adinueuire aliquẽ modum, quo illa ſubſtantia ſeparata, quem intellectum poſſibilem dicunt, continuetur & vniatur nobiſcum, vt ſic eius intelligere ſit noſtrũ intelligere. Dicunt enim, quod ſpecies intelligibilis eſt intellectus poſsibilis. Per eam.n. fit in actu. Huiuſmodi autem ſpeciei ſubiectũ eſt quoddam phantaſma, quod eſt in nobis. Sic igitur dicunt intellectum poſsibilem copulari nobiſcũ per formam ſuã.

Auer.figmentũ euertitur primo. Sed hoc quod dictum eſt, nullam omnino continuationem intellectus ad nos demonſtrat. Quod ſic patet. Intellectus enim poſsibilis non eſt vnum cum intelligibili, niſi ſecundum quod intellectus eſt in actu, ſicut neque ſenſus eſt idem cum ſenſibili in potentia, vt ſupra habitum eſt. Species igitur intelligibilis non eſt forma intellectus poſsibilis, niſi ſecundũ qnod eſt intelligibilis actu, non eſt autem intelligibilis actu, niſi ſecundum quod eſt à phantaſmatibus abſtracta & remota. Manifeſtum eſt igitur, quod ſecundũ quod vnitur intellectui, eſt remota à phantaſmatibus. Non igitur intellectus per hoc vnitur oobiſcum.

Sophiſma, quo Auerr. in hunc errorẽ pertractus eſt, diſſoluitur. Sed manifeſtum eſt, ꝙ author huius poſitiooís deceptus fuit per fallaciã accidentis, quaſi ſic arguens: Phantaſmata ſunt quodammodo vnum cũ ſpecie intelligibili: ſpecies autem intelligibilis eſt vnum cum intellectu poſsibili: ergo intellectus poſsibilis vnitur phantaſmatibus.

Eliditur ad hanc rõnem reſponſio. Manifeſtum eſt autem ꝙ hic incidit fallacia accidentis, quia ſpecies intelligibilis ſecũdum quòd eſt vnum cum intellectu poſsibili, eſt abſtracta à phantaſmatibus, vt dictum eſt. Dato tamen ꝙ per hunc modum ſit aliqua vnio intellectus poſsibilis ad nos, noo tamen hæc vnio faceret nos intelligentes, ſed magis intellectos. Id enim, cuius ſimilitudo eſt ſpecies, in virtute aliqua cognoſcitiua exiſtens, non ex hoc fit cognoſcens, ſed cognitum. Non enim per hoc ꝙ ſpecies quæ eſt in pupilla, eſt ſimilitndo coloris, qui eſt in pariete, color eſt videns, ſed magia eſt viſus. Per hoc igitur ꝙ ſpecies intelligibilis, quę eſt in intellectu poſsibili, eſt ſimilitudo quędam phantaſmatũ, non ſequitur ꝙ nos ſimus intelligentes, ſed ꝙ nos, vel potius phantaſmata noſtra ſiut intellecta ab illa ſubſtantia ſeparata. Sunt autem plura alia quę contra hãc poſitionem dici poſſunt, quæ albi diligentius pertractauimus. Sed hic hoc voum ſufficiat, quod ad poſitionem banc ſequitur, quod hic homo non intelligit.

a.cõtra c.59 & inde & c. 73.

Secunda ratio. Manifeſtum etiam eſt quod hæc poſitio contra intentionem Pbiloſophi eſt. Et primo quidẽ, quia Philoſophus hic inquirit de parte animæ. Sic enim bunc tractatũ incipitur. Vnde manifeſtum eſt quod intellectus poſsibilis, pars animæ eſt, & nõ ſubſtantia ſeparata. Item ex hoc quod ipſe procedit ad inquirẽdum de intellectu, ſiue ſit ſubiecto ſeparabilis ab alijs partibus animæ, ſiue non. Vnde patet quòd ſuus proceſſus ſtat, etiam ſi intellectus ſubiecto nõ ſit ſeparabilis ab alijs partibus animæ. Item per boc quod dicit quod intellectus eſt quo anima intelligit.

His rationibus fortiſsime cõcluditur Auerr. Hæc enim omnia oſtendunt quod Ariſt. non dicit intellectum eſſe ſeparatum, ſicut ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. Mirum eſt autem quomodo tam leuiter errauerunt, ex hoc quod dicit quod intellectua eſt ſeparatus, cum ex litera ſua, huius rei babeatur intellectus. Dicit enim ſeparatus intellectus, quia non habet organum, ſicut ſenſus. Et hoc contingit propter hoc, quia anima humana propter ſuam nobilitatem ſupergreditur facultatem materiæ corporalis, & nõ poteſt totalitet includi ab ea. Vnde remanet ei aliqua actio, in qua materia corporalis nõ communicat. Et propter hoc potentia eius ad hanc actionem non habet organum corporale, & ſic eſt intellectus ſeparatus.

LECTIO VIII.

Quod nam ſit intellectus humani obiectum inquirit, concludens illud eſſe quiditatem rerum materialium, non autẽ ſpeciem intelligibilem aliquam.

Intellectus in actu factus ſeipſum intelligere poteſt.

FActus autem vnumquodque, perinde atque is, qui dicitur actu ſciens: quod quidem tum accidit, cum ipſe per ſeipſum operari poteſt. Eſt quidem & tunc quodammodo potentia, ſed non perinde, vt erat antea quàm didiciſſet, vel inueniſſet: atque tunc ſeipſum etiam intelligere poteſt.

Tex. commen. 8.

Cum autem ſic ſingula fiat, vt ſciens, dicitur intellectus, qui ſecundum actum. Hoc autem confeſtim accidit, cum poſſit operari per ſeipſum. Eſt igitur & tunc potentia quodammodo, nõ tamen ſimiliter, atq; ante addiſcere, aut inuenire, & ipſe autẽ ſeipſum tunc poteſt intelligere.

Poſtquam Philoſophus determinauit de intellectu poſsibili, qui eſt io potentia ad intelligibilia, hic oſtendit quomodo in actum reducatur. Et primo oſtendit quod intellectus aliquando fit in actu. Secundo oſtendit quid ſit propriũ obiectum eius, reſpectu cuius fit in actu. ibi

Quooiam

{Quoniam autem aliud eſt magnitudo.} Oſtendit igitur, quomodo intellectus in actū reducatur, dicens. Dictum eſt, quod anima intellectiua non eſt actu ipſe ſpecies, ſed in potentia tantum. {Cum autem ſic fiat ſingula,} i. ſic reducatur in actum ſpecierum intelligibilium, quemadmodum ſciens, i. habens ſcientię habitum, habet ſpecies in actu, & tunc dicitur intellectus, qui eſt ſecundum actum. Hoc autem accidit ſtatim, cum aliquis poteſt per ſeipſum operari operatione intellectus, quæ eſt ipſum intelligere, ſicut & quamlibet formā tunc aliquis in actu habet, quando poteſt operationem illius formæ explere. Sed licet tunc intellectus quodāmodo ſit in actu quando habet ſpecies intelligibiles, ſicut ſciens habet habitum, eſt tamen & tunc quodammodo in potentia, nō tamen eodem modo, ſicut prius erat in potētia, antequā ſcientiam acquireret, addiſcendo vel inueniendo. Nam antequam haberet habitū ſcientiæ, qui eſt primus actus, non poterat operari cum vellet, ſed oportebat, quod ab altero reduceretur in actum, ſed quando iam, habet habitum ſcientiæ, qui eſt actus primus, poteſt, cum voluerit, procedere in actum ſecundum, qui eſt operatio. Manifeſtum eſt autem ex hoc, quod hic dicitur, falſam eſſe opinionem Auicennæ, quam habet de ſpeciebus intelligibilibus, cōtra opinionem Ariſtotelis. Ponit enim Auicenna, quod ſpecies non conſeruantur in intellectu poſſibili, nec ſunt in eo niſi quando actu intelligit. Sed oportet ſecundum ipſum, quod quandocunq; intelligit actu, quod cōuertat ſe ad intelligentiam ſeparatam agentem, à qua effluunt in intellectū poſsibilem intelligibiles ſpecies. Contra quod manifeſte hic Philoſophus dicit, quod intellectus reducitur in actum ſpecierum, per modum, quo ſciens actu, adhuc eſt in potentia intelligens. Cum enim intellectus actu intelligit, ſpecies intelligibiles ſunt in eo ſecundum actum perfectum, cum autem habet habitum ſcientiæ, ſunt ſpecies in ipſo intellectu, medio modo inter potentiam puram & actum purum. Et quia dixerat, quod quādo intellectus fit quodammodo in actu, ſecundum ſingula eorum ad quæ erat in potentia, tunc poteſt intelligere, reſpectu aūt ſui nullo modo erat in potentia, poſſet aliquis credere quod factus in actu, ſeipſum non intelligeret, {ideo ad hoc excludendum ſubiungit, quod intellectus factus in actu, non ſolum poteſt intelligere alia, ſed etiam tunc poteſt intelligere ſeipſum.

Opin. Auic. de ſpēbus intelligibilib. & eius impugnatio.

Cum autem aliud ſit magnitudo, aliud magnitudinis eſſe & aliud aqua, aliud aquæ eſſe, & in alijs iidem multis: non enim vniuerſis hic modus accommodatur. Sed ſunt in quibus hæc ipſa ſunt eadem, non diuerſa, aut alia ſane, aut parte quidem eadem, ſed aliter ſeſe habente, carnem & eſſe carnis diſcernit. Caro nanque non eſt ſine materia: ſed perinde atque ſimum, hoc eſt in hoc. Senſitiua igitur parte, calidum diſcernit & frigidum, quorum quędam eſt ratio, caro: alia vero, eſſe carnis diſcernit aut ſeparabili: aut ſeſe habente ad ſeipſam, perinde atq; ſeſe habet, cum extenſa fuerit linea flexa.

Intellectus cū ſenſu coniunctus ſingularia cognoſcit.

Quoniam autem aliud eſt magnitudo & magnitudini eſſe, & aqua & aquæ eſſe, & ſic in multis alijs, nō autem in omnibus. In quibuſdam enim idem eſt eſſe carni, & carnem eſſe. Aut alio ergo, aut aliter habente diſcernit. Caro enim non eſt ſine materia, ſed ſicut ſimum hoc in hoc. Senſitiuo quidem igitur calidum & frigidum indicat, & quorum ratio quædam caro eſt. Alio autem aut ſeparato, aut ſicut circunflexa ſe habet ad ſeipſam, cum extenſa ſit, carni eſſe diſcernit.

Tex. commen. 9.

Tex. commen. 10.

Oſtendit Philoſophus quid ſit obiectum intellectus. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod Philoſophus in ſeptimo metaph. inquirit, vtrum quod quid eſt, i. quiditas vel eſſentia rei, quā diffinitio ſignificat, ſit idem quod res. Et quia Plato ponebat quiditates rerū eſſe ſeparatas à ſingularibus, quas dicebat ideas, vel ſpecies, ideo oſtendit, quod quiditates rerū non ſunt aliud à rebus, niſi per accidens, vtputa non eſt idem quiditas hominis albi, & homo albus, quia quiditas hominis albi non continet in ſe niſi quod pertinet ad ſpeciem hominis: ſed hoc quod dico, homo albus habet aliquid in ſe præter illud, quod eſt de ſpecie humana. Hoc autem contingit in omnibus habentibus formam in materia, ꝙ in eis eſt aliquid pręter principia ſpeciei. Nam natura ſpeciei indiuiduaꝛ per materiam: vnde principia indiuiduantia, & accidentia indiuidui ſunt præter eſſentiam ſpeciei. Et ideo contingit ſub vna ſpecie inueniri plura indiuidua. quæ licet nō differant in natura ſpeciei, differunt tamen ſecundū principia indiuiduantia. Et propter hoc in omnibus habentibus formam in materia, non eſt omnino idem & res & quod quid eſt eius. Socrates enim non eſt ſua humanitas. In his vero, quæ non habent formā in materia, ſicut ſunt formæ ſimplices, nihil poteſt eſſe, præter eſſentiam ſpeciei: quia ipſa forma eſt tota eſſentia. Et ideo in talibus non poſſunt eſſe plura indiuidua vnius ſpeciei, nec poteſt in eis differre res & quod quid eſt eius. Conſiderādum eſt etiam, ꝙ non ſolum naturalia habent ſpeciem in materia, ſed etiam mathematica. Eſt enim duplex materia, ſcilicet ſenſibilis, à qua abſtrahunt mathematica, & concernunt eam naturalia, & intelligibilis, quam mathematica concernunt. Quod quidem ſic intelligendū eſt. Manifeſtum eſt enim ꝙ quantitas immediate inhæret ſubſtantiæ, qualitates autem ſenſibiles in quantitate fundantur, vt album & nigrum, calidum & frigidum. Remoto autem poſteriori remanet prius, vnde remotis qualitatibus ſenſibilibus ſecundum intellectum, adhuc remanet quantitas continua in intellectu. Quædā ergo ſunt formæ, quæ materiam requirunt ſub determinata diſpoſitione ſenſibilium qualitatum, & huiuſmodi ſunt omnes formæ naturales, & iccirco naturalia concernunt materiam ſenſibilem. Quædā vero ſunt formæ, quæ non exigunt materiam ſub determinata diſpoſitione ſenſibiliū qualitatū, tamen requirunt materiam ſub quantitate exiſtentem, ſicut triangulus, & quadratum, & huiuſmodi, & hæc dicuntur mathematica & abſtrahunt à materia ſenſibili, ſed non à materia intelligibili, inquantum in intellectu remanet cōtinua quātitas, abſtracta à ſenſibili qualitate. Sic ergo patet, & ſicut naturalia habent formam in materia, ita & mathematica. & propter hoc tam in naturalibus quàm in mathematicis differt res & quod quid eſt. vnde in vtriſq; inueniuntur plura indiuidua ſub vna ſpecie, ſicut enim ſunt plures homines vnius ſpeciei, ita & plures trianguli ſub vna ſpecie. His igitur habitis, planum eſt accipere ex litera Philoſophi intellectum. Dicit enim quod aliud eſt {magnitudo & magnitudinis eſſe,} id eſt aliud eſt magnitudo & quod quid eſt eius, Eſſe. n. quod eſt magnitudini, appellat quiditatem eius. Et ſimiliter aliud eſt {aqua & aquæ eſſe,} & ſic eſt in multis alijs, id eſt in omnibus mathematicis, & naturalibus. Vnde ſignanter exempla poſuit. Nam magnitudo eſt quid mathematicum, aqua autem quid naturale, non autem hoc contingit in omnibus. Nam in his, quæ omnino ſunt ſeparata à materia, idem eſt res, & quod quid eſt eius. Et quia ſubſtātiæ ſeparatæ ignotæ ſunt nobis, non potuit eas

Lectio 3. Tex. commen. 12. In quibus quiditas diſinguatur à re.

Duplex materia ſenſibilis & intelligibilis ex quibus duarum formarum gradus ſumuntur.

nominare

nominare proprijs nominibus, ſicut mathematica & naturalia, ſed nnminauit ea ſub exemplo rerũ natnralium. Et hoc eſt quod ſnbdit, quòd in quibnſdam idem eſt carni eſſe & carnem, ex quo non intelligit ꝙ ſit idem caro, & quod quid eſt eius. Non enim diceret in quibuſdã ſic eſſe, ſed ſimpliciter diceret, quòd idem eſt caro & carni eſſe. Sed intelligit quòd hoc, quod ſic dicitur aliquid & alicui, vt caro & carni eſſe, idem eſt {in quibuſdam,} .ſ. in his, quæ ſunt à materia ſeparata. Et quia ad diuerſa cognoſcenda diuerſæ potentiæ cognoſcitiuæ requiruntur, & conclndit, quod anima aut cognnſcit alio rem, & alio eius quidditatem, aut vno & eodem, ſed alio modn ſe habente. Manifeſtũ eſt aũt, quod caro non eſt ſine materia, ſed forma carnis eſt forma determinata, & in materia determinata ſenſibili: ſicut etiam ſimũ habet ſubiectũ ſenſibile determinatũ, ſ. naſum. Hanc igitur naturam ſenſitiuam cognoſcit anima per ſenſum. Et hoc eſt quod ſubdit, quod anima indicat potentia ſenſitiua, calidum & frigidũ, & alia huiuſmodi {quorũ ratio,} .i. prnportio} quędam caro eſt.} Forma .n. carnis requirit determinatã proportionem calidi & frigidi, & aliorum huiuſmodi. Sed opnrtet quod alia potentia {diſcernat eſſe carni,} .i. quod quid eſt carnis. Sed hoc contingit dupliciter. vno modo ſic, quòd ipſa caro, vel quidditas carnis cognoſcãtur omnino potentijs abinuicem diuerſis, puta ꝙ potentia intellectiua cognoſcatur quidditas carnis, potentia ſenſitiua cognoſcatur caro, & hoc contingit quandn anima per ſe cognoſcit ſingulare, & per ſe cognoſcit naturam ſpeciei. Alio modo contingit, ꝙ cognoſcitur caro, & quod quid eſt carnis, non ꝙ ſit alia, & alia potentia, ſed quia vna & eadem potentia, alio & alio modo, cognoſcit carnem, & quod quid eſt eius & illud oportet eſſe, cum anima comparat vniuerſale ad ſingulare. Sicut enim ſupra dictũ eſt, quòd non poſſemus ſentire differẽtiam dulcis & albi, niſi eſſet vna potentia ſenſitiua communis, quæ cognoſceret vtrunque, ita etiam non poſſemus cognoſcere comparationem vniuerſalis ad particulare, niſi eſſet vna potentia, quę cognoſceret vtrunq;. Intellectus igitur vtrunque cognoſcit, ſed alin, & alin mndo. Cognnſcit enim naturam ſpeciei, ſiue qnod quid eſt, directe extendendo ſeipſum, ipſum autem ſingulare per quãdam reflexionem, inquantum redit ſuper phantaſmata, à quibus ſpecies intelligibiles abſtrahuntur. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ ſenſitiuo cognoſcit carnem {alio,} .i. alia potentia {diſcernit eſſe carni,} id eſt quod quid eſt carnis {aut ſeparata} puta cum caro cognoſcitur ſenſu, & eſſe carnis intellectu, aut eodem aliter ſe habente, ſcilicet {ſicut circunflexa ſe habet ad ſeipſam} anima intellectiua cognnſcit carnẽ {quę cum extenſa ſit, diſcernit eſſe carni,} id eſt directe apprehendit quidditatem carnis, per reflexionem autem, ipſam carnem. Deinde, cum dicit.

Rurſus & in ijs, quæ in abſtractione conſiſtunt, eadem eſſe videntur. Rectum .n. ſe habet, vt ſimum: eſt .n. ipſum cum continuo ſemper. Quod ſi quiditas ſit diuerſa, aliud profecto eſſe recti, aliud eſt ipſum rectum. Sit .n. dualitas. Quare fit, vt hęc etiã alia vel alio modo ſeſe habente parte diſcernat. Omnino igitur vt res ſeparabiles ſunt à materia, ſic ſeſe habent & ea quæ ſunt circa intellectũ ipſum.

Tex. commen. 11. *Iterum autem in his, quæ in abſtractione ſunt, rectum eſt ſicut ſimum. Cum continuo enim eſt. Quod autem quid erat eſſe, ſi eſt alterum recto eſſe, & rectum, alio. Sit enim dualitas. Altero itaque, aut aliter habente ſe indicat. Omnino ergo ſicut ſeparabiles res à materia, ſic & quæ circa intellectum ſunt.*

Quod ſupra dixerat in naturalibus, exponit in mathematicis dicens, quòd iterũ in his, quæ ſunt per {abſtractionem,} id eſt in mathematicis, quorum ratio abſtrahit à materia ſenſibili, rectum ſe habet ſicut ſimum. Hęc enim mathematica habent materiam, ſicut & naturalia. Rectum enim mathematicum eſt, ſimum autem naturale. Ratio enim recti eſt cum continuo, ſicut ratio ſimi cum naſo. Continuum autem eſt materia intelligibilis, ſicut ſimum materia ſenſibilis. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ aliud eſt in mathematicis res, & quod quid erat eſſe, vt rectum, & recto eſſe, vnde oportet, quòd alio cognoſcat quod quid erat eſſe horum, & alio ipſa. Et ſuppnnamus ad pręſens, exempli cauſa cum Platone, quòd dualitas ſit quod quid erat eſſe lineæ recte, Plato enim ponebat, ꝙ numeri erant ſpecies, & quidditates mathematicorum, puta vnitas lineæ, dualitas lineæ rectæ, & non de alijs. Oportet igitur ꝙ anima alio cognoſcat ipſa mathematica, & quidditates eorũ, aut eodem aliter ſe habente. Vnde ſicut per naturalia oſtenditur, ꝙ intellectus, qui cognoſcit quidditates naturaliũ, ſit alius à ſenſu qui cognoſcit naturalia ſingularia, ita ex mathematicis oſtenditur, quòd intellectus qui cognoſcit quod quid eſt ipſorum, ſit aliud ab imaginatiua virtute, quę apprehendit ipſa mathematica. Et quia poſſet aliquis dicere, quòd eodẽ modo intelligerẽtur mathematica & naturalia, ſubiungit ꝙ ſicut res ſunt ſeparabile à materia, ita ſe habent ad intellectum. Vnde illa, quæ ſunt ſecundum eſſe ſeparata à materia ſenſibili, ſolo intellectu percipi poſſunt, quæ autem non ſunt ſeparata à materia ſenſibili ſecundum eſſe, ſed ſecundum rationem, intelliguntur abſque materia ſenſibili, non autem abſq; materia intelligibili. Naturalia vero intelliguntur per abſtractionem à materia indiuiduali, non autem per abſtractionem à materia ſenſibili totaliter. Intelligitur enim homo, vt compoſitus ex carnibus & oſsibus, per abſtractionem tamẽ ab his carnibus, & his oſsibus. Et inde eſt, quòd intellectus non cognoſcit directe ſingularia, ſed ſenſus vel imaginatio. Apparet autem ex hoc, quod Philoſophus hic dicit, quòd proprium obiectum intellectus, eſt quidditas rei, quæ non eſt ſeparata à rebus, vt Platonici poſuerunt. Vnde illud, quod eſt obiectum intellectus noſtri non eſt aliquid extra res ſenſibiles exiſtens, vt Platonici poſuerunt, ſed aliquid in rebus ſenſibilibus exiſtens, licet intellectus apprehendat alio modo quiditates rerum, quàm ſint in rebus ſenſibilibus. Nnn enim apprehendit eas, cum conditionibus indiuiduantibus, quæ eis in rebus ſenſibilibus adiunguntur. Et hoc ſine falſitate intellectus contingere poteſt. Nihil enim prohibet duorum adinuicem coniunctorum, vnum intelligi, abſque hoc quòd intelligatur aliud. Sicut viſus apprehendit colorem, abſq; hnc quòd apprehendat odorem, non abſq; hoc quòd apprehendat magnitudinem, quæ eſt proprium ſubiectũ coloris. Vnde & intellectus poteſt intelligere aliquã formam abſq; indiuiduantibus principijs, non tamen abſq; materia, à qua dependet ratio illius formę. ſicut nnn poteſt intelligere ſimum ſine naſo, ſed poteſt curuum ſine naſo intelligere, Et quia hoc nõ diſtinxerunt Platonici, poſuerunt quòd mathematica, & quidditates, rerum ſunt ſeparatæ in eſſe, ſicut ſeparatæ in intellectu. Manifeſtum eſt etiam quòd ſpecies intelligibiles, quibus intellectus poſsibilis fit in actu, non ſunt obiectum intellectus. Non enim ſe habent ad intellectum, ſicut quod intelligitur, ſed ſicut qun intelligit. Sicut enim ſpecies, quæ eſt in viſu, non eſt quod videtur, ſed quo viſus videt, quo autem videtur eſt

Definitiones rerũ naturaliũ materiam ſpecificam includunt, indiuiduam vero ac ſingularẽ nequaquã.

eſt color, qui eſt in corpore, ſimiliter quod intellectus intelligit eſt quidditas, quę eſt in rebus, non autem ſpecies intelligibilis, niſi inquantum intellectus in ſeipſum reflectitur. Manifeſtum eſt enim ꝙ ſcientiæ ſunt de his, quæ intellectus intelligit, ſunt autem ſcientiæ de rebus, non autē de ſpeciebus vel intentionibus intelligibilibus, niſi ſola ſcientia rationalis. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ ſpecies intelligibilis non eſt obiectum intellectus, ſed quidditas rei intellectæ. Ex quo patet nullam eſſe rationem quorundam volentium oſtendere, ꝙ intellectus poſsibilis ſit vnus in omnibus, ex hoc ꝙ idem eſt intellectum ab omnibus, cum oporteat eſſe plures numero ſpecies intelligibiles, ſi ſunt plures intellectus. Non enim eſt ſpecies intelligibilis, ipſum intellectum, ſed ſimilitudo eius in anima. & ideo ſi ſint plures intellectus habentes ſimilitudinem vnius & eiuſdem rei, erit eadem res intellecta apud omnes. Et præter hoc manifeſtum eſt, ꝙ etiam ſubſtantiæ ſeparatæ intelligunt quidditates rerum naturalium, quas nos intelligimus, & earum intellectus diuerſi ſunt. Vnde, ſi eorum ratio eſſet efficax, non euitaretur inconueniens quod concludunt per hoc, ꝙ ponunt vnum intellectū in omnibus hominibus. Non enim poſſunt ponere vnum intellectum in omnibus intelligentibus.

Obiectum quid intellectus, nō ſpecies intelligibilis, ſed rei quiditas.

LECTIO IX.

Oſtendit quo pacto poſsibilis intellectus ſit intelligibilis.

DVbitabit autem non iniuria quiſpiam, quonam modo intelliget intellectus, ſi ipſe quidem ſimplex ſit, ac paſſionis expers nihilq; habeat cū vlla re prorſus commune, ſicut Anaxagoras aſſerit: intelligere autem pati quoddam ſit, vt diximus: quo nanque quippiam eſt vtriſque commune, hoc nimirum alterum agere, alterum pati videtur.

Tex. commen. 12.

Dubitabit autem vtiq; aliquis, ſi intellectus ſimplex eſt & impaſſibilis, & nulli aliquid habet commune, ſicut dixit Anaxagoras, quomodo intelliget, ſi intelligere pati aliquid eſt. Inquantum enim aliquid commune vtriſq; eſt hoc quidem agere, illud vero pati videtur.

Poſtquam oſtendit Philoſophus naturam intellectus poſsibilis, & obiectum eius, hic mouet quaſdam dubitationes circa prędeterminata. Et diuiditur in duas partes. Et primo ponit dubitationes. Secūdo ſoluit eas, ibi {Aut pati.} Mouet autem primo duas dubitationes, quarum prima talis eſt. Si intellectus eſt ſimplex & impaſsibilis & nulli habet aliquid commune, vt Anaxago. dixit, quomodo intellectus poteſt intelligere, cū intelligere ſit pati quoddam, & de ratione patiētis hoc eſſe videatur, quòd habeat aliquid commune cum agente, quia inquantum eſt aliquid commune vtriſque, ſcilicet agenti & patienti, videtur quòd hoc agat & illud patiatur. Oportet enim ea quæ agunt & patiuntur adinuicem, communicare in materia, vt dicitur in primo de Generatione. Secundam dubitationem ponit ibi.

Lectio. 9. Tex. commen. 226.

Præterea ambiget quiſpiam, ſi ipſe etiam intelligibilis ſit. Nam aut cæteris rebus inerit intellectus, niſi alia ratione ſit intelligibilis ipſe. Intelligibile autem vnū quoddam eſſe ſpecie, aut aliquid ipſe mixtum habebit, quod ipſum intelligibilem, perinde atq; cætera facit.

Amplius autem, ſi intelligibilis & ipſe, aut alijs inerit intellectus, ſi non ſecundum aliud ipſe intelligibilis eſt, vnum autem quoddam ſecundum ſpeciem eſt intelligibile: Aut miſtum aliquid habebit, quod facit intelligibilem ipſum, ſicut alia.

Tex. comment. 13.

Et inſurgit hæc dubitatio ex eo, quod ſupra dixit, ꝙ intellectus factus in actu, etiam ſeipſum intelligit. Et eſt iſta dubitatio, ꝙ ſi intellectus eſt intelligibilis, hoc poteſt contingere duobus modis. Vno modo, quòd ſit intelligibilis ſecundum ſe, & non ſecundū aliud. Alio modo, ꝙ habeat aliquid ſibi adiunctā, quod faciat ipſum intelligibilem. Si autem ſecundum ſeipſum eſt intelligibilis, & non ſecundum aliud, intelligibile autem inquantū huiuſmodi eſt vnum in ſpecie, ſequetur ſi hoc nō ſolum eſt intelligibile, ſed intellectus, ꝙ etiam alia intelligibilia ſint intellectus, & ita omnia intelligibilia intelligent. Si autem eſt intelligibilis per hoc, ꝙ habet aliquid aliud ſibi adiunctū, ſequetur quòd habeat aliquid quod faciat ipſum intelligibilem, ſicut & alia, quæ intelliguntur, & ita videtur ſequi, idem quod prius, ſcilicet ꝙ ſemper id quod intelligitur, intelligat. Deinde cum dicit.

At enim ipſum pati diuiſum eſt prius vna quadam ratione communi, Atque intellectus potentia quidem eſt quodammodo intelligibilia ipſa, actu vero nihil eſt eorum antequam intelligat ipſa. Oportet autem in ipſo nihil eſſe, perinde, atque in tabula nihil eſt actu ſcriptum antequam in ipſa ſcribatur. Hoc enim in ipſo fit, atque accidit intellectu.

Aut pati ſecundum cōmune aliquid diuiſum eſt prius. Potentia quodāmodo eſt intelligibilia intellectus, ſed actu nihil antequam intelligat. Oportet aūt ſic, ſicut in tabula nihil eſt ſcriptum actu, quod quidem accidit in intellectu. Tex. commen. 14.

Soluit præmiſſas dubitationes. Et primo ſoluit primam dicens, quòd ſicut prius diſtinctū eſt de paſsione, cum ageretur de ſenſu, ꝙ pati dicitur ſecundum aliquid commune, i. hoc quod eſt pati commune eſt ad paſsionem, quæ eſt in contrarias diſpoſitiones, ſicut eſt paſsio mutua in rebus naturalibus, quæ communicant in materia: & eſt aliquod pati, quod dicitur ſecundum receptionem tantum. Intellectus igitur dicitur pati, inquantum eſt quodammodo in potētia ad intelligibilia, & nihil eſt actu eorum antequam intelligat. Oportet autem hoc ſic eſſe, ſicut contingit in tabula, in qua nihil eſt actu ſcriptum, ſed plura poſſunt in ea ſcribi. Et hoc etiam accidit intellectui Poſsibili, quia nihil intelligibilium eſt in eo, actu, ſed potentia tantum. Et per hoc excluditur tam opinio antiquorum naturalium, qui ponebant animam compoſitam ex omnibus, vt intelligeret omnia, quàm etiam opinio Platonis, qui poſuit naturaliter animam humanam habere omnem ſcientiā, ſed eſſe, eam quodammodo oblitā, propter vnionem ad corpus: dicens, ꝙ addiſcere nihil aliud eſt, quàm reminiſci. Deinde cū dicit.

Eſt etiam intelligibilis & ipſe, ut intelligibilia cuncta. Nam in hiſce quidem, quæ ſine materia ſunt, intelligens & id quod intelligitur, idem eſt. Etenim idem eſt contemplatiua ſcientia & id quod ita ſub ſcientia cadit.

Et ipſe autem intelligibilis eſt, ſicut intelligibilia. In his enim quæ ſunt ſine materia, idem eſt intellectus, & quod intelligitur, Scientia nanque ſpeculatiua, & ſic ſcibile, idem eſt. Tex. comment. 15.

Soluit ſecundam dubitationem, Et primo ſoluit quęſtionem. Secundo reſpondet ad obiectionem in contrarium factam, ibi {Non autem ſemper.} Dicit ergo primo, quòd intellectus poſsibilis eſt intelligibilis non per ſuam eſſentiam, ſed per aliquam ſpeciem intelligibilem, ſicut & alia intelligibilia. Quod probat ex hoc, ꝙ intellectum in actu, & intelligens in actu, ſunt vnum, ſicut & ſupra dixit, quòd ſenſibile in actu, & ſenſus in actu, ſunt vnum. Eſt autem aliquod intelligibile in actu, per hoc, quod Tex. comment. 138. & 141.

quem intellectum, qui abſtraheret à materia, & ſic faceret eas intelligibiles actu. Deinde cum dicit.

Et is intellectus ſeparabilis eſt, & non mixtus, paſſioneque vacat, cum ſit ſubſtantia actus. Semper enim id quod efficit, atque agit, præſtabilius eſt eo, quod patitur, & ipſum principium omnino materia.

Et hic intellectus ſeparabilis, & impaſſibilis, & immixtus ſubſtantia actu ens. Semper enim honorabilius eſt agens patiente, & principium materia.

Ponit quatuor conditiones intellectus agentis, quarũ prima eſt, quod ſit ſeparabilis: ſecunda, quod impaſſibilis: tertia quod ſit immixtus, i. non compoſitus ex naturis corporalibus, neque adiunctus organo corporali: ſed in his tribus cõuenit cum intellectu poſſibili: quarta autem conditio eſt, quòd ſit in actu ſecundũ ſuam ſubſtantiam, in quo differt ab intellectu poſſibili, qui eſt in potentia ſecundum ſuam ſubſtãtiam, ſed eſt in actu ſolum ſecundum ſpeciem ſuſceptam. Et ad has quatuor conditiones probandas inducit vnam rationem, quæ talis eſt. Agens eſt honorabilius patiente, & principium actiuũ, materia: ſed intellectus agens comparatur ad poſſibilẽ, ſicut agens ad materiam, ſicut iam dictum eſt: ergo intellectus agens eſt nobilior poſſibili. Sed intellectus poſſibilis eſt, ſeparatus, impaſſibilis, & immixtus vt ſupra oſtẽſum eſt: ergo multo magis intellectus agens. Et hoc etiam patet, quòd ſit ſecundum ſubſtantiã ſuam in actu, quia agens eſt nobilius patiente, nõ niſi ſecundum quòd eſt in actu. Occaſione autem horum, quæ hic dicuntur,

An agens intellectus ſit ſubſtantia ſeparata.

quidam poſuerunt intellectum agentem, ſubſtantiam ſeparatam, & quod differt ſecundum ſubſtantiam ab intellectu poſſibili. Illud autem nõ videtur eſſe verum. Non enim homo eſſet à natura ſufficienter inſtitutus, ſi nõ haberet in ſeipſo principia, quibus poſſet operationẽ complere, quæ eſt intelligere: quæ quidem compleri non poteſt, niſi per intellectum poſſibilem, & per intellectum agentẽ. Vnde perfectio humanæ naturæ requirit, quòd vtrunq; eorum ſit aliquid in homine. Videmus etiam, ꝙ ſicut operatio intellectus poſſibilis, quæ eſt recipere intelligibilia, attribuitur homini, ita & operatio intellectus agentis, quę eſt abſtrahere intelligibilia. Hoc autem non poſſet, niſi principium formale huius actionis eſſet ei ſecundum eſſe coniunctum. Nec ſufficit ad hoc, quòd hęc

Supra tex. com. 17.

actio attribuatur homini per hoc quòd ſpecies intelligibiles factæ per intellectũ agentem, habent quodammodo pro ſubiecto phantaſmata, quæ ſunt in nobis, quia, vt ſupra diximus, cum de intellectu poſſibili ageretur, ſpecies non ſunt intelligibiles in actu, niſi quia ſunt abſtractæ à phantaſmatibus, & ſic eis mediantibus actio intellectus agentis non poſſet nobis attribui. Et præterea intellectus agens comparatur ad ſpecies intellectas in actu ſicut ars ad ſpecies artificiatorum, per quas manifeſtum eſt, quòd artificiata nõ habent actionem artis. vnde etiã dato quòd ſpecies factæ intelligibiles actu, eſſent in nobis, nõ ſequeretur, quòd nos poſſemus habere actionem intellectus agentis. Eſt etiã prædicta poſitio contra Ariſtot. intentionem, qui expreſſe dixit has differẽtias duas, ſcilicet intellectum agentem, & intellectum poſſibilem eſſe in anima, ex quo expreſſe dat intelligere, ꝙ ſint partes animæ, vel potentiæ, & non aliquę ſubſtantiæ ſeparatæ. Sed contra hoc videtur eſſe præcipue, quòd intellectus poſſibilis comparatur ad intelligibilia, vt in potentia exiſtens ad illa, intellectus autem agens comparatur ad ea, vt ens in actu: non videtur autem poſſibile, idem reſpectu eiuſdem poſſe eſſe in potentia, & in actu, vnde non videtur poſſibile, quòd intellectus agens, & poſſibilis conueniat in vna ſubſtãtia animæ. Sed hoc de facili ſoluitur, ſi quis recte conſideret, quomodo intellectus

Solutio.

poſſibilis ſit in potentia ad intelligibilia, & quomodo intelligibilia ſunt in potentia reſpectu intellectus agentis. Eſt enim intellectus poſſibilis in potentia ad intelligibilia, ſicut indeterminatum ad determinatũ. Nam intellectus poſſibilis non habet determinate naturam alicuius rerum ſenſibilium. Vnumquodq; autem intelligibile, eſt aliqua determinata natura alicuius ſpeciei. Vnde ſupra. dixit, quòd intellectus poſſibilis comparatur ad intelligibilia, ſicut tabula ad determinatas picturas. Quantum autem ad hoc, intellectus agens non eſt in actu. Si

Lectio. 9. Tex. commen. 14.

enim intellectus agens haberet in ſe determinationẽ omnium intelligibilium, non indigeret intellectus poſſibilis phantaſmatibus, ſed per ſolum intellectum agẽtem reduceretur in actum omnium intelligibilium, & ſic nõ compararetur ad intelligibilia, vt faciens ad factũ, vt Philoſophus hic dicit, ſed vt exiſtẽs ipſa intelligibilia. Comparatur igitur vt actus reſpectu intelligibilium, inquantum eſt quædam virtus immaterialis actiua, potens alia ſimilia ſibi facere, ſ. immaterialia. Et per hunc modum, ea, quæ ſunt intelligibilia in potẽtia, facit intelligibilia in actu. Sic enim & lumen facit colores in actu, non ꝙ ipſum habeat in ſe determinationem omnium colorũ. Huiuſmodi autem virtus actiua eſt quædam participatio luminis intellectiualis à ſubſtantijs ſeparatis. Et ideo Philoſophus dicit, quòd eſt ſicut habitus, vel lumen, quod non competeret dici de eo, ſi eſſet ſubſtantia ſeparata.

Deinde cum dicit.

Infra te. 27. 36. 37. 38. Supra te. 15.

Scientia autem ea, quæ eſt actu, eſt idem quod res. Ea vero quæ eſt potentia, in vno prior eſt tempore, abſolute autem, neque tempore, ſed non nunc quidem intelligit, nunc autem non intelligit.

Tex. commen. 20.

Idem autem eſt ſecundum actum ſcientia, rei: quæ vero ſecundum potentiam, tempore prior in vno eſt. Omnino autem neque tempore. Sed non aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit.

Determinat de intellectu ſecundum actum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit conditiones intellectus in actu. Secundo oſtendit conditiones totius partis intellectiuę, ſecundum quòd differt ab alijs partibus, animę, ibi {ſeparatus autem.} Circa primum tres ponit conditiones intellectus in actu, quarum prima eſt quòd ſcientia in actu, eſt idem rei ſcitæ. Quod non eſt verum de intellectu in potentia. Secunda conditio eius eſt, quòd ſcientia in potentia in vno & eodem, tempore eſt prior, quàm ſcientia in actu, ſed vniuerſaliter non eſt prior, nõ ſolum natura, ſed neque etiam tempore. Et hoc eſt, quod Philoſophus dicit in. 9. Metaph. quòd actus eſt prior potentia natura, tempore vero, in vno & eodem potentia prior eſt actu, quia vnum & idem prius eſt in potentia, & poſtea fit actu. Sed vniuerſaliter loquendo, etiam tempore actus eſt prior. Nam quod in potentia eſt, non reducitur in actum, niſi per aliquid, quod eſt actu. Et ſic etiam de potentia ſciente, nõ fit aliquis ſcient actu, neq; inueniendo, neque diſcendo, niſi per aliam ſcientiam præexiſtentem in actu, quia omnis doctrina, & diſciplina intellectiua fit ex præexiſtenti cognitione, vt dicitur in primo Poſteriorum. Tertia conditio intellectus in actu, per quam differt ab intellectu poſſibili & intellectu in habitu, eſt quia vterq; quandoq; intelligit, & quandoq; non intelligit. Sed hoc nõ poteſt dici de intellectu in actu, qui conſiſtit in ipſo intelligere. Deinde cum dicit.

Lectio 8. Tex com. ment. 13.

Separatus

Separatus vero id eſt ſolum, quod eſt, atq; id ſolum eſt immortale perpetuumque.

Huinc humani animi immortalitatē perſpicue aſſerit Ariſtot.

Separatus autem eſt ſolum hoc, quod vere eſt. Et hoc ſolum immortale, & perpetuum eſt.

Tex. comment. 7. & 59.

Tex. commen. 21.

Tex. commen. 7.

Ponit cōditiones totius intellectiuæ paruis. Et primo ponit veritatem. Secundo excludit obiectionem, ibi. {Non reminiſcitur.} Dicit ergo primo, quòd ſolus intellectus ſeparatus eſt hoc, quod vere eſt. Quod quidē non poteſt intelligi, neq; de intellectu agente, neque de intellectu poſsibili tantum, ſed de vtroque, quia de vtroq; ſupra dixit, quòd eſt ſeparatus. Et ſic patet quòd hic loquitur de tota parte intellectiua, quę quidem dicitur ſeparata, ex hoc quòd habet operationem ſuā ſine organo corporali. Et quia in principio huius libri dixit, quòd ſi aliqua operatio animę ſit propria, contigit animam ſeparari: Concludit, quòd hæc ſola pars animæ, ſcilicet intellectiua eſt incorruptibilis, & perpetua. Et hoc eſt quod ſupra poſuit in ſecundo, quòd hoc genus animæ ſeparatur ab alijs, ſicut perpetuum à corruptibili. Dicitur autem perpetua, non quòd ſemper fuerit, ſed quod ſemper erit. Vnde Philoſophus dicit in. 12. Metaph. ꝙ forma nunquam eſt ante materiam, ſed poſterius remanet anima, non omnis, ſed intellectus. Deinde cum dicit.

Non autem recordamur: quia hoc quidem expers eſt paſſionis. Intellectus vero paſſiuus extinguitur, & ſine hoc nihil intelligit.

Non reminiſcitur autem, quia hoc quidem impaſſibile eſt, paſſiuus vero intellectus, eſt corruptibilis: & ſine hoc nihil intelligit anima.

Tex. commen. 66.

Excludit quādam obiectionem. Poſſet enim aliquis credere, quòd quia pars intellectiua animæ, eſt incorruptibilis, remanet poſt mortē in anima intellectiua ſcientia rerum eodem modo, quo nunc eam habet, cuius contrarium ſupra dixit in primo, quòd intelligere corrumpitur, quodā interius corrupto, & quòd corrupto corpore non reminiſcitur anima, neq; amat. Et ideo hic dicit, ꝙ non reminiſcitur, ſ. poſt mortem eorum, quæ in vita ſciuimus, quia {hoc quidē impaſsibile eſt,} id eſt iſta pars animæ intellectiuę impaſsibilis eſt, vnde ipſa nō eſt ſubiectum paſsionum animæ, ſicut ſunt amor & odium, reminiſcentia, & huiuſmodi, quæ ex aliqua paſsione corporali contingunt. Paſsiuus vero intellectus corruptibilis, eſt. i. pars animæ, quę non ſine prędictis paſsionibus, eſt corruptibilis, pertinent enim ad partem ſenſitiuam. Tamen hæc pars animæ dicitur intellectus, ſicut & dicitur rationalis, inquātum aliqualiter participat rationem, obediendo rationi, & ſequendo motum eius, vt dicitur in primo Ethicorum. Sine hac autem parte animæ corporali, intellectus nihil intelligit. Non enim intelligit aliquid ſine phantaſmate, vt infra dicetur. Et ideo deſtructo corpore non remanet in anima ſeparata ſcientia rerum ſecundum eundem modum, quo modo intelligat. Sed quomodo tunc intelligat, non eſt præſentis intentionis diſcutere.

Lectio. 20. Cap. 19.

LECTIO XI.

Duplicem eſſem intellectus operationem exponit: vnam circa indiuiſibilia & ſimplicia, in qua nec verum nec falſum eſt, niſi per accidens, alteram, circa compoſitionem & diuiſionem conceptuum ſecundum affirmationem & negationem, in qua iam verum, vel falſum eſt.

IN diuiſibilium igitur intellectio in hiſce conſiſtit, circa quæ falſitas non eſt. At in quibus & falſitas iam & veritas ineſt, in hiſce compoſitio quædam iam cōceptuum intellectus, quaſi ipſi ſint vnum. Atq; vt Emped. dixit.

Multorum certe capita, admirabile dictu.
Ceruicibus ſine ſunt exorta, in luminis aura.
Illa tamen dulcis poſt hoc concordia iungit.

Sic & hæc ſeparata componi ſolent, vt incommenſurabile & diameter. Quod ſi eorum etiam, quæ fuerunt, vel erunt, ſit compoſitio, & tempus inſuper intelligere, atque additur. Falſitas enim in compoſitione ſemper conſiſtit. Nam ſi album nō album eſſe dicat, ipſum tum non album componit. Licet autem per diuiſionem etiam omnia dicere. At tamen falſitas aut veritas non ſolum conſiſtit in hoc, Cleon eſt albus, ſed in his etiam Cleon erat, vel erit albus. Id vero, quod ſingulos dictos conceptus componit, vnumque facit, ipſe eſt intellectus.

Tex. commen. 21. Intellectus opationes duo.


Indiuiſibilium igitur intelligentia in his eſt, circa quæ non eſt falſum. In quibus autem & falſum iam, & verū eſt, compoſitio quędam iam intellectuum eſt, ſicut eorum, quæ vnum fiunt. Sicut Empedocles dixit, multorum quidem capita ſine ceruice germinauerunt, poſtea compoſita ſunt concordia, ſicut & hæc ſeparata compoſita ſunt, vt à ſymmetron, & diametros, & vt ſymmetron, & diametros. Si autem factorum, aut futurorū ſit compoſitio, tempus cointelligens eſt, & componens. Falſum enim in compoſitione ſemper eſt. Et nanque ſi album non albo, aut ſi non album albo componit. Contingit autem & diuidentem dicere omnia. Sic ergo eſt non ſolum falſum, aut verum quòd albus Cleon eſt, ſed & quod erat, aut erit. Vnū autem faciens vnumquodque, hoc intellectus eſt.

Tex. commen. 22.

Poſtquam Philoſophus determinauit de intellectu, hic determinat de operatione intellectus. Et diuiditur in duas partes. In prima diſtinguit duas operationes intellectus. In ſecunda determinat de vtraque earum. ibi. {Indiuiſibile autem.} Dicit ergo primo, quòd vna operationum intellectus eſt, ſecundum quòd intelligit indiuiſibilia. puta cum intelligit hominē, aut bouem, aut em aliquid huiuſmodi incomplexorum. Et hæc intelligentia eſt in his, circa quæ non eſt falſum, tum quia incomplexa non ſunt vera neq; falſa, tum quia intellectus non decipitur in eo quod quid eſt, vt infra dicetur. Sed in illis intelligibilibus, in quibus eſt verum & falſum eſt iam quædam compoſitio intellectum, id eſt rerum intellectarum. ſicut quando ex multis fit aliquid vnum. Et ponit exemplum ſecundum opinionem Emped. qui opinabatur, ꝙ omnia generata ſunt à caſu, non propter aliquem finem, ſed ſecundum quòd cōtingit ex diuiſione rerum per litem, & coniunctione per amicitiam. Vnde dixit, ꝙ à principio germinauerunt multa capita ſine ceruice, & ſimiliter multæ aliæ partes animalium ſeparatæ ab alijs partibus. Et dicit {germinauerunt} quaſi ex elementis producta ſine ſemine animalis, ſicut terra germinat herbam virentem. Sed poſtmodū huiuſmodi partes ſic diuiſæ compoſitæ ſunt per cōcordiam, & ex eis factum eſt vnum animal habens diuerſas partes, vtputa caput, manus, pedes, & huiuſmodi. Et vbi eſt conſtitutum animal habens omnes partes neceſſarias ad ſui conſeruationem, idem animal ſaluatum eſt, & generauit ſibi ſimile. Si autem defuit aliqua aliarum partium, non potuit ſaluari, nec remanſit in ſibi ſimili per generationem. Sicut ergo Emped. poſuit quòd amicitia compoſuit multas partes, & conſtituit ex eis vnum animal, ita & intellectus multa incomplexa prius ſeparata cōponit & facit ex eis vnū intellectum, in qua compoſitione quandoque eſt veritas, quandoque falſitas. Veritas quidem, quando componit ea, quæ in re ſunt vnū & compoſita, ſicut cum componit à ſymmetrum, hoc eſt incōmenſurabilem & diametrum.

metrum. nam diameter quadrati eſt incommenſurabilis lateri. Falſa autem compoſiuo eſt, quando componit ea, quæ non ſunt compoſita in rebus, ſicut cum componit ſymmetrum diametro dicens, quod diameter quadrati eſt ſymmeter, id eſt commenſurabilis lateri.

COSTA QVADRATI.



Symmetrum & diametrum aliquando ſeparatim & ſeorſum intellectus intelligit, & tunc ſunt duo intelligibilia: quando autem componit, ſit vnum intelligibile, & ſimul intelligitur ab intellectu. Sed, quia intellectus non ſemper componit ea, quæ ſunt in præſenti, ſed quæ fuerunt vel erunt, ideo ſubiungit ꝙ ſi intellectus faciat compoſitionem factorum, i. præteritorũ & futurorum, oportet ꝙ cointelligat ſuę compoſitioni tempus pręteritum, & futurum. Et ſic componit, formans cõpoſitionem de præterito vel de futuro. Et ꝙ hoc ſit verum probat, quia contingit compoſitionem de præterito, vel de futuro eſſe falſam, falſum autem ſemper in compoſitione eſt. Et namq; falſum eſt, ſi non album componatur ei, quod eſt album, vt ſi dicas, cygnus non eſt albus: aut ſi albũ componatur ei quod nõ eſt album, vt ſi dicatur quod coruus eſt albus. Et quia quęcunq; contingit affirmare, contingit etiã negare, ſubiungit ꝙ omnia prædicta poſſunt per diuiſionem fieri. Poteſt enim intellectus omnia diuidere, & ſecundum præſens tempus, & ſecundum pręteritũ, & ſecundũ futurũ, & vere & falſe. Sic igitur patet quod cum compoſitio non ſolum ſit ſecundum præſens tempus, ſed ſecũdum præteritum & futurum, verum autem & falſum cõſiſtit in compoſitione & diuiſione: oportet quod verũ & falſum non ſint in propoſitionibus de pręſenti, puta ꝙ Cleon eſt albus, ſed etiam in illis de pręterito & futuro, puta ꝙ Cleon erit, vel fuit albus. Conſiderandum eſt autem, ꝙ compoſitio propoſitionis non eſt opus naturæ, ſed eſt opus rationis & intellectus. Et ideo ſubiungit, ꝙ illud quod facit vnumquodq; intelligibilium, componẽdo ex intelligibilibus propoſitiones, hoc eſt intellectus. Et quia verum & falſum conſiſtit in cõpoſitione, ideo dicitur in ſexto Metaphyſicæ, ꝙ verum & falſum nõ eſt in rebus, ſed in mente. Deinde cum dicit.

Quomodo intellectus vnũquodque indiuiſibile intelligat. *Cum autem dupliciter indiuiſibile dicatur, aut potentia, aut actu, nihil prohibet intellectum, cũ longitudinem intelligit, indiuiſibile intelligere, & in indiuiſibili tempore. Eſt enim indiuiſibilis actu, & tempus perinde atque longitudo, diuiſibile ac indiuiſibile eſt. Non igitur dici poteſt, quid in vtroque temporis dimidio intelligebat. Non eſt enim ſi non diuiſio fiat, niſi potentia. At cum vtrunq; ſeorſum intelligit, diuidit ſimul & tempus, atq; tunc vt longitudines illa intelligit. Quod ſi longitudinem, vt ex vtriſque conſtantem intelligat, in eo quoque tempore nimirum ipſam intelligit, quod ex vtriſque pari modo temporibus conſtat, atque componitur.*

Indiuiſibile autem, quoniam dupliciter, potentia, aut actu eſt, nihil prohibet intelligere indiuiſibile, cum longitudinem intelligat. Indiuiſibilis enim actu eſt, & in tempore indiuiſibili. Similiter enim tempus eſt diuiſibile & indiuiſibile longitudini. Non. n. eſt dicere, quid in vtroq; dimidio intelligat. non enim eſt, niſi diuidatur, niſi in potentia. Seorſum autem vtrunque intelligens dimidiorum, diuidit & tempus ſimul. Tunc autem vt longitudine. Si vero ſicut ex vtriſque, & in tempore quod in vtriſque. Tex. commen. 23.

Determinat de vtraq; pręditarum operationum. Et primo de ea, quæ eſt intelligentia indiuiſibilium. Secundo de ea, quę eſt cõpoſitio & diuiſio, ibi. {Eſt autem dictio quidem.} Tertio ponit quoddam quod eſt commune vtriſque, ibi. {Idem autem eſt ſecũdum actum.} Prima pars diuiditur in tres, ſecundũ quòd indiuiſibile dicitur tripliciter, quot videlicet modis dicitur & vnũ, cuius ratio ex indiuiſione eſt. Dicitur enim vno modo aliquid vnum cũ continuitate. Vnde & illud, quod eſt continuum, Indiuiſibile dicitur, inquantum nõ eſt diuiſum actu, licet ſit diuiſibile in potentia. Hoc eſt ergo, quod dicit, quòd cũ diuiſibile dicatur dupliciter, ſcilicet actu, & potentia, nihil prohibet intellectum intelligibile indiuiſibile, cum intelligit aliquid continuum, ſcilicet longitudinem, quæ eſt indiuiſibilis actu, licet ſit diuiſibilis potentia. Et propter hoc intelligit eam cũ indiuiſibili tempore, quia intelligit eam, vt indiuiſibile. Et hoc eſt contra opinionem Platonis in primo poſitam, qui poſuit intelligentiam fieri, quaſi per motum quendam cõtinuum magnitudinis. Poteſt ergo intellectus intelligere magnitudinem dupliciter. Vno modo, ſecundum quòd eſt diuiſibilis in potentia, & ſic intelligit lineã numerando partem poſt partem, & ſic intelligit eam in tempore: alio modo ſecundum quòd eſt indiuiſibilis in actu, & ſic intelligit eam, vt vnum quid cõſtans ex multis partibus, & ſic intelligit eam ſimul. Et ideo ſubiungit, quòd ſimiliter tempus, & longitudo diuiditur vel non diuiditur intelligendo. Vnde non eſt dicere, quòd intelligatur ſecundum medium vtriſque, id eſt quòd media pars intelligatur in medio temporis. Hoc enim non eſſet, niſi linea diuideretur in actu, ſed eſt diuiſibilis tantum in potentia. Si autem vtrunque dimidium lineæ ſeorſum intelligat, tunc diuidit lineam in actu ſecundum intellectum. Vnde & tunc tempus ſimul diuiditur, ſicut & longitudo. Si autem intelligat lineam, ſicut vnum quid conſtitutum ex duabus partibus, etiam intelliget in tempore non diuiſo, ſed ſecundum aliquid, quòd eſt in vtriſq; partibus temporis, ſcilicet in inſtanti. Et ſi continuetur conſideratio per aliquod aliud tempus, non diuidetur tempus, vt aliud intelligat in vna parte temporis, & aliud in alia, ſed idem in vtraque. Deinde cum dicit.

Indiuiſum tripliciter dicitur veluti, & vnum.

Tex. commen. 47. & inde.

Quod vero non quantitate. ſed forma eſt diuiſibile, id indiuiſibili tempore, & animæ indiuiſibili percipit, atq; intelligit. Per accidens autem, & non hoc ſane, quo illa diuiſibilia ſunt, id quod intelligit, & tempus, in quo intelligit, ſed hoc, quo indiuiſibilia ſunt. Ineſt enim & in his indiuiſibile quoddam, & at fortaſſe non ſeparabile, quod quidem vnum tam tempus ipſum, quam ipſam longitudinem facit. Atque id omni ſane continuo, & tempori, & longitudini ſimiliter ineſt.

Tex. comment. 24. *Quod autem non ſecundum quantitatem indiuiſibile eſt, ſed ſpecie, intelligit & indiuiſibili tempore, & indiuiſibili animæ Secundum accidens autem, & non inquantum illa diuiſibilia, quod intelligit, & in quo tempore, ſed inquantum indiuiſibilia. Ineſt enim & in his aliquid indiuiſibile, ſed forte non ſeparabile, quod facit tempus vnum, & longitudinem. Et hoc ſimiliter in omni eſt & continuo, & tempore, & longitudine.*

Ponit alium modum indiuiſibilis. Nam dicitur alio modo vnum, quando habet ſpeciem vnam, & ſi ſit compoſitum ex partibus non continuis, ſicut homo, aut domus, aut etiam exercitus, & huic reſpondet indiuiſibile ſecundum ſpeciem, Et de hoc dicit hic, ꝙ illud, quod eſt indiuiſibile non ſecundum quantitatem, ſed ſecundũ ſpeciem, intelligit anima tempore indiuiſibili, & per indiuiſibilem animæ partem, non ꝙ intellectus intelligens ſit aliqua magnitudo, vt Plato poſuit. Et licet illud, quod eſt indiuiſibile ſpecie, habeat aliquam diuiſionem in partibus, tamen illa diuiſa intelligit per accidens, non inquantum ſunt diuiſibilia, & ex parte eius quod intelligitur, & ex parte temporis, ſed inquantum ſunt indiuiſibilia: quia in partibus diuiſis etiam in actu, eſt aliquid indiuiſibile, ſcilicet ipſa ſpecies, quam intellectus indiuiſibiliter intelligit. Sed ſi intelligeret partes, vt diuiſas, puta carnem per ſe, & os per ſe, & ſic de alijs, tunc non intelligeret in tempore indiuiſibili. Vult autem Philoſophus conſequenter oſtẽdere ſimilitudinem huius modi ad primum modũ. Sicut enim in hoc modo eſt aliquid indiuiſibile, ſcilicet ſpecies, quæ facit omnes partes totius eſſe vnum, ſic forte in continuis eſt aliquid inſeparabile, ſcilicet indiuiſibile, quod facit tempus eſſe vnum, & longitudine vnam, ſiue hoc dicatur eſſe punctum in longitudine, & inſtans in tempore, ſiue ipſa ſpecies longitudinis, aut temporis. Sed in hoc differt, quòd iſtud indiuiſibiliter eſt ſimiliter in omni continuo & tempore, & longitudine, ſed indiuiſibile quod eſt ſpecies, non eſt ſimiliter in omnibus habentibus ſpeciem, quia quædam componuntur ex partibus homogeneis, quædam ex partibus heterogeneis, & ex his diſsimiliter. Deinde cum dicit.

Punctum autem, omniſque diuiſio, & id, quod eſt ſic indiuiſibile, perinde, atque priuatio cognoſcitur, manifeſtumq; euadit. Similis eſſe videtur, & in alijs ratio. Hoc enim modo malum cognoſcit, atque etiam nigrum. Contrarium nanque quodammodo cognoſcit. Id autem quod cognoſcit, potentia nimirum eſſe, & in ipſo potentiam ineſſe oportet. Quod ſi cauſarum alicui nullum ſit omnino contrarium, illa ſeipſam profecto cognoſcit, & eſt actus, & etiam ſeparabilis.

Lect. 25. *Punctum autem, & omnis diuiſio, & ſic indiuiſibile, monſtratur, ſicut priuatio. Et ſimilis ratio in alijs eſt, vt quomodo malum cognoſcit, aut nigrum. Contrario enim aliquo modo cognoſcit. Oportet autem potentia eſſe cognoſcens, & vnum eſſe in ipſo. Si vero alicui cauſarum non ineſt contrarium, ipſa cognoſcit ſeipſam, & actu eſt, & ſeparabilis.*

Proſequitur de indiuiſibili tertio modo dicto. Videtur enim vnum eſſe, quod eſt penitus indiuiſibile, vt punctus & vnitas. & de hoc oſtendit nunc, quomodo intelligitur: dicens, quod punctum, quod eſt quoddam ſignũ diuiſionis inter partes lineę, & omne quod eſt diuiſio inter partes cõtinui, ſicut inſtans inter partes temporis, & ſic de alijs, & omne, quod eſt ſic indiuiſibile in potentia & actu, vt punctus {monſtratur,}.i. manifeſtatur intellectui {ſicut priuatio}.i. per priuationem continui & diuiſibilis. Cuius ratio eſt, quia intellectus noſter accipit à ſenſu, & ideo ea cadunt prius in apprehenſione intellectus noſtri, quæ ſunt ſenſibilia, & huiuſmodi ſunt magnitudinem habentia, vnde punctus, & vnitas nõ diffiniuntur, niſi negatiue. Et inde eſt etiã, quòd omnia quæ tranſcendunt hæc ſenſibilia nota nobis, non cognoſcuntur à nobis, niſi per negationem. ſicuti de ſubſtantijs ſeparatis cognoſcimus, quòd ſunt immateriales & incorporeæ, & alia huiuſmodi. Et ſimilis ratio eſt in alijs, quæ cognoſcuntur per oppoſitum, vt quando cognoſcit intellectus malum, aut nigrum, quæ ſe habent ad ſua oppoſita, vt priuationes, ſemper enim alterum contrariorum eſt, vt imperfectum, & vt priuatio reſpectu alterius. Et ſubiungit quaſi reſpondens, quòd intellectus cognoſcit vtrunque iſtorum aliquo modo, ſuo contrario, ſ. malum per bonũ, & nigrum per album. Oportet autem, quòd intellectus noſter, qui ſic cognoſcit vnum contrariorum per alterũ, ſit in potentia cognoſcens, & ꝙ in ipſo ſit ſpecies vnius oppoſiti, per quam aliud cognoſcat, ita quòd quandoque ſit in ipſo ſpecies albi, & quandoque ſpecies nigri, vt per vnum poſsit cognoſcere alterum. Si autem eſt aliquis intellectus, cui nõ ineſt vnum contrariorum, ad cognitionem alterius, tunc oportet quòd talis intellectus cognoſcat ſeipſum primo, & per ſeipſum cognoſcat alia, & ꝙ ſit ſemper in actu, & ſit penitus ſeparabilis à materia, etiam ſecundum eſſe, vt oſtenſum eſt de intellectu Dei. in. 12. Metaphyſicę. Deinde cum dicit.

Eſt autem dictio quidem quippiam de quopiam, quemadmodum affirmatio. Atque omnis eſt vera, vel falſa. Tex. 41. & 51.
At intellectus non omnis, ſed qui eſt ipſius quid eſt ad formam accommodati, eſt verus, & non quippiam de quopiam dicit. Sed vt viſio proprij ipſius eſt vera, ſi vero album hominem eſſe dicat, non ſemper eſt vera. Sic ſeſe habent ea, quæ ſine materia ſunt.

Eſt autem dictio quidem, aliquid de aliquo, ſicut affirmatio & vera, aut falſa, omnis. Intellectus autem non Tex. comment. 26.
omnis, ſed qui eſt ipſius quid eſt, ſecundum hoc quòd aliquid erat eſſe, verus eſt, & non aliquid de aliquo, ſed ſicut videre proprij verum eſt. Si autem homo album, aut non, non verum ſemper. Sic autem ſe habent quacunque ſine materia ſunt.

Determinat de ſecũda operatione intellectus, quæ eſt compoſitio. & diuiſio. Et dicit, quòd dictio, qua dicit intellectus aliquid de aliquo, ſicut contingit in affirmatione, ſemper eſt aut vera, vel falſa. Sed intellectus non ſemper eſt verus, aut falſus, quia intellectus eſt incomplexorum, qui neque verus, aut falſus eſt, quantum ad id, quod intelligitur. Veritas enim & falſitas conſiſtit in quadam adæquatione, vel comparatione vnius ad alterum, quæ quidem eſt in compoſitione, vel diuiſione intellectus. Non autem in intelligibili incomplexo. Sed licet ipſum intelligibile incomplexum non ſit neque verum, neq; falſum, tamen intellectus intelligendo ipſum verus eſt, inquantum adæquatur rei intellectæ. Et ideo ſubdit, quòd intellectus, qui eſt ipſius quid eſt, ſecundum hoc quod aliquid erat eſſe, ſcilicet ſecundum quòd intelligit quid eſt res, verus eſt ſemper, & non ſecundum quòd intelligit aliquid de aliquo. Et huius rationem aſſignat, quia quod quid eſt eſt primum obiectum intellectus. vnde ſicut viſus nunquam decipitur in proprio obiecto, ita neque intellectus in cognoſcendo quod quid eſt. Nam intellectus nunquam decipitur in cogno-

ſcendo

ſcendo quod quid eſt homo. Sed ſicut viſus non ſemper verus eſt in iudicando de his, quę ſunt adiuncta proprio obiecto, puta ſi album eſt homo, vel non, ſic intellectus non ſemper eſt verus in componendo aliquid alicui. Sic enim ſe habent in intelligendo ſubſtãtiæ ſeparatæ, ſi penitus ſunt ſine materia, ſicut cum nos intelligimus quod quid eſt, & ideo in earũ intellectu non contingit eſſe falſum. Sciendum tamen eſt, ꝙ in cognoſcendo quod quid eſt, contingit eſſe deceptionem per accidens, dupliciter ratione compoſitionis interuenientis. Vno modo prout diſtinitio vnius rei eſt falſa ad aliam rem, ſicut diffinitio circuli eſt falſa ad triangulum. Alio modo, prout partes diffinitionis nõ cohærent ſibi inuicem, & tunc diffinitio eſt falſa ſimpliciter, vt ſi aliquis ponat in diffinitione alicuius animalis inſenſibile, vnde in illis, in quorum diffinitione nulla eſt compoſitio, non contingit eſſe deceptionem, ſed oportet ea vel intelligere vere, vel nullo modo,

Lectio. 13. vt dicitur in. 9. Metaphyſicæ. Deinde cum dicit.

Tex. commen. 22.

Scientia autem ea, quæ eſt actu, eſt idem quod res, ea vero, quæ eſt potentia, in vno prior eſt tempore. Simpliciter autem neq; tempore. Sunt enim vniuerſa quæ fiunt, ex eo quod actu eſt.

Tex. commen. 27.

Idem autem eſt ſecundum actum ſcientia, rei: quæ vero ſecundum potentiam, tempore prior eſt in vno, omnino autem, neque tempore: fiunt enim ex actu ente, omnia quæ fiunt.

Reſumit quoddam, quod ſupra dictum eſt, de intellectu ſecundum actum, eo ꝙ nunc etiam de actu intellectus locutus eſt. & dicit, quod ſcientia ſecundum actum eſt idem rei ſcitę ſm actum, & ꝙ ſcientia, quę eſt ſm potentiam, eſt in vno, & eodem prior tempore, ſed vniuerſaliter, neque eſt tempore prior, quia omnia quæ ſunt in actu, fiunt ex ente in actu, & hoc ſupra expoſitum eſt.

LECTIO XII.

Oſtendit intellectum moueri ab intelligibili, nec poſſe intelligere ſine phantaſmate: Quod item intellectus practicus & ſpeculatiuus in anima non ſint realiter diſtincti, ſed ratione tantum, probat, quo pacto demum ad abſtractorum cognitionem ſe habeat exponit.

Tex. commen. 21.

SEnſibile autem ad actum ex potentia ſenſitiuum ipſum, deducere, actuque videtur efficere. Non enim patitur, ac alteratur. Quapropter alia quædam eſt hæc ſpecies motus. Nam motus actus eſt imperfecti. At actus ſimpliciter, qui quidem eſt rei perfectæ, alius eſt omnino, diuerſus ab illo.

Tex. commant. 28.

Videtur autem ſenſibile ex potentia exiſtente ſenſitiuo actu agens. non enim patitur, neque alteratur. Vnde alia hæc ſpecies motus. Motus enim imperfecti actus, ſimpliciter autem actus alter eſt, qui perfecti.

Poſtquam Philoſophus determinauit de intellectu ſecundum ſe hic determinat de intellectu per comparationem ad ſenſum. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit qualis ſit motus ſenſus. Secundo, aſſimilat motum intellectus motui ſenſus, ibi. {Sentire quidem igitur.} Dicit ergo primo, quòd ſenſibile videtur faciens in actu partẽ ſenſitiuã, ex eo quòd erat in potentia. Non enim ſic agit ſenſibile in ſenſum ſicut contrarium in ſuum cõtrarium, vt aliquid ab eo abijciat tranſmutando, & alterando ipſum, ſed ſolum reducit eum de potẽtia in actum. Et hoc eſt quod ſubdit, quod ſenſitiuum neq; patitur, neque alteratur à ſenſibili, paſſione, & alteratione proprie accepta, ſecundum ſcilicet quod eſt ex contrario in contrarium. Et quia motus, qui eſt in rebus corporibus, de quo determinatum eſt in libro Phyſ. eſt de contrario in contrarium, manifeſtum eſt, quod ſentire, ſi dicatur motus, eſt alias ſpecies motus ab ea, de qua determinatum eſt in lib. Phyſ. Ille enim motus eſt actus exiſtentis in potentia: quia videlicet recedens ab vno cõtrario, quãdiu mouetur, non attigit alterum cõtrarium, quod eſt terminus motus, ſed eſt in potentia ad ipſum. Et quia omne, quod eſt in potentia, inquantum huiuſmodi, eſt imperfectum, ideo ille motus eſt actus imperfecti. Sed iſte motus eſt actus perfecti: eſt.n. operatio ſenſus iam facti in actu, per ſuam ſpeciem. Non enim ſentire conuenit ſenſui, niſi in actu exiſtenti, & ideo iſte motus ſimpliciter eſt alter à motu phyſico. Et huiuſmodi motus dicitur proprie operatio, vt ſentire & intelligere, & velle. Et ſecũdum hunc motum anima mouet ſeipſam, ſecundum Plato. inquantum cognoſcit, & amat ſeipſam. Deinde cum dicit.

Sentire igitur ipſi dicere ſolũ, ac intelligere ſimile eſt. Cum autem ſenſus iucundum, aut moleſtũ diſcernit, quaſi affirmauerit, aut negauerit, tum perſequitur, aut fugit, atque delectari, aut dolere, eſt operari ipſa medietate ſenſus ad bonum, aut malum, vt talia ſunt, & fuga, & appetitus, qui eſt actu, hoc ſunt. Et non aliud eſt appetitiuum, aliud fugitiuum, nec alia ſunt iſta à ſenſitiuo, quanquam ipſorum ratio non eſt eadem, ſed diuerſa.

Sentire igitur ſimile eſt ipſi dicere ſolum, & intellige- Text. commen. 29.
re. Cum autem delectabile, aut triſte, vt affirmans, aut negans, proſequitur, aut fugit. Et eſt delectari & triſtari, agere ſenſitiua medietate, ad bonum aut malum inquantum talia, & fuga, & appetitus, qui ſecundũ actum hoc ſunt. Et non eſt alterum, appetitiuum & fugitiuum, neq; abinuicem. neque à ſenſitiuo, ſed eſſe alterum eſt.

Aſſimilat motũ intellectus, motui ſenſus. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit qualiter procedit motus in ſenſu. Secundo oſtendit, quòd ſimiliter procedit in intellectu ibi. {Intellectiuæ autem.} Dicit ergo primo, ꝙ cum ſenſibile reducat in actũ ſenſitiuum ſine paſſione & alteratione, ſicut de intellectu ſupra dictum eſt, manifeſtum eſt ex dictis, quòd ipſum ſentire eſt ſimile ei, quod eſt intelligere, ita tamen quòd quando eſt ſolum ſentire, i. apprehendere & iudicare ſecundum ſenſum, hoc eſt ſimile ei, quod eſt ſolum dicere & intelligere: quando. ſ. intellectus iudicat aliquid, & apprehendit, quod eſt dicere, quia ſimplex apprehẽſio, & iudicium ſenſus aſſimilatur ſpeculationi intellectus. Sed quãdo ſenſus ſentit aliquid delectabile, aut triſte, quaſi affirmans & negans id, quod ſenſu percipitur, eſſe delectabile aut triſte, tunc proſequitur per appetitum, i. deſiderat, aut fugit. Et dicit ſignanter {aut affirmans aut negans} quia facere affirmationẽ & negationem, eſt proprium intellectus, vt ſupra dictũ eſt. Sed ſenſus facit aliquid ſimile huic, quando apprehendit aliquid, vt delectabile & triſte. Et vt ſciatur quid ſit delectari & triſtari, ſubiũgit quòd delectari & triſtari eſt agere ſenſitiua medietate, id eſt actio quædam ſenſitiuæ virtutis, quæ dicitur medietas, inquantum ſenſus communis comparatur ad ſenſus proprios, vt quoddam medium, ſicut centrum comparatur ad lineas terminatas ad ipſum. non autem omnis actio ſenſitiuæ partis eſt delectare & triſtari, ſed quæ eſt reſpectu boni vel mali, inquãtum huiuſmodi. Nam bonum ſenſus, ſcilicet quod eſt ei conueniens, cauſat delectationem, malum autem quod eſt repugnans & nociuum, cauſat triſtitiam. Et ex hoc quod eſt triſtari vel delectari, ſequuntur fuga & appetitus, id eſt deſiderium, quæ ſunt ſecundum. actum. Patet igitur, quòd motus ſenſibilis in ſenſum procedit quaſi triplici gradu. Nam. primo apprehendit ipſum

Motus ſenſus & intelle* in quo conueniant. Tex. com. 2. & 3.

Text. comment. 26.

ſenſibile, vt conueniens vel nociuum. Secundo ex hoc ſequitur delectatio & triſtitia. Tertio autem ſequitur deſiderium vel fuga. Et quanuis appetere, vel fugere vel ſentire, ſint diuerſi actus, tamẽ principium eorum eſt idem ſubiecto, ſed ratione differt. Et hoc eſt quod ſubiungit, ꝙ appetitiuum & fugitiuum, i. pars animæ, quæ fugit & deſiderat, non ſunt alteræ ſubiecto, neq; abinuicem, neque à parte ſenſitiua, ſed eſſe aliud eſt. i. differunt ratione. Et hoc dicit contra Platonem, qui ponebat in alia parte corporis organum appetitiui, & in alia organum ſenſitiui. Deinde cum dicit.

Tres gradus in cognitione ſenſitiua.

Animæ autem, quæ principium eſt ratiocinandi, ipſa phantaſmata, perinde atq; ſenſibilia ſenſui ipſi ſubijciuntur, atq; cum bonum aut malum eſſe dicit, affirmando aut negando, tum fugit aut perſequitur. Quapropter ipſa anima ſine phantaſmate nunquam intelligit.

Anima nunquam abſq; phãtaſmate intelligit. Text. comment. 30.

Intellectiua autem anima, phantaſmata, vt ſenſibilia ſunt. Cum autem bonum aut malum, affirmat, aut negat, & fugit aut proſequitur. Propter quod nunquam ſine phantaſmate intelligit anima.

Aſsimilat proceſſum motus in intellectu, ad id quod dictum eſt circa ſenſum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo habet ſe circa ſenſibilia, Secũdo quomodo ſe habet ad ea, quę ſunt à ſenſibilibus ſeparata. ibi. {Abſtractione autem.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo intellectus ſe habet circa ſenſibilia in agendo. Secundo comparat intellectum actiuum ad ſpeculatiuum. ibi. {Vt omnino in actione.} Circa primum duo facit. Primo aſsimilat proceſſum intellectus proceſſui ſenſus. Secundo manifeſtat ſimilitudinem. ibi. {Sicut enim aer.} Dicit ergo primo, quòd phantaſmata ſe habent ad intellectiuam partem animæ, ſicut ſenſibilia ad ſenſum. Vnde ſicut ſenſus mouetur à ſenſibilibus, ita intellectus à phantaſmatibus. Et ſicut, cum ſenſus apprehendit aliquid ſicut delectabile vel triſte proſequitur illud, aut fugit, ita etiam cum intellectus apprehendit aliquid, affirmans vel negans eſſe bonum vel malum, fugit aut proſequitur. Ex ipſo autem modo loquendi Ariſto. duplex eſt attendenda differentia inter intellectũ & ſenſum: quia in ſenſu erant tria. Nam ex apprehenſione boni vel mali, non ſtatim ſequebatur deſiderium vel fuga, ſicut hic circa intellectum, ſed ſequebatur delectatio & triſtitia, & ex hoc vlterius deſiderium & fuga. Cuius ratio eſt, quia ſicut ſenſus non apprehendit bonum vniuerſale, ita appetitus ſenſitiuę partis nõ mouetur à bono vel malo vniuerſali, ſed à quodam determinato bono, quod eſt delectabile ſecundum ſenſum. & quodam determinato malo, quod eſt contriſtans ſecundũ ſenſum. In parte autem intellectiua eſt apprehenſio boni & mali vniuerſalis, vnde & appetitus intellectiuæ partis mouetur ſtatim ex bono vel malo apprehenſo. Secunda differentia eſt quòd de intellectu dicit ſimpliciter quod affirmat vel negat, ſed de ſenſu, quod quaſi affirmat vel negat. Cuius ratio ex dictis patet. Ex hoc autẽ quod dixerat, concludit vlterius, quod ſi phantaſmata ſe habẽt ad animam intellectiuam ſicut ſenſibile ad ſenſum, ſicut ſenſus non poteſt ſentire ſine ſenſibili, ita anima non poteſt intelligere ſine phantaſmate. Deinde cum dicit.

Duplex inter intellectum, & ſenſum differentia.

Fit autem & hic perinde vt ibi. Nam aer quidem pupillam talem efficit, ipſa autem aliud: auditus ſimili modo. Ipſum vero vltimum, vnum quidem eſt, & medietas vna & ipſius plures ſunt rationes, quo vero dijudicat, atque diſcernit calidum à dulci differre, dictum & prius eſt, & nunc etiam dicendum. Eſt enim vnum quid ipſum, & ita vnum, vt terminus. Atq; hæc ipſa vnum ſunt, aut ſimilitudine rationis, aut numero, quẽ habent ad vtrunque, vt illa inter ſeſe habent. Quid enim intereſt, ſi quonam pacto diſcernit, aut ea, quæ ſub eodem genere collocantur, aut contraria, dubitemus, vt album, ac nigrum. Si igitur vt eſt A, quod eſt album, ad B, quod eſt nigrum, ſit: C ad D: quare mutuo ordine cõparationem etiam eorundem vere facere licet. Si igitur C D, ſint vnum, ipſa profecto ſeſe habebunt perinde atque A B, vt ſint idem & vnum. Non eandem autem habebũt rationem & illa ſimili modo. Eadem erit omnino ratio, & ſi A quidem ſit dulce, B vero album.

Sicut enim aer pupillam talem facit, ipſa autem alterum, & auditus ſimiliter. Sed vltimũ, vnum eſt, & vna medietas, eſſe autem ipſi plura. Quo autem diſcernit, quo differt dulce & calidum, dictum eſt quidem & prius, dicendum autẽ & nunc. Eſt enim aliquid vnũ, ſic autem vt terminus. Et hæc in proportionali, aut numero ens vnum habet ſe ad vtrunq;, ſicut illa adinuicem. Quid enim differt, non homogenea iudicare, aut contraria. vt album & nigrum? Sit igitur ſicut A album, ad B nigrum G ad D ſicut illa adinuicem, quare & permutatum. Sicut igitur G D vni inſunt, ſic ſe habebunt, ſicut & A B idem quidem, eſſe autem non idem: & illud ſimiliter. Eadem autem ratio eſt, & ſi A quidem dulce ſit, B vero album.

Tex. commen. 31.

Tex. commen. 32.

Manifeſtat ſimilitudinem poſitam. Et primo quantũ ad hoc quod dixit, quod intellectiuę animę phantaſmata ſunt vt ſenſibilia. Secundo quantum ad hoc quod dixit, quod cum bonum aut malum affirmat, aut negat, fugit aut proſequitur. ibi. {Species quidem igitur.} Dicit ergo primo, quod aer immutatus à calore, facit pupillam huiuſmodi, id eſt facit eam aliqualem, imprimẽs in eam ſpeciem coloris, & ipſa, ſcilicet pupilla ſic immutata immutat alterum, ſcilicet ſenſum communem, & ſimiliter auditus immutatus ab aere immutat ſenſum cõmunem. Et licet ſenſus exteriores ſint plures tamen vltimum, ad quod terminantur immutationes horum ſenſuum, eſt vnum, quia eſt quaſi quædam medietas vna inter omnes ſenſus, ſicut centrum, ad quod terminantur òmnes lineę, quaſi ad vnum medium. Et quamuis ſit vnum ſubiecto illud mediũ omnium ſenſuum, tamen eſſe ipſius eſt plura, id eſt ratio ipſius diuerſificatur ſecũdum quòd ad diuerſos ſenſus comparatur. Et hoc eſt quo diſcernit anima, in quo differat dulce & calidum, de quo dictum eſt prius, cum de ipſo ſecundum ſe agebatur, & nunc etiam dicendum eſt de ipſo per comparationem ad intellectũ, quia eſt aliquid vnum reſpectu omnium ſenſibilium, ſicut intellectus eſt terminus omnium phantaſmatum. Et ſicut ex parte illa erant plura, quæ dijudicabãtur ab vno, ita & hic ex parte intellectus ſe habent in quodam modo proportionabiliter reſpondet vni dijudicãti circa ſenſibilia, aut etiam eſt ſimilitudo quantum ad numerũ dijudicatorum. Iſte enim inquantum terminus qui eſt intellectus ens vnũ ſe habet ad vtraq; inter quæ diſcernit, ſicut illa ſe habebant adinuicem. i. ſicut ſe habebat vnus ſenſus communis ad diuerſa ſenſibilia inter quę diſcernebat. Et non differt ſi accipiamus, cauſa exempli, vel non homogenea. i. diuerſa ſenſibilia non vnius generis, ſicut album, quod eſt in genere coloris: & dulce, quod eſt in genere ſaporis, inter quæ ſenſus communis diſcernit: aut ſi accipiamus cõtraria, vt album & nigrum, quæ ſunt vnius generis, quia inter vtraque ſenſus communis diſcernit. Accipiamus ergo a, loco albi: & b loco nigri: vt ſic ſe habeat a album ad b nigrum, ſicut g ad d: id eſt

id eſt

id eſt ſicut phantaſia albi, ad phantaſiam nigri, quare & ſecundum permutationem proportionum a ſe habet ad g ſicut b ad d,i. album ad phantaſma albi, ſicut nigrum ad phãtaſma nigri, & ſic ſe habet intellectus ad g & ad d .ſ.ad phantaſma albi & nigri, ſicut ſe habet ſenſus ad a & b.i.ad albũ & nigrum. Si igitur g & d.i.phantaſmata albi & nigri ſunt inexiſtentia vni.i. iudicantur ab vno intellectu, ſic ſe habebunt, ſicut a & b.i.album & nigrum, quę iudicantur ab vno ſenſu. Ita ꝙ ſicut ſenſus dijudicãs hæc duo erat vnũ ſubiecto, differens rõne ita erit de intellectu. Et eadem ratio eſt, ſi accipiamus non homogenea, vt.ſ.a ſit dulce, & b ſit album. Deinde cum dicit.

Intellectiuum igitur ipſas formas in phantaſmatibus ipſis intelligit. Et vt in illis ipſi definitum eſt id, quod fugiendum eſt, uel ſequendum, ſic & ſine ſenſu, cum in phantaſmatibus eſt, mouetur. Sentiens enim ſignum face datum ignem eſſe, videnſque ipſum communi ſenſu agitari motu, cognoſcit hoſtem accidere. At nonnunquam hiſce, quę ſunt in anima phantaſmatibus, aut mẽtis cõceptibus, quaſi videns ad ea, quę ſunt præſentia, ratiocinatur, atq; delibarat de futuris. Et cum hic dixerit rem eſſe, quæ voluptatem aut dolorem affert, tum fugit, aut perſequitur.

Tex. comment.33. *Species quidem igitur intellectiuũ in phantaſmatibus intelligit. Et ſicut in illis determinatum eſt ipſi imitabile & fugiendum, ſic & extra ſenſum, cum in phantaſmatibus fuerint, mouetur. Vt ſentiens quod fugibile eſt, quia ignis communi cognoſcit, videns id, quod mouetur, quoniam impugnans eſt. Aliquando autẽ ijs, quę ſunt in anima phantaſmatibus, aut intellectibus, tanquam videns ratiocinatur, & deliberat futura, aut præſentia. Et cum di-*
Tex. comment.34. *xerit eſſe ibi lętum, aut triſte, tunc fugit, aut imitatur.*

Manifeſtat quod dixerat ſupra, ꝙ cum intellectus affirmat vel negat bonum, aut malum, fugit aut proſequitur, concludens ex prædictis, ꝙ pars animæ intellectiua intelligit ſpecies à phantaſmatibus abſtractas. Et ſic intellectui determinatur aliquod imitabile, & fugiendum in illis.ſ.in ſenſibilibus, cum pręſentia fuerint, ita & modo ad imitandum vel fugiendum, cum fiunt in phantaſmatibus extra ſenſum, i.cum repreſentantur phantaſmata in abſentia ſenſibilium. Et ponit exemplũ de vtroque. Et primo, quando mouetur ad præſentiam ſenſibilium, ſicut homo ſentiens aliquid quod fugiẽdum eſt, id eſt aliquod terribile, puta fremitum aliquem, ſicut cum videt ꝙ ignis eſt acceoſus in ciuitate, videns ignem moueri, cognoſcit {communi,}.i.aliqua potentia communi dijudicatiua, vel {communi,}.i.ab eo quod communiter accidere ſolet, cognoſcit, inquam, quoniã ſunt prælia, vel quoniam eſt aliquid pugnans, & ſic mouetur aliquãdo intellectus ad fugiendum vel imitandum ex ſenſibili pręſente. Aliquando autẽ ex phantaſmatibus, aut intelligibilibus, quæ ſunt in anima ratiocinatur & deliberat futura, aut præſentia, tanquam ſi actu videret. Et cũ iudicat aliquid eſſe lætum vel triſte, fugit hoc, aut imitatur, vt ibi qñ mouebatur à præſenti ſenſibili. Deinde cum dicit.

Et omnino aliquid agit, ipſum etiam verum ac falſum, quæ ſine actione ſunt, in eodẽ genere ſunt, in quo ſunt bonũ ac malum. Sed abſolute differunt, atq; cuiuſpiam ratione.

Et omnino in actione & quod ſine actione eſt verum & falſum, in eodem genere eſt cum bona & malo. Sed in eo quod ſimpliciter differt & quodam.

Comparat cognitionem intellectus practici & ſpeculatiui, dicens {quod verum & falſum,}.i.vera & falſa cognitio intellectus {in actione}.i. ſecundum quòd pertinet ad intellectum practicum {& ſine actione}.i. ſecundum quòd pertinet ad intellectum ſpeculatiuum, eſt in eodem genere, ſiue illud genus ſit bonum ſiue malum. Quod poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ſic, ꝙ res intellecta vel practice, vel ſpeculatiue, quandoq; eſt bona, quandoq; eſt mala. Neq; diuerſificatur propter hoc genus rei, quòd conſideratur ſpeculatiue vel practice. Alio modo poteſt intelligi, quòd ipſa cognitio vera eſt quodam bonum intellectus ſiue ſpeculatiui, ſiue practici. Et ipſa cognitio falſa eſt quoddam malũ intellectus, ſiue ſpeculatiui, ſiue practici. Non ergo intendit comparare verum & falſum bono & malo ſecundũ conuenientiam generis, ſed verũ & falſum, quod eſt in actione, vero & falſo quod eſt ſine actione. Et hoc patet ex differentia, quam ſubdit dicens, quod differt, ſcilicet quod eſt in actione, & quod eſt ſine actione, in eo quod eſt ſimpliciter, & quodam. Nam intellectus ſpeculatiuus conſiderat aliquod verum eſſe, vel falſum in vniuerſali, quod eſt conſiderare ſimpliciter, intellectus autem practicus applicãdo ad particulare operabile, quia operatio in particularibus eſt. Deinde cum dicit.

At vero res ea, quæ vocitantur ob abſtractionem abſtracta, hoc pacto intelligit. Nam vt ſi quiſpiam ſimitatem, non vt eſt ſimitas, quo quidem pacto percipi ſeparata non poteſt, ſed vt concauitas eſt, intelligeret actu ſine ea cum ipſam intelligeret, carne, in qua concauitas eſt, ſic cum res intelligit mathematicas, tum non ſeparatas ipſas, vt ſeparatas intelligit. Omnino autem is intellectus, qui actu intelligit, res ipſæ vti diximus eſt. Quomodo intellectus Mathematica intelligat.

Abſtractione autem dicta intelligit, ſicut ſimum, quatenus ſimum non ſeparate, inquantum autem curuum, ſi intellexit, actu, ſine carne intellexit, in qua curuum eſt, ſic mathemica, non ſeparata tanquam ſi ſeparata ſint intelligit, cum intelligat illa. Omnino autem intellectus ſecundum actum intelligens, res eſt ipſæ. Tex. commen.31. Tex. commen 36.

Quia dixerat Philoſophus ꝙ nequaquam ſine phantaſmate intelligit anima, phantaſmata autem à ſenſu accipiuntur, vult oſtendere quomodo intellectus noſter intelligit ea, quę ſunt à ſenſibus ſeparata. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo intelligit mathematica, quæ à materia ſenſibili abſtrahuntur. Secundo inquirit vtrum intelligat ea, quę ſunt ſecundum eſſe à materia ſeparata ibi.{Vtrum autem contingat.} Circa primũ conſiderandum eſt, quod eorum, quæ ſunt in rebus coniuncta, contingit vnum ſine altero intelligi, & vere, dummodo vnum eorum non ſit in ratione alterius. Si enim Socrates ſit muſicus & albus, poſſum intelligere albedinem, nihil de muſica intelligendo. Non autem poſſum intelligere hominem, nihil intelligendo de animali, quia animal eſt in ratione hominis. Sic ergo ſeparando ſecundum intellectum quæ ſunt ſecundum rem coniunctam, modo prædicto, non contingit falſitas. Si autem intellectus intelligat ea, quæ ſunt coniuncta, eſſe ſeparata, eſſet intellectus falſus: vtputa ſi in prædicto exemplo, diceret muſicum non eſſe album, ea vera, quæ ſunt in ſenſibilibus, abſtrahit intellectus, non quidem intelligens ea eſſe ſeparata, ſed ſeparatim vel ſeorſum ea intelligens. Et hoc eſt quod dicit, quòd intellectus intelligit ea, quæ ſunt dicta per abſtractionem, ſcilicet mathematica, hoc modo ſicut dum intelligit ſimum, ſecundum quod eſt ſimum, non intelligit ſeparate, id eſt ſeorſum ſimum à materia ſenſibili, quia materia ſenſibilis, ſcilicet naſus cadit in diffinitione ſimi. Si autem intellectus intelligit aliquid in actu, inquantum eſt curuum, ſine carne

intelligit inquantum eſt curuum: non quidem, ita ꝙ intelligat curuum eſſe ſine carne, ſed quia intelligit curuũ, non intelligēdo carnem. Et hoc ideo, quia caro nō ponitur in diffinitione curui. Et ſic intellectus intelligit omnia mathematica ſeparatę, tanquā ſi eſſent ſeparata, quāuis nō ſint ſeparata ſecundum rem. Non autem ſic intelligit naturalia, quia in diffinitione naturaliũ ponitur materia ſenſibilis, non autem in diffinitione mathematicorum. Abſtrahit tamen circa naturalia intellectus, vniuerſale à particulari ſimili modo, inquantum intelligit naturam ſpeciei ſine principijs indiuiduantibus, quæ non cadũt in diffinitione ſpeciei. Et omnino intellectus in actu eſt res intellecta, quia ſicut res in ſui ratione habent materiam, vel non habent, ſic ab intellectu, percipiuntur. Et quia hunc modum abſtractionis Plato nō conſiderauit, coactus fuit ponere mathematica, & ſpecies ſeparatas, loco cuius ad prædictā abſtractionem faciendam Ariſt. poſuit intellectum agentem. Deinde cum dicit.

An vero fieri poſſit, vt aliquam ipſe non ſeparatus à magnitudine, ſeparatarum rerum intelligat, necne, conſiderandum eſt poſtea.

Vtrum autem contingit aliquod ſeparatorum intelligere. ipſum exiſtentem non ſeparatum à magnitudine, an non, conſiderandum poſterius.

Mouet quæſtionem de his, quæ ſunt ſeparata à materia ſecundum eſſe, dicens, ꝙ poſterius conſiderandũ erit, vtrum contingat intellectum noſtrum non ſeparatum à magnitudine, i. à corpore intelligere aliquid ſeparatorũ, id eſt aliquam ſubſtantiā ſeparatam. Hæc enim quæſtio hic determinari nō potuit, quia nondum erat manifeſtũ, eſſe aliquas ſubſtātias ſeparatas, nec quæ, vel quales ſint. Vnde hæc quæſtio pertinet ad metaphyſicũ, non tamen inuenitur ab Ariſt. ſoluta, quia complementũ illius ſcientiæ nondum ad nos peruenit, vel quia nondum eſt totus liber tranſlatus, vel quia forte præoccupatus morte non compleuit. Conſiderandum tamen eſt quòd intellectũ hic dicit non ſeparatum à corpore, inquantum eſt potentia quædam animæ, quæ eſt actus corporis. Supta tamen dixit eum à corpore ſeparatum, quia non habet aliquod organum deputatum ſuæ operationi.

LECTIO XIII.

Intellectum, vel animam eſſe omnia non quidem per compoſitionem, vt volebant antiqui, ſed per apprehenſionē, probat: ꝙ item non contingat fieri intellectionem abſq; ſenſu oſtendit.

Nvnc autem ea, quæ de anima dicta ſunt, quaſi ad quadam capita redigentes, rurſus dicamus, animam ipſam ea vniuerſa quodā modo eſſe, quę ſunt.

Anima eſt quodāmodo res omnes.

Nam ea, quæ ſunt, aut intelligibilia ſunt, aut ſenſibilia ſunt. Atq; ſcientia quidem eſt res hæc quodammodo, quæ ſub ipſam ſcientiam cadunt, ſenſus autem ipſe ſenſibiles. Verum quo pacto id ita eſt, quæratur oportet. Scinditur igitur in ipſas res ſcientia, atque ſenſus. Is quidem, qui eſt potentia, in res potentia tales, is vero, qui actu, in actu ſimiliter tales, & ſcientia pari modo. Senſitiuum autem animæ, & id quod ſcientijs affici poteſt hæc potentia ſunt, hoc quidem id, quòd ſub ſcientiam cadit, illud vero, ſenſibile.

Tex. comment. 37.

Nunc autem de anima dicta recapitulantes dicamus iterum quòd omnia ea, quæ ſunt, quodammodo eſt anima. Aut enim ſenſibilia quę ſunt, aut intelligibilia. Eſt autem ſcientia quidem ſcibilia, quodammodo, ſenſus autem ſenſibilia.

Tex. commen 38.

Qualiter autem hęc ſint oportet inquirere. Secatur enim ſcientia & ſenſus in res, quæ quidem potentia eſt, in ea, quæ ſunt potentia, quæ vero actu, in ea quæ ſunt actu. Anima autem ſenſitiuum, & quod ſcire poteſt, potentia hæc ſunt: hoc quidem ſcibile, illud vero ſenſibile.

Poſtquam Philoſophus determinauit de ſenſu & intellectu, Nunc per ea, quæ de vtraq; dicta ſunt oſtēdit quid de natura animæ ſit ſentiendum. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit ꝙ natura animæ eſt quodāmodo ſicut antiqui credebant, & quodammodo aliter. In ſecunda oſtēdit dependentiā intellectus à ſenſu ibi. {Quoniam autem neq; res.} Circa primum duo facit. Primo oſtēdit quòd anima quodammodo eſt omnia ſicut antiqui dixerunt. Secundo dicit ꝙ aliter eſt omnia, quàm illi dixerunt. ibi. {Neceſſe eſt autē.} Dicit ergo primo, ꝙ nunc recapitulantes quę dicta ſunt de anima, vt ex his propoſitũ oſtendamus, dicamus ꝙ omnia quodammodo eſt anima. Omnia enim quæ ſunt, aut ſunt ſenſibilia, aut intelligibilia. anima autem eſt quodammodo omnia ſenſibilia, & intelligibilia, quia in anima eſt ſenſus, & intellectus ſiue ſcientia, ſenſus autē eſt quodammodo ipſa ſenſibilia, & intellectus intelligibilia, ſiue ſcientia, ſcibilia. Et qualiter hoc ſit oportet inquirere. Senſus enim & ſcientia cōdiuiduntur, in res, id eſt diuiduntur in actum & potentiam quemadmodum & res, ita tamen ꝙ ſcientia & ſenſus, quę ſunt in potentia ad ſenſibilia & ſcibilia, ſe habēt ad ſcibilia & ſenſibilia, quę ſunt in potētia, ſcientia vero & ſenſus quę ſunt in actu, ordinantur in ſenſibilia & ſcibilia, quæ ſunt in actu, ſed tamen diuerſimode. Nam ſenſus in actu, & ſciētia vel intellectus in actu, ſunt ſcibilia & ſenſibilia in actu. Sed potentia animæ ſenſitiuæ, & id quod ſcire poteſt, i. potentia intellectiua, non eſt ipſum ſenſibile vel ſcibile, ſed eſt id potentia ad ipſa. Senſitiuum quidem ad ſenſibile, quod autem ſcire poteſt, ad ſcibile. Relinquitur igitur quòd anima quodammodo ſit omnia. Deinde cum dicit.

Forma res non res ipſe ſunt in anima.

Atqui neceſſe eſt, aut res ipſas, aut formas in anima eſſe. At non ſunt in ea res ipſæ profecto. Non enim ipſe lapis in anima, ſed forma lapidis ineſt. Quare anima eſt vt manus. Manus enim inſtrumentorum, eſt inſtrumentum, & intellectus formarum eſt forma, & ſenſus itidem, ſenſibilium forma.

Manus eſt organũ organorum. Intellectus eſt forma formarum.

Neceſſe eſt autem aut ipſa, aut ſpecies eſſe. Ipſa quidem igitur non ſunt: non enim lapis in anima eſt, ſed ſpecies. Quare anima ſicut manus eſt. Manus enim organum organorum, & intellectus, ſpecies ſpecierum, & ſenſus ſpecies ſenſibilium.

Oſtendit ꝙ alio modo eſt omnia, quàm antiqui ponerent, & dicit, ꝙ ſi anima eſt omnia, neceſſe eſt ꝙ ſit vel ipſæ res ſcibiles & ſenſibiles, ſicut Emped. poſuit, ꝙ terra terram cognoſcimus, & aqua aquam, & ſic de alijs, aut ſit ſpecies ipſorum. Non autem anima eſt ipſa res, ſicut illi poſuerunt, quia lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis. Et per hunc modum dicitur intellectus in actu, eſſe ipſum intellectum in actu, inquantum ſpecies intellecti, eſt ſpecies intellectus in actu. Ex quo Patet ꝙ anima aſſimilatur manui. Manus enim eſt organum organorum, quia manus datæ ſunt homini loco omnium organorũ, quæ data ſunt alijs animalibus ad defenſionem vel impugnationem, vel cooperimentũ. Omnia enim hęc homo ſibi manu præparat. Et ſimiliter anima data eſt homini loco omnium formarũ, vt ſit homo quodammodo totum ens, inquantum ſ'm animam eſt quodammodo omnia, prout eius aīa eſt receptiua oīum formarum. Nam intellectus eſt quædā potentia receptiua oīum formarum intelligibilium, & ſenſus eſt quædā potentia receptiua omnium formarũ ſenſibilium. Deinde cum dicit.

Quantopere ſenſu ipſo egeat intellectus & quā ob cauſam. *Cum autem nullæ res ſit præter magnitudines ſeparata, vt videtur, res ipſæ ſenſibiles, in ipſis profectò ſenſibilibus formis, ipſæ ſunt intelligibiles formæ, tum earum rerum quæ abſtractæ vocantur, tum eorum etiam ſenſibilium, quæ ſunt habitus, atq; affectus. Iccirco & qui non ſentit, nihil diſcere, vel intelligere poteſt, & qui contemplatur, neceſſe eſt vna cum phantaſmate contempletur. Ipſa nanque phantaſmata veluti ſenſibilia ſunt, attamen ſine materia.*

Tex. commen. 39. *Quoniam autem res nulla eſt præter magnitudines, ſicut videtur ſenſibiles, ſeparata in ſpeciebus ſenſibilibus intelligibilia ſunt, & quæ abſtractione dicuntur, & quæcunque, ſenſibilium habitus ſunt & paſſiones. Et ob hoc nihil ſentiens, nihil vtique addiſcet, neque intelliget. Sed cum ſpeculetur, neceſſe ſimul phantaſma aliquod ſpeculari. Phantaſmata enim ſicut ſenſibilia ſunt præterquam quod ſunt ſine materia.*

Quia dixerat ꝙ intellectus eſt quodammodo intelligibilis, ſicut ſenſus ſenſibilis, poſſet aliquis credere, quòd intellectus non dependeret à ſenſu. Et hoc quidem verũ eſſet ſi intelligibilia noſtri intellectus eſſent à ſenſibilibus ſeparata ſecundum eſſe, vt Platonici poſuerunt. Et ideo hic oſtendit, ꝙ intellectus indiget ſenſu: Et poſtmodum, ꝙ intellectus differt à phantaſia, quę etiam à ſenſu dependet. ibi. {Eſt autem phantaſma.} Dicit ergo primo, ꝙ quia nulla res intellecta à nobis, eſt pręter magnitudines ſenſibiles, quaſi ab eis ſeparata ſecũdum eſſe, ſicut ſenſibilia videntur abinuicem ſeparata: neceſſe eſt, ꝙ intelligibilia intellectus noſtri ſint in ſpeciebus ſenſibilibus ſecundum eſſe, tam illa, quæ dicuntur per abſtractionem. ſ. mathematica, quàm naturalia, quę ſunt habitus, & paſſiones ſenſibilium. Et propter hoc ſine ſenſu non poteſt aliquis homo addiſcere quaſi de nouo acquirẽs ſcientiam, neque intelligere, quaſi vtens ſcientia habita. Sed oportet cum aliquis ſpeculatur in actu, quòd ſimul formet ſibi aliquod phantaſma. Phantaſmata enim ſunt ſimilitudines ſenſibilium. Sed in hoc differunt ab eis, quia ſunt præter materiam. Nam ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, vt ſupradictum eſt. Phantaſia autẽ eſt motus factus à ſenſu ſecundum actum. Patet aũt ex hoc

Secũdo tex. cõmen. 12. falſum eſſe quod Auicenna ponit, ꝙ intellectus non indiget ſenſu, poſtquam acquiſiuit ſcientiam. Manifeſtum enim ꝙ poſtquam aliquis acquiſiuit habitũ ſcientiæ, neceſſe eſt ad hoc quòd ſpeculetur, ꝙ vtatur phantaſmate, & propter hoc per læſionẽ organi impeditur viſus ſcientiæ iam acquiſitæ. Deinde cum dicit.

Eſt autem aliud phantaſia ab affirmatione, negatione. Verum enim vel falſum complexione eſt conceptuum intellectus.

Eſt autem phantaſia alterũ à dictione, & negatione. Complexio enim intellectuum eſt verum, aut falſum.

Oſtendit differẽtiam inter phantaſiam & intellectũ. Et primo quantum ad operationem communem intellectus, quæ eſt compoſitio & diuiſio, dicens ꝙ phantaſia eſt alterum ab affirmatione, vel negatione intellectus, quia in complexione intelligibilium iam eſt verũ & falſum: quod nõ eſt in phantaſia. Nam cognoſcere verum & falſum eſt ſolius intellectus. Secundo ibi.

At mentis primi conceptus quo, quæſo, differrent, vt non phantaſmata ſint? At neque cæteri ſunt phantaſmata, non tamen ſine phantaſmatibus ſunt.

Primi autem intellectus, quo differunt, vt non phantaſmata ſint? An neque qui phantaſmata, ſed non ſine phantaſmatibus.

Inquirit in quo differant primi intellectus. i. intelligentiæ indiuiſibilium, cum non ſint phantaſmata. Et reſpondet, quod non ſunt ſine phantaſmatibus, ſed tamen non ſunt phantaſmata, quia phantaſmata ſunt ſimilitudines particularium, intellecta autem ſunt vniuerſalia ab indiuiduantibus conditionibus abſtracta. vnde phantaſmata ſunt indiuiſibilia in potentia, & non in actu.

LECTIO XIIII.

Propoſita dicendorum intentione, arguit illas virium animæ diuiſiones, quas diuiduntur in rationales, & irrationales, vel irrationalem, iraſcibilem, & concupiſcibilem, deinde probat vim animę motiuam ſecundum locũ non eſſe vegetandi principium, nec ſenſum, nec intellectum, vel appetitum.

CVm autem animalium anima hiſce duobus ſit diffinita, diſcernendi, inquam, potentia, quod quidem eſt opus, officiumq; mentis, atq; etiam ſenſus: & inſuper etiam mouendi motu ad locum accommodato, potentia: de ſenſu quidem & intellectu hęc ſint determinata, ac pertractata, deinceps autem de eo, quod mouet, quidnam ſit ipſius animæ conſideremus oportet, vtrum vna quædam ipſius ſit pars, ſeparabilis magnitudine, vel ratione, an ipſa anima tota. Et ſi pars ſit aliqua, vtrum ſit alia quædam propria, pręter eas, quæ dici ſolent, & eas, quas diximus, an iſtarum aliqua vna. De potẽtia motiua.

Quoniam autem anima ſecundum duas diffinita eſt potentias, quæ animalium eſt, & diſcretio, quod intelligentiæ opus eſt, & ſenſus, & adhuc in mouendo ſecundum locum motum: de ſenſu quidem, & intellectu determinata ſint tanta, de mouente autem quod forte ſit animæ, ſpeculandum eſt, vtrum vna quædam pars ipſius ſit, ſeparabilis aut magnitudine, aut ratione, aut omnis anima. Et ſi pars aliqua, vtrum propria quædam ſit præter conſuetas dici, & dictas, aut harum vna aliqua ſit. Tex. commen. 40.

Poſtquam Philoſophus determinauit de partibus animæ vegetatiua, ſenſitiua, & intellectiua, Nũc quarto determinat de parte animæ motiua. Et diuiditur in partes duas. In prima dicit de quo eſt intentio. In ſecunda proſequitur. ibi. {Habet autem dubitationem.} Dicit ergo primo quod quia anima, quæ eſt animalium, diffinita eſt etiam ab antiquis Philoſophis ſecundum duas potẽtias. i. ſecundum quod habet potẽtiam ad duo, quorum vnum eſt diſcretio, quæ fit per cognitionẽ, quæ quidem diſcretio opus eſt intellectiuæ & ſenſitiuæ partis, aliud autem eſt mouere ſecundum locum, de ſenſu & intellectu ſunt tanta determinata, quanta in prioribus habita ſunt: Sed nunc ſpeculandum eſt de alia parte, ſ. principio mouente, quid animæ ſit. Vtrum. ſ. ſit aliqua pars animæ ſeparabilis ab alijs, vel magnitudine, id eſt ſubiecto, ita quod habeat diſtinctum locum in corpore, ab alijs potentijs, ſicut Platonici poſuerũt: vel ſit ſeparabilis ab alijs animæ partibus, ratione tantum. Aut non ſit pars animæ, ſed ſit tota anima. Et dato quod ſit aliqua pars animæ, remanet conſiderandum vtrum ſit quædam alia pars animæ pręter illas, quæ conſueuerunt dici, & præter eas, quæ à nobis dictæ ſunt, aut eſt vna earum. Deinde cum dicit.

At hic exiſtit continuo dubitatio, dubitabitq; non iniuria quiſpiam, quonam modo partes animæ & quot oporteat dicere. Nam infinitæ quodammodo & non hæ ſolum eſſe videntur, quas diuidendo quidam dixerunt rationis, inquam, particeps, & iraſcendi, ac cupiendi principium, velut alij, rationis particeps, & rationis expers.

Habet autem dubitationẽ mox, quomodo oportet partes animæ dicere, & quot. Modo enim quodam infinitæ Tex. comment. 41.

videntur, & non ſolum quas dicunt quidam, determinantes ratiocinatiuam, & iraſcibilem, & appetitiuam, hi autem rationem habentem, & irrationabilem.

Proſequitur ſuam intẽtionem. Et primo per modum diſputationis. Secundo per modũ determinationis. ibi. {Videntur aũt hæc duo.} Circa primum duo facit. Primo diſputat contra diſtinctionem potentiarũ animę. Secundo ſpecialiter circa principium motus, quę pars animæ ſit ibi. {Sed de motu ſecundum locum.} Circa primum duo facit. Primo recitat diuiſionem potentiarum animæ, quam quidam ponebant, Secundo diſputat contra eas. ibi. {Secundũ enim differentias.} Dicit ergo primo, quod mox in principio huius inquiſitionis habet dubitationẽ, quomodo oporteat diſtinguere partes animæ, & quot ſunt, quia ſecundum aliquem modum videntur infinitæ eſſe.i.non poſſe cõprehendi ſub aliquo certo numero. Et hoc verum eſſet, ſi ſingulis operibus animæ & motibus, quæ ſunt ab anima, neceſſe eſſet attribuere diuerſas partes animæ. & ſic videtur quod non ſint ſolũ illæ partes, quas quidam determinant.ſ.rationalem, iraſcibilem, appetitiuam.i.concupiſcibilem. Hæc quidem diuiſio non comprehendit omnes animæ partes, ſed ſolum vires motiuas in homine. Alij autem diſtinguunt animę vires, per rationem habentẽ, & irrationabilem. Sed hæc quidem diuiſio, licet ſecundum aliquem modũ comprehendat animæ partes omnes, nõ tamen eſt propria diuiſio partiũ animæ, ſecundum quod ſunt animæ partes, ſed forte ſolũ ſecundum quod ſunt in anima rationẽ habente, & ſic vtitur ea Ariſt. in.1.Ethic. Deinde cum dicit.

Per differentias enim quibus haſce diuidunt, & ſeparant partes, & aliæ partes eſſe videntur, quæ maiorem inter ſeſe, quàm dictę, diſtantiam habent. Vegetatiua, inquam, quæ quidem & plantis, & vniuerſis animalibus ineſt, & ſenſitiua, quam nec vt rationis expertem, nec vt eiuſdem participem quiſquam facile ponet.

Secundum enim differentias, per quas has ſeparant, & aliæ videntur partes maiorem his differentiam habentes, de quibus & nunc dictum eſt. Vegetatiua nimirum quæ & plantis ineſt, & omnibus viuentibus, & ſenſitiua, quam neque ſicut irrationalem, neque ſicut rationem habentem ponet quis vtique facile.

Obijcit contra prædictas diuiſiones multipliciter. Prima obiectio eſt, ꝙ ſi iſtæ differentiæ, ſecundum quas diuerſificant alique partes animæ, ſufficiunt ad diuerſitatẽ in partibus animę conſtituendam, inueniuntur aliæ partes maiorem differentiã habentes adinuicem, quàm illę, quæ dictæ ſunt, de quibus etiam in hoc libro dictũ eſt. Pars enim vegetatiua eſt in plantis, & in omnibus animalibus, ſiue in omnibus viuentibus, & ſenſitiua etiam eſt in omnibus animalibus: & manifeſtum eſt, ꝙ vegetatiua & ſenſitiua plus differunt abinuicem, & à rationali, & concupiſcibili, & iraſcibili, quàm iraſcibilis differat à concubiſcibili & tamen iſtę duæ potentiæ non comprehenduntur ſub illis diuiſionibus. Et ꝙ non comprehendantur ſub prima diuiſione manifeſtũ eſt. Patet enim ꝙ neq; vegetatiua neq; ſenſitiua poteſt dici eſſe rationabilis, vel concupiſcibilis, vel iraſcibilis. Vnde hoc prætermiſſo probat ꝙ hæc non comprehendantur ſub ſecunda diuiſione, dicens ꝙ non de facili poteſt aliquis vel vegetatiuam vel ſenſitiuam ponere vel irrationalem vel rationem habentem. Et quidem ꝙ neutra harum habeat rationem, manifeſtum eſt. Sed ꝙ neq; etiam aliqua earum ſit irrationabilis, ex hoc manifeſtum eſſe poteſt, quia irrationabile eſt, vel quod eſt cõtrarium rationi, vel quod

[Margin: Irrationale tripliciter. Contrarie. Priuatiue. Negatiue.]

eſt natum habere rationem, & non habet: quorum neutrum contingit dictis partibus. Si enim diceret tantum negationem rationis, non poſſet poni genus potentiarum animæ. Vnde manifeſtum videtur quòd prę miſſæ diuiſiones potentiarum animæ ſint inconuenientes. Secundam ra ionem ad idem ponit ibi.

Præterea imaginatiua, quæ ratione quidem ab omnibus eſt diuerſa, cui vero ſit iungenda, vt ſit idem quod illa, aut aqua eſt ſeiungenda, vt ſit alia ab illa, magnam dubitationem habet profectò, ſi quis ſeiunctas animæ partes, ſeparatasque ponat.

Adhuc autem & phantaſtica, quæ ſecundum eſſe quidem ab omnibus altera eſt, cui autem harum eadem vel altera ſit, habet multam dubitationem, ſi aliquis ponat ſeparatas partes animæ. *[Margin: Tex. comment. 42.]*

Dicens, ꝙ pars animæ phantaſtica, quæ ſ'm rationem ab omnibus alijs differt, habet multam dubitationem cũ qua prædictarũ potentiarũ debeat eſſe eadem, vel altera, & præcipue ſi aliquis ponat partes animæ ſeparatas ſubiecto, ſicut aliqui ponebant. Tertiam rationem ponit.

Inſuper appetitiua quæ & ratione, & vi, alia diuerſaq; ſine dubio ab vniuerſis eſſe videtur. Abſurdum autem eſt hanc à cæteris diuellere partibus. Fit enim & in participe rationis voluntas, & in ratione vacante cupiditas, atque ira. Quod ſi tres in partes diuiditur anima, in vnaquaque profectò partium inerit appetitus.

Adhuc autem & appetitiua, quæ & ratione, & potentia altera videtur vtiq; eſſe ab omnibus, & inconueniens vtique hanc ſequeſtrare. In ratiocinatiua enim voluntas fit, & in irrationabili cõcupiſcentia & ira. Si autem tria in anima, in vnoquoque erit appetitus.

Dicens, ꝙ vis etiam appetitiua videtur eſſe altera ratione & potentia, ab omnibus partibus animæ. Et ſi ſecundum prædictam diuiſionem, partes animæ ſubiecto diſtinguãtur in rõnalem & irrationalem {inconueniens videbitur ſequeſtrare}.i. diuidere appetitiuã in duas partes ſubiecto differentes. & tamẽ hoc oportebit, ſi quis dicat rationale & irrationale partes animæ ſubiecto diſtinctas, quia quædã appetitiua eſt in parte rationabili.i.voluntas, quędam in parte irrationabili.i.iraſcibilis, & concupiſcibilis. Et ſi quis diſtinguat partes animæ in tres ſubiecto diſtinctas, ſ.rationalem, irrationalẽ & iraſcibilem, ſequetur quod in vnaquaq; earum erit appetitus. In rationabili.n.eſt voluntas, vt dictum eſt. Iraſcibili eſt appetitus, & ſimiliter concupiſcibili. Erunt igitur tres appetitus in anima ſubiecto differentes, ſ'm prædictam diuiſionem. Sed quæritur quare in appetitu ſenſitiuo ſunt duæ potentiæ appetitiuæ.ſ.iraſcibilis, & cõcupiſcibilis. In appetitu aũt rationali eſt vnus appetitus tãtum.ſ.voluntas. Et dicendũ eſt, quod potẽtiæ diſtinguuntur ſ'm rationes obiectorũ, obiectum aũt appetitiuæ eſt bonũ apprehenſum. Alio aũt modo apprehendit bonum intellectus & ſenſus. Nam intellectus apprehendit bonum ſ'm vniuerſalem rõnem boni, ſenſus aũt apprehendit ſub determinata ratione boni. Et ideo appetitus, qui ſequitur apprehenſionem intellectus, eſt vnus tantũ. Appetitus aũt qui ſequuntur apprehenſionem ſenſus diſtinguuntur ſ'm diuerſam rõnem boni apprehenſi. Nam aliquid apprehenſum per ſenſum, habet rõnem boni appetibilis, inquantũ eſt delectabile ſ'm ſenſum, & ad hoc bonum ordinatur concupiſcibilis. Aliquid aũt habet rõnem boni & appetibilis, inquantum perficitur delectabilibus, quaſi habens facultatem ad libitum vtendi eis, & ad hoc ordinatur iraſcibilis, quę eſt quaſi propugnatrix cõcupiſcibilis.

[Margin: Cur ſit duplex appetitus ſenſitiuus & vnus intellectiuus.]

[Margin: Quid ſit cõcupiſcentia, & iraſcetia.]

Et inde

Capit. 18.
Ardŭum eſt obiectũ potentia iraſcẽtis.

Et inde eſt quod animalia non iraſcunt, neque pugnant niſi propter delectabilia, id eſt propter cibos & venera, vt dicitur in.6.de hiſtorijs animalium. Et propter hoc omnes paſsiones iraſcibilis incipiunt à paſsionibus cōcupiſcibilis, & terminātur in eis. Ira enim triſtitia commouetur & in delectationem finitur. Irati enim puniēdo delectantur. Et propter hoc quidam dicunt, quod obiectum iraſcibilis eſt arduum. Quod autem à quibuſdam dicitur, quod iraſcibilis ordinatur ad fugam mali, nullā omnino habet rationem. Eadem enim eſt potentia contrariorum, ſicut viſus albi & nigri. vnde bonum & malum non poſſunt diuerſificare potentiam appetitiuam. Et propter hoc ſicut amor boni pertinet ad concupiſcibilem, ita odium mali, vt dicit Philoſophus in.9.Ethi. & ſpes de bono, & timor de malo pertinent ad iraſcibilem.

Quartam rationem ponit ibi.

Text. comment.43.

Sed, vt redeamus vnde digreſsi ſumus, quid eſt id, quod mouet ipſum animal loco, de quo hæc diſputatio noſtra eſt inſtituta, motu nanque eo, quo incrementa, decrementaq́; ſuſcipiuntur, qui quidem omnibus animantibus ineſt, id mouere ſane videtur, quod vniuerſis ineſt eiſdem, principium, inquam, generādi, ac nutriendi. De reſpiratione autem, expirationeúe & ſomno, atq; vigilia poſterius conſiderare oportet. Nam et hæc ipſa magnam dubitationem difficultatemq́ue habent.

Sed iam de quo nunc ſermo inſtat agamus, mouens ſecundum locum animal eſt. Motum enim ſecundũ augmentum & decrementum id quod omnibus ineſt videbitur vtique mouere, generatiuum & vegetatiuum. De reſpiratione autem, & expiratione & ſomno & vigilia poſterius perſpiciendum. Habent enim dubitationem multam hæc quoque.

Dicens, quod etiam illud, de quo nunc quærimus ſcilicet quid ſit mouens animal ſm locum, facit dubitationem circa prędictas diuiſiones, quia non videtur ſub eis contineri. De motu autem augmenti & decrementi, qui eſt cōis omnibus viuentibus, manifeſtum eſt, quod habet principium cōe omnibus viuentibus, ſm generatiuā & vegetatiuam. Quædam autem aliæ mutationes animalium ſunt, ſicut reſpiratio, & expiratio, ſomnus & vigilia, de quibus poſterius determinandū eſt, quid cauſet ea. Habent enim multam dubitationem, & propter hoc ſpecialem exigunt tractatum. Deinde cum dicit.

Potētia motiua non eſt ipſa vis vegetatiua.

Nunc eſt de motu ad locum accommodato conſiderandum, quidnam id tandem ſit, quod ipſum animal motu mouet progrediendi. Patet itaque non eſſe ipſam potentiam nutriendi. Nam alicuius gratia ſemper hic motus efficitur, eſtq́ue cũ imaginatione, vel appetitu: nihil enim nō appetēs, aut fugiens, hoc motu mouet, niſi forſitan vi.

Text. comment.44.

Sed de motu ſecundum locum. quid ſit mouens animal ſecundum proceſſiuum motum, conſiderandum. Quod igitur non vegetatiua potentia, manifeſtum. Semper enim propter aliquid motus hic, & aut cum phantaſia, aut appetitu eſt. Nihil enim nō appetens, aut fugiens, mouetur, niſi violentia.

Procedit diſputatiue ad inquirendum quid ſit principium motus ſm locum in animalibus. Et primo oſtēdit ꝙ non ſit vegetatiua potentia, ſecundo ꝙ nec ſenſitiua. ibi.{Similiter autem neque ſenſitiua.} Tertio ꝙ nec intellectiua.ibi.{At vero neque ratioci.} Quarto ꝙ nec appetitiua.ibi.{At vero neque appetitus} Dicit ergo primo ꝙ conſiderandum nunc eſt, quid ſit mouens animal ſm locum motu proceſsiuo. Et ꝙ non ſit potentia vegetatiua, oſtendit duabus rationibus, quarum prima talis eſt. Semper motus proceſsiuus ſm locū, eſt propter aliquid imaginatum, & deſideratum. Nō enim animal mouetur niſi appetens aut fugiens aliquid niſi forte per violentiā: ſed phantaſia & appetitus non competit parti vegetatiuæ: ergo pars vegetatiua non eſt principium motus localis proceſsiui. Secundam rationem ponit ibi.

Præterea plantæ quoque tali mouerentur profecto motu, partemq́ue aliquam ad hunc motum, vt inſtrumentum haberent.

Amplius, & plantæ vtique motæ eſſent, & vtique haberent aliquam partem organicam ad motum hunc. Text. comment.45.

Quæ talis eſt. Pars vegetatiua eſt etiam in plantis: Si igitur pars vegetatiua eſſet principium motus localis proceſsiui, ſequeretur ꝙ plantæ eſſent motiuæ ſuipſarum ſecundum hunc motum, & haberent partes organicas cōuenientes huic motui. quod patet eſſe falſum. Non ergo pars vegetatiua eſt principium motus localis proceſsiui in animalibus. Deinde cum dicit. Motiua potentia nō eſt ſenſus. Natura neque fruſtra quicquàm facit, neq; neceſſarium aliqd omittit.

Pari modo nec ipſam ſentiendi vi motus huiuſce principium eſſe conſtat. Sunt enim animalium multa, quæ ſenſum quidem habent, manent tamen, & ſemper immobilia ſunt. Quod ſi natura nihil facit fruſtra, neque neceſſariorum quicquam omittit, niſi in animalibus membris captis, ac imperfectis, atq; animalium hæc & perfecta ſunt, & non membris capta, cuius id indicium eſt, & generant enim & ſtatum decrementaq́; ſuſcipiunt, haberent et eas ipſa profecto partes, quæ progrediendi ſunt inſtrumenta.

Similiter autem neq; ſenſitiuum. Multa enim ſunt animalium, quæ ſenſum quidem habent, manentia autem, & immobilia ſunt per finem. Si igitur natura nihil facit fruſtra, neque deficit in neceſſarijs niſi in orbatis, & imperfectis: huiuſmodi autem animalia perfecta & non orbata ſunt ſignum autem eſt, quia generatiua ſunt, & augmentum habent, & decrementum, quare & haberent vtique partes organicas proceſſionis.

Oſtendit ꝙ neque etiam ſenſus eſt principium talis motus tali ratione. Senſus enim eſt omnibus animalibus: ſi ergo ſenſus eſſet principium prædicti motus: ſequeretur ꝙ omne aīal hoc mō moueretur. Quod patet eſſe falſum, quia multa ſunt habentia ſenſum, quæ tamen manent ſemper in eodem loco, & ſunt immobilia per finē, id eſt quandiu viuunt. Et quia poſſet aliquis credere ꝙ hoc non eſt propter hoc, ꝙ deficiat eis principium motiuum, ſed quia deficiunt eis inſtrumenta apta ad motum, ideo ad remouendum hoc, ſubiungit ꝙ natura nihil facit fruſtra, neque deficit in neceſſarijs, niſi in animalibus orbatis & imperfectis, ſicut ſunt animalia monſtruoſa, quæ quidem monſtra animalibus accidunt, præter intentionem naturæ, ex corruptione alicuius principij in ſemine. Sed animalia immobilia ſunt perfecta in ſua ſpecie, & nō ſunt orbata quaſi monſtra. cuius ſignū eſt, quia generant ſibi ſimile, & habent debitum augmentum & decrementum quod nō eſt in animalibus orbatis, ergo & in huiuſmodi animalibus natura nihil facit fruſtra, neque deficit in neceſſarijs. Vnde ſequitur, ꝙ ſi haberent principium motus, ꝙ haberent partes organicas, diſpoſitas ad motū proceſsiuum. Alias principium motiuum eſſet in eis ſuperfluum, & neceſſaria ad executionem potentiæ motiuæ eis deficerent. Ex hoc autem accipere poſſumus, ꝙ Nota. cuicunque ineſt aliquod principium vitæ, inſunt ei organa conuenientia illi principio, & ꝙ partes corporis ſunt propter partes animæ. Deinde cum dicit.

At vero neque ratiocinandi vis, & id, quod etiam intellectus appellatur principium & mouendi. Intellectus

Intellectus non eſt ipſa vis motiua.

enim contemplatiuus, nihil eorum, quæ ſub actionem cadunt, contemplatur, neque dicit quicquam omnino ſi ſit fugiendum, an perſequendum. At motus ſemper aut fugientis, aut perſequentis quippiam eſt. Actiuus etiam cũ rem aliquam huiuſcemodi contemplatur, inde iam fugere aut perſequi non iubet. Attamen ſi res illa terribilis ſit, cor ipſum mouetur, ſin afficiẽs voluptate, pars aliqua alia corporis agitatur.

Text. comment. 46.

At vero neque ratiocinatiua potentia, & vocatus intellectus eſt mouens. Speculatiuus enim nihil ſpeculatur agibile, neque dicit de fugibili, & perſequibili. Semper autem motus aut fugientis, aut perſequentis aliquid eſt. Sed neque cum ſpeculatus fuerit aliquid huiuſmodi, iam præcipit aut perſequi, aut fugere, puta cum multoties intelligit terribile aliquid, aut delectabile, non iubet aũt timere, ſed cor mouetur. Si autem delectabile, altera aliqua pars.

Cor eſt organum potentia motiua.

Intellectus eſt idẽ quod ratio, differt autem rõne.

Text. comment. 47.

Oſtendit ꝙ etiam intellectus non eſt principium motiuum. & dicit, ꝙ neque pars ratiocinatiua, quæ vocatur intellectus, videtur eſſe mouens. Vnde accipere poſſumus, quod ratio & intellectus nõ ſunt diuerſæ partes animæ, ſed ipſe intellectus dicitur ratio, inquantum per inquiſitionem quandam peruenit ad cognoſcendum intelligibilem veritatem. Et quod intellectus non ſit principium motus, probat primo quantum ad ſpeculatiuũ intellectum, quia cum intellectus ſpeculatiuus ſpeculatiue conſideret ea, quæ ſunt tantum ſpeculabilia, & nullo modo agibilia, ſicut cum conſiderat quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, & alia huiuſmodi: manifeſtum eſt, quod ſpeculatiuus intellectus non ſpeculatur aliquid agibile, neq; dicit aliquid de ſugibili, & perſequibili, & ſic non poteſt mouere, quia ſemper motus eſt fugientis aliquid ſ'm appetitũ, aut proſequentis. Aliquando autem intellectus conſiderat aliquid agibile, non tamen practice, ſed ſpeculatiue, quia cõſiderat ipſum in vlĩ & nõ ſ'm quod eſt principium particularis operis. Et de hoc conſequenter dicit, quod neq; intellectus {cũ fuerit ſpeculatus}. i. ſpeculatiue cõſiderauerit {aliquid hmõi}. i. aliquid agibile, nondum præcipit proſequi vel ſugere, ſicut cum multoties intelligimus terribile aliquod, vel delectabile. Sed intellectus non iubet timere, vel deſiderare, ſed aliquando mouetur cor ad timendum, abſq; imperio intellectus. Et ſi iterum delectabile moueat appetitũ, erit aliquam alia pars, quàm cor, quæ mouetur. Et hoc dicit propter opinionem Platonis, qui poſuit partes animæ eſſe ſubiecto diſtinctas, ita quod iraſcibilis, cuius eſt timere, ſit in corde, & concupiſcibilis, ſit in aliqua alia parte corporis, puta in hepate. Sic igitur manifeſtum eſt, quod intellectus ſpeculatiue conſiderando aliquid agibile, non mouet, ex quo patet, quod intellectus ſpeculatiuus nullo modo mouet aliquid. Deinde cum dicit.

Præterea intellectus nonnunquam iubet, ratioq́; fugere aliquid aut perſequi dicit. At non obtemperat homo neque mouetur, ſed agit cupiditate, vt in ipſo fieri ſolet incontinente. Omnino autem perſępe fieri videmus, vt non medeatur iſce, qui medicinam habet, nec iſce conficiat ſtatuam, qui ſtatuariam habet artem. Propterea quòd non ars ipſa, neque ſcientia, ſed aliquid aliud hanc habet vim, & potentiam, vt per ipſam artẽ aliquid, ſcĩamq; agatur.

Amplius & præcipiente intellectu, & intelligentia fugere aliquid, aut perſequi, non mouetur, ſed ſecundum concupiſcentiam agit, vt incontinens. Et totaliter videmus quòd habens medicatiuam non ſanat, tanquam alterius proprium ſit agere ſecundum ſcientiam, ſed non ſcientia.

Probat, ꝙ nec etiam intellectus practicus mouet: dicens, ꝙ nec etiam intellectu practico præcipiente, quod contingit cum intelligentia dicit aliquid ſugiendum, aut proſequendum, nõ propter hoc homo mouetur, ſed agit ſ'm concupiſcentiam. ſicut patet de incontinentibus, qui habent rationem rectam, ſed non inhęrent rationi rectę, vnde videtur ꝙ intellectus nõ moueat. Probat aũt idem ex medicis, qui habentes ſciam medicatiuam & non ſanantur, quia non faciunt ea in ſeipſis quę præcipit ars eis. Ex quo videtur, ꝙ agere ſ'm ſcientiam non ſit ſcientiæ practicæ, ſed alicuius alterius. Deinde cum dicit.

Vis motiua non eſt appetitus.

At vero nec appetitus, auctor atq; princeps huius eſt motionis. Continentes enim quanquam appetunt, atque cupiunt, non tamen agunt ea, quæ cupiunt, ſed intellectum ipſum ſequuntur, rationiq́; obtemperant.

Tex. comment. 48.

At vero neq; appetitus huiuſmodi motus dominus eſt. Abſtinentes enim appetentes & concupiſcentes, non operantur ea quorum appetitum habent, ſed conſequuntur intellectum.

Oſtendit ꝙ pars appetitiua non ſit dominatiua ſuper hunc motum, quia videmus ꝙ continentes appetunt & concupiſcunt, ſed non operantur ea, quorum habent appetitum. E conuerſo eſt in incontinẽtibus, vt manifeſtius apparet in 7. Ethico. Videtur igitur quod neque appetitus moueat.

LECTIO XV.

Principium motus localis in animalibus immobile, ipſum eſſe appetibile oſtendit, principium autem, quod motum mouet, ipſum appetitiuum, quod autem mouetur localiter, ipſum animal, inſtrumentum autem, cor.

Cap. 2.

VIdentur igitur duo hæc eſſe mouentia, vel appetitus vel intellectus, ſiquis imaginationem, vt quandam intellectionem eſſe ponat. Nam & homines magis imaginationem quam ſcientiam plerunque ſequuntur, & in cæteris animalibus, non intellectio neque ratio, ſed imaginatio ineſt. Hæc igitur ambo, intellectus, & appetitus, mouendi motu dicto principia ſunt.

Videntur autem duo hæc, mouentia, aut appetitus aut intellectus, ſi aliquis phantaſiam poſuerit, ſicut intellectũ quendam. Multa enim præter ſcientiam ſequuntur phantaſiam. Et in alijs animalibus, non intellectiuum neque ratio eſt, ſed phantaſia. Vtraque hæc ergo motiua ſunt ſecundum locum, intellectus & appetitus.

Poſtquam Philoſophus proceſsit diſputatiue ad inquirendum quid ſit principium motus localis in animalibus, hic determinat veritatem. Et primo oſtendit in vniuerſali, quid ſit principium motus. Secundo quomodo hoc principium diuerſimode in diuerſis reperitur ibi. {Omnino quidem igitur.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid ſit principium motus in animalibus. Secundo docet ordinem, quomodo motus iſte completur, quantum ad motores, & mobilia. ibi. {Specie quidẽ igitur.} Circa primum tria facit. Primo ponit eſſe duo principia motus. Secundo reducit ea in vnum. ibi. {Intellectus autem.} Tertio ſoluit obiectionem ſuperius poſitam. ibi. {Quoniam autem.} Dicit ergo primo quod cõſideratis his, quæ prædicta ſunt, cum manifeſtum ſit ꝙ vegetatiua pars non ſit mouens, & ſimiliter neque ſenſus, cum non omnia, in quibus hæc ſunt moueri inueniãtur, vt patet ex dictis: videntur duo hæc eſſe mouentia, ſcilicet appetitus & intellectus, ita tamen ꝙ ſub intellectu phantaſia comprehendatur, quæ habet aliquid ſimile intellectui, inquantum mouet ad abſentiam ſenſibilium ſicut intellectus, quia hæc etiam eſt principium motus. Infra te. 56.

Mulu

Multi enim homines prætermiſſa ſcientia intellectus, ſequuntur in ſuis motibus phantaſiam, ſicut illi, qui non ſecundum rationem agunt, ſed impetu mouẽtur ad aliquid agendum. Et in alijs animalibus manifeſtum eſt, ꝙ nunquam intellectus eſt, neque raito, quæ mouere poſsit, ſed ſolum phantaſia. In hominibus vero eſt phantaſia & intellectus. Sic ergo manifeſtum eſt ꝙ vtraque hæc mouens, ſcilicet intellectus comprehendens ſub ſe phantaſiam, & appetitum. Deinde cum dicit.

Intellectus is, inquam, qui alicuius gratia ratiocinatur, quique principium eſt agendi, atque hic fine ab intellectu contemplatiuo differtur. Appetitus etiam omnis alicuius eſt gratia, cuius enim eſt appetitio, id eſt principiũ intellectus actiui. At ipſum vltimũ, principium eſt actionis. Quare non ſine ratione principia mouendi videntur hæc eſſe duo, appetitus, inquam, & mens ea, quæ principium eſt agendi. Ipſum enim appetibile mouet, & propterea mens mouet, quod appetibile, ipſius principium eſt. Imaginatio quoque cum mouet, non abſq; appetitione mouet. Vnum igitur eſt id, quod mouet, ipſum, inquam, appetitum. Nam ſi duo intellectus atque appetitus mouerent, per aliquam communem vtique formam mouerent. Tunc autem intellectus quidem non videtur abſque appetitu moueri. Voluntas enim appetitus eſt quidam atque cum ſit motus, per rationem, & etiam per voluntatem ſit. Appetitus autem abſque ratione mouet. Cupiditas enim & ipſa quidam eſt appetitus.

Tex. commen. 49.

Intellectus autem qui propter aliquid ratiocinatur & qui practicus eſt, differt à ſpeculatiuo ſecundum finem. Et appetitus propter aliquid omnis eſt. Cuius enim appetitus, hoc principium practici intellectus. Vltimum autẽ, principium actionis eſt. Quare rationabiliter hæc duo videntur mouentia, appetitus & ratio practica. Appetibile enim mouet, & propter hoc ratio mouet, quia principium eius eſt appetibile. Et phantaſia autem cum moueat, non mouet ſine appetitu.

Tex. commen. 50.

Vnum igitur eſt mouens: nempe id, quod appetimus. Si enim duo, intellectus, & appetitus mouerent, ſecundum communem vtique aliquam ſpeciem mouerent. Nunc autem intellectus non videtur mouens ſine appetitu. Voluntas enim appetitus eſt. Cum autem ſecundum rationem mouetur, & ſecundum voluntatem mouetur. Appetitus autem mouet præter rationem. Concupiſcentia enim appetitus quidam eſt.

Reducit prædicta mouentia in vnum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo ex eo, quod eſt oſtenſum, aſsignat cauſam cuiuſdam accidentis circa motum animalium. ibi. {Intellectus quidẽ igitur.} Tertio improbat diuiſionem potentiarum, quam antiqui ponebant. ibi {diuidentibus autem.} Dicit ergo primo, quod intellectus, qui mouet, eſt intellectus, qui ratiocinatur propter aliquid, non propter ratiocinari tantũ, & hic eſt intellectus practicus, qui differt à ſpeculatiuo

Speculatiui, & practici intellectus differentia.

ſecundum finem. Nam ſpeculatiuus ſpeculatur veritatẽ, non propter aliquid aliud, ſed propter ſeipſum tantum, practicus autem ſpeculatur veritatem propter operationem. Et manifeſtum eſt, ꝙ omnis appetitus eſt propter aliquid. Stultum enim eſt dicere, ꝙ aliquis appetat propter appetere. Nam appetere eſt quidam motus in aliud tendens. Sed illud cuius eſt appetitus, ſcilicet appetibile, eſt principium intellectus practici. Nam illud, quod eſt primo appetibile, eſt finis, à quo incipit conſideratio intellectus practici. Cum enim volumus aliquid deliberare de agendis, primo ſupponimus finem, deinde procedimus per ordinem ad inquirendum illa, quæ ſunt propter finem, ſic procedentes ſemper à poſteriori ad prius, vſq; ad illud, quod nobis imminet primo agẽdum. Et hoc eſt quod ſubdit ꝙ vltimum de actione intellectus practici, eſt principium actionis, id eſt illud, vnde debemus actionem incipere. Vnde rationabiliter dictum eſt, ꝙ hęc duo

Quomodo intellectus & phãtaſia moueant.

ſunt mouentia, ſcilicet appetitus, & intellectus practicus. quia enim ipſum appetibile, quod eſt primum conſideratum ab intellectu practico, mouet, propter hoc dicitur intellectus practicus mouere, quia, ſcilicet eius principium quod eſt appetibile, mouet. Et quod dicitur de intellectu, intelligendum eſt etiam de phantaſia, quia cũ phantaſia mouet, non mouet ſine appetitu. Nõ enim mouet, niſi inquantum repreſentat appetibile, ſicut nec intellectus. Sic igitur apparet, quod vnum eſt mouens, ſcilicet appetibile, hoc enim appetitum mouet, & eſt principium intellectus, quæ duo ponebantur mouentia.

Text. commen. 106.

Et hoc rationabile eſt, ꝙ hæc duo mouentia reducantur in vnũ. quod eſt appetibile, quia ſi ponebantur hæc duo intellectus & appetitus eſſe mouentia, reſpectu eiuſdem motus, cum vnius effectus ſit vna cauſa propria, neceſſe eſt ꝙ moueant hæc duo ſecundum aliquam communem ſpeciem. Non eſt autem dicendum ꝙ appetitus moueat ſub ſpecie intellectus, ſed magis econuerſo, quia intellectus non inuenitur mouens ſine appetitu, quia voluntas, ſecũdum quam mouet intellectus, eſt quidam appetitus. Et ratio huius aſsignatur in nono metaphyſi. quia cum ratio ſcientiæ practicæ ſe habeat ad oppoſita, non mouet, niſi determinetur ad vnum, per appetitum. Sed appetitus mouet ſine ratione, ſicut patet ex his, quæ ex concupiſcẽtia mouentur. Concupiſcentia enim eſt appetitus quidam. Exemplificat autem magis de concupiſcentia, quã de ira, quia ira habet aliquid rationis, non autem concupiſcẽtia, vt probat Philoſophus in ſeptimo Ethico. Et ſic patet ꝙ mouentia reducuntur in vnum, quod eſt appetibile. Deinde cum dicit.

Cap. 9.

Intellectus igitur rectus eſt omnis, at appetitus atque imaginatio, & recta eſt, & non recta. Quocirca ſemper quidem ipſum appetibile mouet. Hoc autem eſt aut vere bonum, aut apparens bonum. Attamen non omne bonum mouet, ſed id, quod ſub actione cadit. Sub actione autem cadit, quod aliter ſeſe habere etiam poteſt. Patet igitur talem animæ vim atque potentiam, principium eſſe mouendi, quæ quidem eſt ea, quam appetitum conſueuimus appellare.

Tex. commen. 51.

Appetibile aut reuera bonum eſt aut certe apparet bonũ. 2. phyſi. capit. de cauſis.

Intellectus quidem igitur omnis, rectus eſt. Appetitus autem & phantaſia, recta & non recta. Vnde ſemper quidem mouet appetibile. Sed hoc eſt bonum, aut apparẽs bonum. Non omne autem, ſed agibile bonum. Agibile autem eſt contingens et aliter ſe habere. Quod igitur huiuſmodi potentia mouet animæ, quæ vocatur appetitus, manifeſtum.

Aſsignat ex prædictis, rationem cuiuſdam accidentis circa motũ vel actionem, oſtendes, ſcilicet quare in actionibus & motibus noſtris erramus. Et dicit quod {omnis intellectus eſt rectus} quod intelligendum eſt de intellectu principiorum. Non enim erramus circa prima principia in operabilibus, cuiuſmodi ſunt, nulli nocendũ eſſe. Non eſſe, aliquid iniuſte agendum, & ſimilia, ſicut nec erramus circa prima principia in ſpeculatiuis. In his autẽ quæ ſunt poſt principia, ſi quidem recte conſideramus, procedit ex rectitudine, quæ eſt circa prima principia. Si autẽ à rectitudine deuiamus, procedit ex errore, qui accidit in ratiocinando. Sed appetitus & phantaſia, qui etiam mouent, ſunt & cum rectitudine, & ſine rectitudine.

Et ideo in actionibus noſtris contingit deficere à rectitudine ſenundum ꝙ deficimus ab intellectu & ratione. Vnde patet ex prædictis quod appetibile ſemper mouet. Hoc autem appetibile, eſt aut vere bonum, quando perſiſtitur in iudicio intellectus recti, aut apparens bonum, quando declinata iudicio intellectus recti, propter appetitum vel phantaſiam. Non autem omne bonum eſt appetibile, & mouens, ſed bonum agibile, quod eſt bonum applicatum ad operationem, & hoc contingit aliter ſe habere, ſicut omnia quæ noſtræ actioni ſubduntur. Vnde bonum vltimum & neceſſarium in ſua vniuerſalitate cōſiſtens, non mouet. Manifeſtū eſt igitur ꝙ potentia animæ quæ dicitur appetitus, ſit mouens. Deinde cum dicit.

Conſtat eos oportere, qui partes animæ diuidunt, ſi modo potentias ipſas diuidant, atque ſeparent, complures ipſas eſſe concedere, nutriendi principium, ſentiendi, intelligendi, deliberandi, & appetendi. Hæc enim plus inter ſeſe differunt quam potentia cupiendi ac iraſcendi.

Text. comment. 32.

Diuidentibus autem animæ partes, ſi ſecundum potentias diuidant & ſeparent valde multæ fiunt, vegetatiuum, ſenſitiuum, intellectiuum, conſiliatiuum, adhuc appetitiuum. Hæc enim plus differunt abinuicem, quam concupiſcibile & iraſcibile.

Excludit illud, quod antiqui dixerunt de diſtinctione partium motiuarum, dicens, quod diuidentibus partes animæ in rationalem, iraſcibilem & concupiſcibilem, ſi ipſi intendunt diſtinguere potentias animæ abinuicem ſeparatas multo plures fient, quam ipſi ponant, ſcilicet vegetatiuum, ſenſitiuum, intellectiuum, conſiliatiuum, & appetitiuum. Diſtinguit autem conſiliatiuum ab appetitiuo, ſicut & in 6. Ethico. Diſtinguitur ratiocinatiuum quod eſt contingentium, à ſcientifico, quod eſt neceſſariorum, & ea ratione quæ ibi tangitur. Hæ autem partes animæ plus differunt abinuicem, quam concupiſcibile & iraſcibile, quæ compræhenduntur ſub appetitu ſenſitiuo, vnde plures ſont partes, quam ipſi ponant. Deinde cum dicit.

Cap. 2.

Quando & in quibus appetitus ſint contrarij.

Cum autem appetitiones inter ſeſe contrariæ fiant, quod quidem tum fit, cum ratio cupiditasque contrariæ ſunt, idque fieri ſolet in biſce, quæ ſentiunt atque percipiunt tempus. Mens enim ob futurum retrahere iubet cupiditas vero præſens ipſum perſequitur. Nam quod iam afficit voluptate, id & ſimpliciter afficere voluptate, & abſolute bonum eſſe videtur, ex eo ſane quia futurum non perſpicitur.

Text. comment. 13.

Quoniam autem appetitus fiunt contrarij adinuicem, hoc autem accidit, cum ratio & concupiſcentia contrariæ fuerint. Fit autem in ipſis temporis ſenſum habentibus. Intellectus enim propter futurum retrahere iubet, concupiſcentia autem propter ipſum iam. Videtur enim quòd iam delectabile, & ſimpliciter delectabile, & bonum ſimpliciter, propterea quòd non videtur futurum.

Excludit quandam obiectionem ſupra poſitam ad oſtendendum, quod appetitus non mouet, per hoc quod continentes, appetitum non ſequuntur. Sed hæc ratio ſoluitur, quia in homine ſunt contrarij appetitus, quorum vnum continentes ſequuntur, & alij repugnant. Dicit ergo, ꝙ quia poſſunt fieri appetitus contrarij adinuicem, hoc contingit cum ratio concupiſcentiæ contrariatur. & fit & accidit hoc in habentibus ſenſum temporis, id eſt qui non ſolum cognoſcunt quod in præſenti eſt, ſed cōſiderant præteritum & futurum, quia intellectus quandoque ab aliquo concupiſcibili retrahere iubet, propter futuram conſiderationem. Sicut cum febricitanti, ex iudicio intellectus videtur à vino abſtinendum eſſe, ne febris incaleſcat. Sed concupiſcentia incitat ad accipiendū propter ipſum iam, id eſt propter illud quod in præſenti eſt. Videtur enim quod in præſenti delectabile eſſe ſimpliciter delectabile, & bonum, ex eo ꝙ non conſideratur vt futurum. Deinde cum dicit.

Specie quidem vnum id eſt profecto quod mouet, appetitiuum inquam, vt appetitiuum eſt, atque appetibile omnium eſt mouentium primum. Hoc enim mouet, & non mouetur, mente aut imaginatione perceptum, numero vero plura ſunt ea, quæ mouent.

Specie quidem igitur vnum erit mouēs, appetibile aut appetitiuum. Primum autem omnium appetibile. Hoc enim mouet, & non mouetur, eo quòd ſit intellectum aut imaginatum. Numero autem plura mouentia. Tex. commen. 54.

Oſtendit ordinem motus. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quomodo mouentia ſunt vnum, & quomodo plura. Secundo quomodo ordinatur adinuicem. ibi. {Quoniam autem tria ſunt.} Tertio ſummarie determinat de vnoquoque eorum quædam, quæ ad motum requiruntur. ibi. {Nunc autem.} Dicit ergo primo, quod ſi mouentia conſiderantur formaliter, & ſecundum ſpeciē, vnum erit moues, ſcilicet appetibile vel appetitiuū, quia inter omnia primum mouens eſt appetibile, hic enim eſt mouens non motum, inquantum eſt imaginatum vel intellectum. Manifeſtum eſt enim, ꝙ ſecunda mouentia non mouentur, niſi inquantum participant primum. Vnde omnia conueniunt in ſpecie primi mouentis. Quamuis autem omnia conueniant in ſpecie primi mouentis, tamen numero ſunt plura. Deinde cum dicit.

At vero cum tria ſint in animalium motu: vnum id, quod mouet: ſecundum id, quo mouet: & tertium id, quod mouetur. atque id quod mouet, ſit duplex: nā aliud eſt immobile, aliud mouet atque mouetur. immobile quidem id bonum eſt, quod ſub actionem cadit, id vero, quod mouet atque mouetur, eſt ipſum principium appetendi. Mouetur enim id, quod appetit, ea ratione, qua appetit, & appetitio eſt motus quidam, vel operatio. Id autem, quod mouetur, eſt animal ipſum. At quo mouet appetitus, vt inſtrumento, id iam corpori tribuendum eſt. Quocirca de ipſo tunc eſt contemplandum, cum de communibus animæ, corporiſue operibus, atque officijs contemplabimur. In motu animaliū. 4. requirūtur.

Quoniam autem tria ſunt: vnum quidem mouens, ſecundum autem quo mouet, & tertium, quod mouetur. Mouens autem duplex, aliud quidem immobile, aliud autem, quod mouet, & mouetur. Eſt autem immobile, agibile bonum: mouens, autem & quod mouetur, appetitiuum. Mouetur enim quod appetit, ſecundum quòd appetit, & appetitus actus, aut motus quidam eſt. Quod autem mouetur, animal eſt. Quo vero mouet organo appetitus, iam hoc corporeum. Vnde in communibus animæ & corporis operibus, conſiderandum eſt de ipſis.

Aſsignat ordinem motus, & dicit ꝙ tria ſunt, quæ inueniuntur in motu. Vnum, quod eſt mouens, & aliud eſt organum, quo mouens mouet, & tertium eſt quod mouetur. Mouens autem eſt duplex, vnum quidem immobile, & aliud quod eſt mouens motum. In motu igitur animalis, mouens quod non mouetur, eſt bonum actuale, quod mouet appetitum, prout eſt intellectū vel imaginatum. Sed mouens motum, eſt ipſe appetitus, quia omne quod appetit, inquantū appetit mouetur, & ipſum appetere eſt quidā actus, vel motus, prout motus eſt actus perfecti, prout dictū eſt de operatione ſenſus & intellꝰs.

Quod

Quod autem mouetur, eſt animal. Organum autẽ, quo appetitus mouet, eſt aliquid corporeũ, ſcilicet quod eſt primum organum motus, & ideo de huiuſmodi organis conſiderandum eſt in operationibus communibus animæ & corporis. Determinat enim de hoc in libro de cauſa motus animalium. In hoc enim libro intendit determinare de anima ſecundum ſe. Deinde cum dicit.

Nunc vt in ſumma dicamus, id quod mouet vt inſtrumentum, ibi eſt collocandum, vbi idem principij rationem finiſue ſubit, vt in cardine ſit. Hic enim conuexum & concauum eſt, quorum alterum finis, alterum principium eſt, Quapropter alterum quieſcit, alterum mouetur. Sunt ratione quidem diuerſa, magnitudine vero non ſeparantur: Vniuerſa nanque pulſu tractuque mouẽt. Iccirco oportet, perinde atque in circulo, aliquid manere, & hinc incipere motum.

In omnimotu eſt aliqd mobile à quo motus incipit.

Text. comment. 55.

Nunc autem vt in ſumma dicatur, mouens organice, vbi principium & finis idem, velut in circulatione, hoc eſt gibboſum & concauum. Hoc quidem finis, illud vero principium. Vnde aliud quidem quieſcit, aliud vero mouetur. Ratione quidem altera, magnitudine vero inſeparabilia ſunt. Omnia enim pulſu & tractu mouentur: Propter quod oportet, ſicut in circulo, manere aliquid, & hinc incipere motum.

Summarie determinat de organo motus localis, & dicit, in ſumma, ꝙ primum mouens organice oportet tale eſſe, vt in eodem ſit & principium & finis motus, ſicut in quadam circulatione, in qua eſt gibboſum & cõcauum, quorum vnum eſt quaſi finis, & aliud quaſi principium. Nam concauum eſt ſicut finis, gibboſum autem videtur eſſe, ſicut principium motus. Secundum concauitatem enim contrahitur in ſeipſo, ſecundum gibboſitatem vero attenditur eius dilatatio, prout ab ipſo fit principium motus & pulſus. Et quia in ipſo eſt principium motus & finis, principium autem motus oportet eſſe immobile in vno quoque motu, ſicut cum mouetur manus, quieſcit brachiũ, & cũ mouetur brachium quieſcit humerus, & ſic oĩs motus ab aliquo immobili procedit, oportet ꝙ in ipſo organo motus quod eſt cor, ſit aliquid quieſcens, inquantum eſt principium motus, & aliud quod mouetur, inquantum motus terminatur ad ipſum. Et hæc duo in ipſo, ſcilicet quieſcens & motum ſunt diuerſa ratione, licet ſubiecto & magnitudine ſint abinuicem inſeparabilia. Et ꝙ oporteat ibi eſſe principium motus, & finis, & per conſequens quieſcens & mobile, manifeſtum eſt ex hoc, ꝙ omnis motus animalis componitur ex pulſu & tractu. In pulſu autem id quod eſt mouens, eſt tantum principium motus, quia pellens elongat à ſe id quod pellitur. Sed in tractatu, id quod mouet eſt terminus motus quia trahens ad ſe mouet id, quod trahitur. Et propter hoc oportet ꝙ primum organum motus localis in animali, ſit & vt principiũ motus, & vt terminus. Et ideo oportet ꝙ in eo ſit aliquid manens, & tamen ꝙ hinc incipiat motus, ſicut apparet in motu circulari. Nam corpus quod circulariter mouetur propter immobilitatem cẽtri & polorum non mutat totaliter locum, niſi forte ratione, ſed ſecundum totum manet in eodem loco ſecundum ſubiectum, partes autem variant locum ſubiecto, & non ratione tantum, ſic etiam eſt in omni motu cordis. Nam cor in eadem parte corporis confixum manet, ſed mouetur ſecundum dilationem & conſtrictionem, vt cauſet motum pulſus & tractus, & ſic quodammodo eſt mobile, & quodammodo quieſcens.

Cor eſt organum motus localis in animalibus.

LECTIO XVI.

Nihil motiuum ſuijpſius eſſe ſine phantaſia oſtendit, hominẽ autem ſeipſum mouere ratione particulari practica exponit.

Omnino igitur, vt diximus, hoc ſuijpſius motiuum eſt animal, quo eſt appetitiuum. At appetitiuum ſine imaginatione non eſt. Omnis autem imaginatio, aut rationis eſt particeps, aut eſt ſenſitiua: atq; huius & belluæ participes ſunt.

Omnino igitur, ſicut prædictum eſt, inquantum appetitiuum animal, ſic ſuiypſius motiuum eſt. Appetitiuum autem non ſine phantaſia. Phantaſia autem omnis aut rationalis, aut ſenſibilis eſt. Hac igitur & alia animalia participant.

Tex. comment. 56.

Poſtquam Philoſophus determinauit de principio motiuo ſecundum localem motum in communi & ſecundum ſe, nunc determinat de ipſo, per comparationẽ ad diuerſa genera animalium. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quid ſit commune omnibus animalibus participantibus motum. Secũdo quomodo principium motiuum inueniatur in animalibus imperfectis. ibi. {Conſiderandum autem de imperfectis.} Tertio oſtendit quomodo hoc principium motus ſit in animali perfectiſſimo, quod eſt homo, differenter ab alijs animalibus. ibi. {Senſibilis quidem.} Dicit ergo primo, quod omne animal inquantum eſt appetitiuum, ſic eſt ſuijpſius motiuum. Nam appetitus eſt cauſa propria motus. Sed appetitiuum non eſt ſine phantaſia, quæ eſt vel rationalis, vel ſenſibilis. Senſibili autem phantaſia, alia animalia ab homine participant, non autem rationali phantaſia. Conſiderandum autem eſt, quod ſicut ſupra dictum eſt, ſicut ſub intellectu phantaſiam comprehẽdit, ita etiam phantaſiam vſque ad intelleſtum extendit, ſequens nominis rationem. Nam phantaſia apparitio quædam eſt: apparet autem aliquid & ſecundum ſenſum, & ſecundum rationem. Phantaſia etiam habet ſuam operationem in abſentia ſenſibilium, vt ratio, & intellectus. Deinde cum dicit.

Tex. comment. 48.

At enim conſiderandũ eſt etiam, quid nam ſit id, quod imperfecta animalia motu mouet, quibus ſenſus ineſt tantummodo tactus. Atque inueſtigandum eſt, ſi his etiam inſit imaginatio, cupiditasúe, necne. Etenim dolor, atque voluptas his ineſſe videtur. Quod ſi hæc inſunt, & cupiditatem neceſſe eſt eiſdem ineſſe. At quonã pacto his imaginatio ineſt? An aſſerendum eſt, vt videtur, hęc & in his ineſſe, imaginationem, inquam, atque cupiditatem? Verum vt indeterminate mouentur, ſic & hæc ipſis inſunt indefinite.

A quo imperfecta animalia moueantur.

Aĩalia imperfecta indetermioatam habent phãtaſiam.

Conſiderandum autem, & de imperfectis quid mouens eſt, quibus ſenſus tactus ſolum ineſt, vtrum contingat phantaſiam & concupiſcentiam ineſſe his, an non. Videtur enim letitia & triſtitia ineſſe. Si autem hæc, & concupiſcentiam neceſſe. Phantaſia autem quomodo vtique inerit? An ſicut mouentur indeterminate, & hæc inſunt quidem, indeterminate autem inſunt.

Oſtendit quid ſit principium motus in animalibus imperfectis. Et dicũtur animalia imperfecta, quibus ineſt ſolum ſenſus tactus. Et dicit, ꝙ conſiderandũ eſt quid moueat ea, vtrum ſcilicet in eis ſit phantaſia & concupiſcentia, vel non. Videtur autem, ꝙ in eis ſit concupiſcentia, quia in eis videtur eſſe lætitia & triſtitia. Retrahunt enim ſe, cum ab aliquo nociuo tanguntur, & aperiunt ſe, & extendunt in illud, quod eſt eis conueniens, quod non fieret, niſi in eis eſſet dolor & delectatio. Si hæc autem ſunt in eis, neceſſarium eſt ꝙ in eis ſit concupiſcentia.

Sed cum concupiſcentia ex ſenſu fiat delectationis, ſequitur ꝙ concupiſcentia non ſit ſine phantaſia. Reſtat ergo quærendum, quomodo in eis ſit phantaſia. Et reſpondet quod ſicut mouentur, ita ineſt huiuſmodi animalibus, & phãtaſia & cõcupiſcentia. Mouentur autem non determinate, quaſi intendentes aliquem determinatum locum, in ſuo motu, ſicut accidit in animalibus, quæ mouentur motu proceſsiuo, quæ imaginãtur aliquid diſtans, & illud concupiſcunt, & ad illud mouẽtur. Sed huiuſmodi animalia imperfecta non imaginantur aliquod diſtans, quia nihil imaginantur, niſi ad præſentiam ſenſibilis. Sed cum læduntur, imaginantur illud vt nociuum, & retrahunt ſe, & cum delectantur, extendunt ſe ſuper illud, & applicant ſe illi. Et ſic in eis eſt phantaſia vel concupiſcentia indeterminata, inquantum imaginantur & concupiſcunt aliquid vt conueniens, non autem vt hoc, aut illud, aut hic, aut ibi, ſed habent cõfuſam imaginationem, & concupiſcentiam. Deinde cum dicit.

Memẽto eorum quæ ſupra tex. 156. notata ſunt.

Imaginatio igitur ſenſitiua in ratione etiam expertibus, vti diximus, animalibus ineſt. At deliberatiua his ineſt tãtum, in quibus oratio ineſt. Nam vtrum hoc agat, an hoc rationis iam opus, atque officium eſt. Atque neceſſe eſt vno quodam metiri: maius enim perſequitur. Quare poteſt vnum ex pluribus phantaſmatibus facere. Et hæc eſt cauſa ſane, cur non omnis imaginatio videtur opinionem habere, quia eam quæ eſt ex ratiocinatione non habet. At hæc illam nimirum habet. Quapropter deliberatiuum appetitus non habet.

Hic Ariſt. vim cogitatiuam innuere videtur.

Senſibilis igitur phantaſia, ſicut dictum eſt, & in alijs animalibus ineſt. Deliberatiua autem rationalibus ineſt. Vtrum enim aget hoc, aut hoc, iam rationis eſt opus: & neceſſe eſt vno menſurare. Maius enim imitatur. Quare poteſt vnum ex pluribus phantaſmatibus facere. Et cauſa hæc eſt, cur opinionem non putatur habere, quoniam eã quæ ex ſyllogiſmo non habet. Hæc at illam. Propter quod deliberatiuum non habet appetitus.

Tex. commen. 57.

Oſtendit quod principium motiuum ſit in hominibus. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quomodo principium mouens in hominibus eſt ratio deliberans. Secundo quomodo aliquando deliberatio rationis, per appetitum vincitur. ibi. {Vincit autem.} Tertio oſtendit quæ ratio ſit mouens, ibi. {Scientificũ autem.} Dicit ergo primo, ꝙ phantaſia ſenſibilis, vt ex dictis patet, eſt & in alijs animalibus, ſed illa, quæ eſt per deliberationem, eſt tantum in rationalibus, quia conſiderare vtrum hoc ſit agendum, aut hoc, quod eſt deliberare, opus eſt rationis. Et in tali conſideratione neceſſe eſt accipere aliquam vnam regulam, vel finẽ, vel aliquid huiuſmodi, ad quod menſuretur quid ſit magis agendum. Manifeſtum eſt.n. ꝙ homo {imitatur} id eſt deſiderat id, quod eſt magis in bonitate, & id, quod eſt melius: melius autem ſemper diiudicamus aliqua menſura, & ideo oportet accipere aliquam menſuram, in deliberando quid magis ſit agendũ. Et hoc eſt medium, ex quo ratio practica ſyllogiçat quid ſit eligendum. Vnde manifeſtum eſt, quòd ratio deliberans poteſt ex pluribus phantaſmatibus vnum facere, ſcilicet ex tribus, quorum vnum præeligitur alteri, & tertium eſt quaſi menſura, quæ præelegit. Et hæc eſt cauſa, quare animalia non habent opinionẽ, licet habeant phantaſiam, quia non poſſunt vti ſyllogiſmo, per quem vnum præeligant alteri: Sed deliberatio rationis habet illam ſcilicet opinionẽ, alias non faceret ex pluribus phantaſmatibus vnum. Et inde eſt, ꝙ appetitus inferior, qui ſequitur phantaſiam, non habet deliberationem, ſed abſque deliberatione mouetur ad concupiſcendum, vel iraſcendum, quia ſcilicet ſequitur phantaſiam ſenſibilem.

Medium practici ſyllogiſmi.

Deinde cum dicit.

Vincit autem interdum appetitus, mouetq; voluntatẽ, interdum hæc illum, appetitus inquam appetitum, vt ſphæra ſphæram, cum in continentia ſit. Atque ſemper ſuperior magis eſt princeps, mouetq; natura. quo fit, vt tres iam motus efficiantur.

Vincit autem & mouet aliquando appetitus deliberationem: Aliquando autem mouet & hunc illa, ſicut ſphæra, appetitus appetitum, cum incontinentia fuerit. Natura autem ſemper quæ ſurſum, principalior eſt, & mouet, vt tribus lationibus iam moueatur.

Oſtendit quomodo deliberatio rationis vincatur ab appetitu inferiori, & dicit, ꝙ appetitus inferior, qui eſt ſine deliberatione, vincit deliberationem, & remouet hominem ab eo quod deliberauit. Aliquando econuerſo appetitus mouet appetitum ſcilicet ſuperior, qui eſt rationis deliberantis, eum qui eſt phantaſiæ ſenſibilis, ſicut in corporibus cœleſtibus, ſphæra ſuperior mouet inferiorẽ, quod accidit cum aliquis continens fuerit. Continentis enim eſt per deliberationem rationis vincere paſsiones. Et iſte eſt naturalis ordo, vt ſuperior appetitus moueat inferiorem, quia etiam in corporibus cœleſtibus naturaliter ſphæra ſuperior principalior eſt, & mouet inferiorẽ, ita quod inferior mouetur tribus motibus localibus. Sicut ſphæra Saturni mouetur & motu diurno, qui eſt ſuper polos mundi, & motu contrario, qui eſt ſuper polos çodiaci, & præter hoc motu proprio. Et ſimiliter appetitus inferior, etſi aliquid de motu proprio retineat, mouetur tamen naturali ordine, motu appetitus ſuperioris, & motu rationis deliberantis. Si autem econuerſo accidit, ꝙ appetitus ſuperior tranſmoueatur ab inferiori, hoc eſt præter ordinem naturalem. Vnde & hoc facit peccatum in moribus, ſicut peccata ſunt monſtra in natura. Deinde cum dicit.

Ea vero ratio, cui ſcientiæ tribuuntur, non mouet, ſed manet. Cum autem æſtimationum ac rationum, alia ſit vniuerſalis, alia ſingularis: alia nanque dicit omne bonũ honoribus eſſe afficiendum, hæc vero dicit & me bonum eſſe, hæc iam opinio mouet, non illa vniuerſalis. Quin potius ambæ mouent. At illa quieſcens magis, hæc autem non quieſcens.

Particularis propoſitio magis mouet, quã vniuerſalis.

Scientificum autem non mouet, ſed manet. Quoniam autem hoc quidem vniuerſalis exiſtimatio & ratio, alia vero particularis. Hæc quidem enim dicit, quod oportet talem tale agere, hoc autem quod hoc quidem eſt tale, & ego talis. Iam hæc mouet opinio, non quæ vniuerſalis. Aut vtraque, ſed hæc quidem quieſcens magis, hæc autem non.

Tex. commen 58.

Oſtendit quæ ratio ſit mouens. Et primo ſciendum eſt quod ratio ſpeculatiua, quam appellat ſcientificam, nõ mouet, ſed in quiete eſt, quia nihil de imitando vel fugiẽdo dicit, vt ſupra dictum eſt. Ratio autem practica, quædam eſt vniuerſalis, & quædam particularis. Vniuerſalis quidem, ſicut quæ dicit, quod oportet talem tale agere, ſicut filium honorare parentes. Ratio autem particularis dicit quod hoc quidem eſt tale, & ego talis, puta quod ego filius, & hunc honorem debeo nunc exhibere parenti. Hæc autem iam opinio mouet, non autem illa, quæ eſt vniuerſalis. Aut ſi vtraque mouet, illa, quæ eſt vniuerſalis, mouet vt cauſa prima & quieſcens, particularis vero vt cauſa proxima, & quodammodo motui applicata.

Nam

Nam operationes & motus in particularibus ſunt, vnde oportet ad hoc quòd motus ſequatur, quòd opinio vniuerſalis ad particularia applicetur. Et propter hoc etiam peccatum in actionibus accidit, quando opinio in particulari operabili corrumpitur propter aliquam delectationem, vel propter aliquam aliam paſsionem, quæ tamen vniuerſalem opinionem non corrumpit.

Vnde accepſū oriatur.

LECTIO XVII.

Quodliber viuens, quandiu viuit vegetatiuam animam neceſſario habere oſtendit, non autem ſenſum, niſi paſsiue, vt plantas, vtroque autem modo animalia tantum ſenſum habere, & ex illis ſenſum tactus, & guſtus; qui ſenſus ſunt in recipiendo, non autem emittendo.

Vegetatiuū in omnibus viuētibus eſt

NEceſſe eſt igitur, omne quod viuit, animamq; habet, nutriendi vim habere ab ortu generationeue vſq; ad interitum corruptionemue ſuam. Neceſſe eſt.n. omne quod eſt ortum, accretionem, & ſtatum, & decretionem habere, quæ quidem, vt patet, ſine nutritione fieri nequeunt. Neceſſe eſt igitur vniuerſis his quæ accreſcunt atq; decreſcunt, ineſſe potentiam nutriendi.

Tex. comment. 59.

Vegetabilem igitur animam neceſſe habere omne, quodcunque viuit, & habet animam, à generatione vſq; ad corruptionem. Neceſſe eſt enim quod generatur, augmentum habere, & ſtatum, & decrementum, hoc autem ſine alimento eſſe, impoſſibile eſt. Neceſſe eſt igitur, ineſſe vegetabilem potentiam in omnibus generabilibus, & corruptibilibus.

Poſtquam Philoſophus determinauit de ſingulis partibus animæ, hic oſtendit quomodo adinuicem ordinantur. Et primo oſtendit, ꝙ neceſſe eſt animæ, partem vegetabilem in omnibus viuentibus inueniri. Secundo oſtendit ꝙ ſenſitiua non eſt in omnibus, ſed in aliquibus ibi. {Senſum autem non neceſſe.} Dicit ergo primo, ex his, quæ ſupra de partibus animæ determinata ſunt, concludens, ꝙ omne, quod viuit, & per conſequens quácunque partem animę habens, neceſſe eſt ꝙ habeat animam vegetabilem à principio ſuæ generationis vſq; ad ſuam corruptionem. Ex quo innuit hoc eſſe in animalibus, quæ generantur, & corrumpuntur intelligendum. Hoc autem probat ſic, quia neceſſe eſt ꝙ omne viuens quod generatur, habeat augmentum & ſtatum & decrementum: ſed hæc non poſſunt accidere ſine alimento, quia tempore augmenti oportet quòd plus de alimento conuertatur, quam ſufficiat de conſeruationem præexiſtentis magnitudinis, tempore autem ſtatus, æqualiter, ſed tempore diminutionis, minus. Cum igitur vti alimento pertineat ad partem vegetabilem, neceſſe eſt quòd hæc pars animæ ſit in omnibus viuentibus, quæ generantur & corrumpuntur. Et ſic patet ordo iſtius partis animæ ad alias partes animæ, quia omnes aliæ præſupponunt iſtam. Deinde cum dicit.

Non omne viuēs habet ſenſum.

At non in omnibus viuentibus neceſſe eſt ſenſum eſſe. Etenim neque ea poſſunt tactum habere, quorum corpus eſt ſimplex, quæ non ſine materia formarum ſunt ſuſceptiuum. Neque fieri poteſt, vt ſine hoc ſenſu, animalium quicquam in rerum ſit ratione.

Text. comment. 60.

Senſum autem non neceſſe eſt omnibus viuentibus ineſſe. Neq;.n. ea, quorum ſimplex corpus, contingit habere tactum. Neq; ſine hoc poſſibile eſt eſſe vllum animal, neq; quæcunque non ſuſceptiua ſpecierum ſine materia.

Oſtendit quomodo ſe habeat pars ſenſitiua ad viuentia. Et primo oſtendit ꝙ non eſt in omnibus viuētibus. Secundo oſtendit in quibus viuentibus ſit, ibi. {Animal autem neceſſe.} Dicit ergo primo quòd non eſt neceſſarium quòd omnia viuentia habeant ſenſum, quia ſenſus tactus (ſine quo nullus alius poteſt eſſe, & per conſequēs neq; aliquod animal, cuius ratio perficitur ex hoc quòd habet ſenſum) eſſe non poteſt in aliquo corpore ſimplici, quia organum ſenſus tactus neceſſe eſt eſſe in quadam medietate inter contraria, vt ſupra oſtenſum eſt: quod nulli corpori ſimplici conuenit, cum in corporibus ſimplicibus ſint excellentiæ qualitatum ſenſibilium, puta in igne excellentia calidi, in aqua, excellentia frigidi. Similiter etiam quæcunq; non ſunt ſuſceptiua ſpecierum ſine materia, non habent ſenſum. Nam ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, vt ſupra dictum eſt. Sunt autem quædam viuentia, ſcilicet plantæ, quæ ſunt propinqua corporibus ſimplicibus propter earum terreſtreitatem, & non recipiunt ſpecies ſenſibilium, niſi per materialem immutationem, non ergo omnia viuentia habent ſenſum. Deinde cum dicit.

a. tex. commen. 118.

a. tex. comment. 122.

Animal omne neceſſario habet ſenſum.

Animal autem neceſſe eſt ſenſum habere, ſi nihil facit fruſtra natura. Nam vniuerſa, quæ natura conficiuntur, gratia ſunt alicuius, aut ſunt caſus eorum, quæ alicuius cauſa ſiunt. Si igitur corpus, quod habet vim gradiendi, non haberet ſenſum, corrumperetur ſane & non ad ſuum proficiſceretur, perueniretq; finem: quem quidem opus eſſe naturæ conſtat. Quo nanq; pacto nutrietur? Immobilibus enim adeſt nutrimentum, eo in loco vbi ſunt orta, quo nutriri poſſunt ſuapte natura.

Animal autem neceſſe eſt ſenſum habere, ſi nihil fruſtra facit natura. Propter aliquid enim omnia, quæ ſunt natura, ſubſiſtunt, aut concidentia ſunt eorum, quæ ſunt propter aliquid. Si igitur omne proceſſiuum corpus non habet ſenſum, corrumpetur vtique, et ad finem non vtiq; veniet, qui eſt naturæ opus. Quomodo.n. aletur? Manentibus quidem enim exiſtit, vnde nutriri nata ſunt.

Oſtendit ꝙ omnia animalia habent ſenſum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit hoc de animalibus, quæ mouentur motu proceſsiuo. Secundo ſimpliciter de omnibus animalibus, ibi. {At vero}. Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo excludit quoddam per quod poſſet ſuæ rationi obuiari. ibi {Non poteſt autem corpus.} Dicit ergo primo, quòd neceſſe eſt ꝙ animal ſenſum habeat. Ad quod probandum proponit primo quòd natura nihil facit fruſtra. quia omnia, quæ ſunt in natura, ſunt propter aliud, id eſt proueniunt ex neceſsitate ex his, quæ propter aliquid ſunt. Sicut natura facit membra propter aliquas operationes. Sed ex hoc quòd membra ſunt talis diſpoſitionis, ſequitur ꝙ habeant aliqua accidentia, ſicut quòd habeant piloſitates quaſdam, vel colores, vel corruptiones, quæ non ſunt propter finem, ſed magis proueniunt ex neceſsitate materiæ. Sic igitur, cum natura operetur propter aliquid, ſi res naturales non poſſent peruenire ad finem, quem natura intendit, eſſent fruſtra. Sed natura fecit corpus proceſsiuum, id eſt animalis, quod poteſt moueri motu proceſsiuo, ſic organiçatum & diſpoſitum, propter motum, & vt per motum vlterius proſequeretur alimentum, per quod conſeruaretur in eſſe. Hoc autem non poſſet eſſe, ſi non haberet ſenſum, quia non diſcerneret corruptibilia, quæ poſſunt ei obuiare, & ſic corrumperetur, & non perueniret ad finem, quem natura intendit, vt ſcilicet cóſeruetur alimento, quod ex motu acquiritur. Qúo.n. alerentur, niſi quęrerent alimētum per motum? Nec eſt inſtantia de animalibus immobilibus, quia animalibus manētibus, i. immobilibus exiſtit adiunctū illud, vnde nata ſunt nutriri, vnde non oportet ꝙ à remotis quærát.

Manifeſtum

Manifeſtum eſt igitur, ꝙ ſi corpora proceſsiua non haberent ſenſum, non poſſent conſequi finem, ad quem natura ordinauit, & ita eſſent fruſtra, quod eſt incõueniens.

Deinde cum dicit.

Fieri autem nequit vt corporum quicquam mobile, atque ortum, animam quidem habeat, diſcernentemq́; mentem, ſenſu autem vacet. Cur enim non habebit? Aut enim animæ, aut corpori idipſum melius erit; At neutri videtur melius eſſe. Illa namq; ob hoc non intelliget magis. Illud autem non ob id ipſum magis perſiſtet. At vero neq; corpus quicquam ingenitum animatum, ſenſum habere neceſſe eſt. Nullum igitur, vti diximus, non immobile corpus habet animam abſque ſenſu.

Text. comment. 61. *Non poteſt autem corpus habere quidem animam, & intellectum diſcretiuum, ſenſum autem non habere, non manſiuum exiſtens, generabile autem. At vero neq; ingenerabile. Quare.n.non habebit? Aut.n.animæ melius, aut corpori. Nunc autem neutrum eſt. Hæc quidem non magis intelligit. Hoc autẽ nihil erit magis propter illud.*

Text. commen. 62. *Nullum ergo habet animal corpus non manens ſine ſenſu.*

Excludit quoddam, per quod poſſet obuiari prædictæ rationi. Poſſet enim aliquis dicere, ꝙ corpus proceſsiuum poteſt peruenire ad finem intentum à natura, diſcernendo corruptibilia per intellectum, etiã ſi non haberet ſenſum. Sed excludit hoc: dicens, ꝙ corpus nõ exiſtens manſiuum, ſed proceſsiuum, non poteſt habere animam, & intellectum diſcernentem nociua, ita ꝙ non habeat ſenſum, neque ſi ſit generabile, neque ſi ſit ingenerabile. Et de generabili, quidem oſtenſum eſt. Nam viuentia generabilia habentia intellectum ſunt tantum homines. Intellectus autem humanus indiget ſenſu, vt ſupra oſtenſum eſt. Sed quod dicit, {ꝙ neque illud quod eſt ingenerabile habet intellectum ſine ſenſu,} videtur eſſe falſum ſecundum opinionem Ariſt. Nam corpora cæleſtia, quæ ponit eſſe animata, habent de partibus animæ, intellectum. Non habent autem ſenſum, cum ſint corpora vniformia, non habentia diſtinctionem in organis, quæ requiruntur ad ſenſum. Vnde quidam ſic exponunt vt ibi terminetur ſententia, vbi dicit {generabile autem,} vt ſit ſenſus, ꝙ nullum corpus non manens, poteſt habere intellectum ſine ſenſu, dũmodo ſit generabile. Sed quod ſubdit. {At vero neque ingenerabile,} eſt principium alterius ſententiæ, ac ſi dicat, ꝙ hoc quod dictũ eſt de corpore generabili, non ſic ſe habet circa corpus ingenerabile, vt ſcilicet non poſsit habere intellectum ſine ſenſu. Et hoc eſt quod ſubdit. {Quare enim non habebit.} Intelligẽdum eſt magis relatiue quàm interrogatiue, vt ſit ſenſus, ꝙ cauſa, quare corpus ingenerabile, ſcilicet corpus cęleſte, non habet ſenſum, licet habeat intellectum, eſt iſta, quia ſi haberet ſenſum, aut hoc eſſet vt exinde eſſet aliquid melius animæ corporis, aut vt exinde eſſet melius corpori cæleſti: ſed neutrum horum eſt, quia anima corporis cæleſtis nõ magis intelligeret per ſenſum, quam ſine ſenſu, intelligit enim per modum ſubſtantiarum ſeparatarum ea, quæ ſunt ſecundum ſe intelligibilia. Neq; etiam corpus cæleſte magis poſſet conſeruari in eſſe, propter ſenſum, quia non eſt poſsibile ipſum corrumpi, vnde non indiget ſenſu ad vitandum corrumpentia. Sed ad hunc ſenſum non adaptatur concluſio conſequens, ſcilicet ꝙ nullum corpus non manens, id eſt non immobile, habet animam ſine ſenſu. Niſi forte dicatur, ꝙ hæc concluſio, non ſequitur ex eo quod immediate dictum eſt, ſed ex eo quod primo fuit dictum. Quia igitur hæc expoſitio extorta videtur, dicendum eſt, quod per corpus ingenerabile non intelligit corpus cæleſte, ſed corpora quorundam animalium aereorum, quæ ponebant Platonici, nominantes ea demones, quos quidem Apule. platonicus ſic diffinit. Dęmones ſunt animalia corpore aerea, mente rationalia, animo paſsiua, tempore æterna. Et de huiuſmodi animaliũ corporibus vult Philoſophus oſtendere, ꝙ non eſt poſsibile quod habeant intellectum ſine ſenſu, ſicut Platonici poſuerunt, vt interrogatiue legatur quod dicitur. {Quare enim non habebit?} ſcilicet huiuſmodi corpus ſenſum. q.d. Non eſt huius rationem aſsignare. Si enim non habet, aut hoc eſt propter bonum animæ, aut propter bonum corporis. Sed neutrum horum; quia ſine ſenſu, neque anima eius intelligit melius, neque corpus magis conſeruabitur. Et ex hoc ſtatim directę ſequitur concluſio, quam inducit ꝙ nullum corpus mobile habens animam, careat ſenſu. Apparet autem hanc eſſe intentionem Ariſt. ex hoc ꝙ immediate ſubiungit, ꝙ impoſsibile eſt aliquod corpus ſimplex eſſe corpus animalis. Deinde cum dicit.

Atqui ſi ſenſum habet, neceſſe eſt ipſum vel ſimplex corpus, vel miſtum eſſe. Sed fieri non poteſt vt ſit ſimplex, non.n.habebit tactum. At hunc ſenſum ineſſe neceſſe eſt.

At vero ſi habet ſenſum, neceſſe eſt corpus eſſe aut ſimplex, aut miſtum. Impoſſibile autem eſt eſſe ſimplex. Tactum.n.non haberet. Eſt autem neceſſe hunc habere.

Oſtẽdit ꝙ ſenſus ſit ſimpliciter neceſſarius omni animali. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo inducit quandam concluſionem ex dictis. ibi {Manifeſtum igitur quoniam neceſſe.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum. ibi {Hoc autem ex his.} Proponit autem duo, quorum primum eſt ꝙ ſi aliquod corpus habet ſenſum, neceſſe eſt ꝙ vel ſit ſimplex, vel miſtum. Et impoſſibile eſt ꝙ ſit ſimplex, quia ſi eſſet corpus ſimplex, non haberet tactum, quem quidem ſenſum neceſſe eſt omne animal habere, non ſolum animalia proceſsiua, ſed etiam aĩalia immobilia, ſicut oſtendit ſupra. Deinde cum dicit.

Quod quidẽ ex hiſce perſpicuum euadere poteſt. Nam cum animal omne corpus ſit animatum: corpus que omne tangibile ſit: tangibile autem ſit id, quod eſt ſenſibile tactu: neceſſe eſt & animalis corpus vim habeat ſentiendi tangendo, ſi debeat ipſum animal conſeruari. Cæteri nanque ſenſus per alia quadam externa ſentiunt. Odoratus, inquam, viſus, ac auditus. Tangens autem niſi ſenſum habeat, non poterit alia quidem fugere, alia autem capere. Quod ſi ita ſit, fieri non poteſt, vt ipſum animal conſeruetur. Secũdo tex. cõment. 27. Animal omne habet ſenſum tactus.

Hoc autem ex his manifeſtum. Quoniam enim animal corpus animatum eſt: corpus autem omne tangibile: tangibile autem quod ſenſibile tactu: neceſſe & animalis corpus tactiuum eſſe, ſi debet ſaluari animal. Alij enim ſenſus per alterã ſentiunt, vt olfactus, viſus, auditus. Tactiuum autem niſi habeat ſenſum, non hæc quidem poterit fugere, illa autem accipere. Si vero hæc, impoſſibile eſt ſaluari animal. Tex. comment. 63.

Probat propoſitum. Et primo, ꝙ ſenſus tactus ſit in omnibus animalibus, ſecundo ꝙ corpus animalis non poſsit eſſe corpus ſimplex. ibi {Quod autem poſsibile.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, ꝙ neceſſe eſt ineſſe omnibus animalibus ſenſum tactus, ſecũdo ꝙ alij ſenſus à ſenſu tactus non inſunt omnibus. ibi {Alij autem propter bonũ &c.} Circa primũ duo facit. Primo oſtendit, ꝙ neceſſe eſt tactum ineſſe omnibus animalibus. Secundo oñdit idẽ de guſtu ibi. {Propter quod & guſtus.}

Dicit

Dicit ergo primo, ꝙ hoc; ſcilicet ꝙ neceſſe ſit tactum ineſſe omnibus animalibus manifeſtum eſt ex his, quæ nunc dicentur. Animal enim eſt corpus animatum. Omne autem corpus, ſcilicet generabile & corruptibile, eſt tangibile, & dico tangibile quod eſt ſenſibile tactu. Corpora autem cœleſtia, quæ ſunt ingenerabilia & incorruptibilia, non ſunt tangibilia. Nō enim ſunt de natura elementorum, vt poſſunt habere qualitates elementares, quæ ſunt qualitates tangibiles. Sed omnia corpora corruptibilia neceſſe eſt habere qualitates tangibiles, cum ſint vel elementa ſimplicia, vel ex elementis compoſita. Et ex hoc concludit, ꝙ neceſſe eſt corpus animalis habere ſenſum tactus; ſi debeat ſaluari corpus animalis, quia cū corpus animalis ſit tangibile; id eſt habens tangibiles qualitates, & ſimiliter corpora, quę ipſum tangunt, immutari poteſt corpus animalis ab his, quæ ipſum tangūt, naturali immutatione vſque ad ſuam corruptionem. Aliter autem eſt de alijs ſenſibus quæ ſentiunt per alia media, & non tangendo, ſicut olfactus viſus, & auditus. Vnde illa ſenſibilia cum ſint remota, non tangūt corpus animalis, nec poſſunt alterare ipſum ad corruptionem, ſicut tangibilia. Et ideo niſi animal haberet ſenſum tactus, per quem diſcerneret conuenientia à corruptiuis, non poſſet hæc fugere, & illa accipere, & ita non poſſet ſaluari animal. Neceſſarium eſt igitur ad ſalutē animalis, ꝙ habeat ſenſum tactus. Deinde cum dicit.

Omne animal hēt guſtum. Supra libro 2. tex. 48.

Quapropter & ipſe guſtus, quaſi tactus eſt quidam. Eſt enim alimenti ſenſus. At alimentum corpus eſt, quod tactu percipitur. Sonus autem, & color, & odor non nutriunt, nec accretionem, decretionemúe faciunt. Quia neceſſe eſt ipſum guſtum, tactum quendam eſſe, quia rei tangibilis ac nutritiui eſt ſenſus. Hi igitur ſenſus neceſſarij ſunt animali; atque perſpicuum eſt fieri non poſſe, vt ſit animal abſque tactu.

Tex. comment. 64.

Propter quod et guſtus eſt, ſicut tactus quidam, alimētum autem, corpus tangi poſſibile. Sonus autem, & color & odor non alunt, neque faciunt augmentum, neque decrementum. Quare & guſtum neceſſe eſt tactum eſſe quendam, quia tangibilis & vegetatiui ſenſus eſt. Hi quidem igitur neceſſarij ſunt animali. Quo & manifeſtum quòd non poſſibile ſine tactu animal eſſe.

S. Thomam in fine huius libri tertij.

Oſtendit idem de guſtu. ſ. ꝙ guſtus eſt ſicut tactus quidam. Eſt. n. guſtus alimenti: quo. ſ. diſcernitur alimentū, vtrum ſit conueniens vel non. Alimentum aūt eſt quoddam corpus tangibile. Nutrimur. n. ex hoc ꝙ eſt calidum, humidum, frigidum, & ſiccum. Ex eiſdem enim nutrimur, ex quibus ſumus. Sed ſonus, & color, & odor nihil faciūt ad alimentum, neque ad augmentum, vel ad decrementum. Sapor autem confert ad alimentum, inquantum eſt ſequela complexionis. Sic igitur patet, quod guſtus eſt quidam tactus, quia eſt ſenſus alicuius tangibilis & vegetatiui, id eſt nutritiui. ſ. alimenti. Et ſic patet, ꝙ hi ſenſus neceſſarij ſunt animali. Ex quo & manifeſtum eſt, quod animal non poteſt eſſe ſine tactu. Deinde cum dicit.

Tactus & guſtus neceſſarij, cæteri vero ad bene eſſe.

At cæteri ſenſus, boni ſunt gratia, & definito iam generi non cuiuſuis animalium ſine vllo diſcrimine, ſed cuidam, vt gradienti neceſſe eſt, inſint. Nam ſi conſeruari debeat, non ſolum tangendo, ſed eminus etiam ſentire ipſum oportet. Quod quidem erit, ſi per externum ſentire medium poſſit hoc pacto, vt à ſenſibili quidem medium, ab hoc autem ipſum patiatur, ac moueatur.

Tex. comment. 65.

Alij autem propter bonum, & generi animalium iam nō cuicunque, ſed quibuſdam, vt proceſſiuo neceſſe ineſſe. Si enim debet ſaluari, non ſolum oportet tactum ſentire, ſed & de longe. Hoc autem erit, ſi per medium ſenſitiuū fuerit, eo quòd illud quidem à ſenſibili patiatur, & moueatur, ipſum autem ab illo.

Oſtendit quod alij ſenſus non inſunt omnibus animalibus, ſed quibuſdam. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo manifeſtat quoddā quod dixerat, ibi. {Sicut. n. mouēs.} Dicit ergo primo, quod alij ſenſus. ſ. viſus, auditus & olfactus, conueniunt aīali non propter neceſſitatem, ſed propter bene eſſe. Sed neceſſarium eſt eos ineſſe non cuilibet generi animalium, ſed quibuſdam, ſ. quæ mouētur motu proceſſiuo: quia ſi debet huiuſmodi animal ſaluari, non ſolum debet ſentire id, quod tangit, ſed debet ſentire id, quod eſt à longe; quia ad aliquid remotum mouetur. Hoc aūt, ſ. quod ſentiat aliquid à longe, erit, ſi habeat ſenſus, qui ſentiant per medium, eo quod medium patitur, & mouetur à ſenſibili, ſenſus autē à medio. Et hoc oſtendit conſequenter cum dicit.

Nam, vt in motu ad locum accommodato fieri ſolet, cum per multa efficitur. Primum nanque mouens pellit ſenſum, pellendoq; facit vt illud pellat id, quod deinceps poſt illud eſt collocatum, fitq; hoc pacto motus per medium. Atque primum quidem pellit, & non pellitur, vltimum autem pellitur non pellit. Medium vero pellitur, atque pellit. Et interdum plura ſunt media; interdum pauciora. Sic & in alteratione fieri ſolet, hoc excepto dūtaxat id, inquam, quod alterat, eodem in loco manere. Veluti ſi quiſpiam in ceram tinxerit, vſque ad id mota eſt, vſquequo tinxerit. Lapis autem non mouetur. At aqua ad diſtantiam longam. Aer autem ad longiorem mouetur, atque agit, & patitur, ſi maneat, ſitq; vnus & non diuiſus. Quapropter & de reflexione melius eſt autem à figura, coloreq; pati, quouſq; ſit vnus (Eſt autē vnus in ipſo leni) quam egredientem viſionem frangi, atq; reflecti cēſere. Quocirca rurſus hoc mouet viſum perinde atq; ſignum quod in ceram imprimitur, tranſmitteretur vſq; ad finē.

Senſus ſentiunt recipiēdo, nō emittēdo & quo modo.

Sicut. n. mouens ſecundum locum, vſq; ad permutationem facit, & pellens alterum facit vt pellatur, & eſt per medium motus. Et primum quidē mouens depellit & non depellitur, vltimum autem ſolum depellitur non pellens, medium autem vtraq; autem multa media, ſic & in alteratione, præter quam quod manet in eodem loco id quod alterat. Vt ſi in ceram tinxerit aliquis, vſque ad id mota eſt, vſquequo tinxit. Lapis autem nihil. Sed aqua vſque procul. Aer autem ad plurimum mouetur, & facit & patitur, ſi maneat, & vnus ſit. Vnde & de repercuſſione, eſt melius, quam viſum egredientem repercuti, aerem pati à figura & colore vſquequo ſit vnus. In leni autē eſt vnus, propter quod hic iterum viſum mouebit, ſicut vtique ſi in ceram ſigillum ingrederetur vſque ad finem.

Oſtendit per ſimile in motu locali. Videmus enim quod mouens ſecundum locum, facit permutationem vſque ad aliquem determinatum locum. quia quod primo depellit, facit, vt illud depulſum, iterum depellat aliud, & ſic primum depellens mouet tertium per medium, & primum quidem mouens depellit, ſed non depellitur, vltimum autem, vbi terminatur motus, depellitur, ſed non depellit. Medium autem habet vtrunq; ſcilicet quod depellit, & depellitur, & contingit multa media eſſe talia. Et ſicut hoc eſt in motu locali, ita contingit in alteratione, quod ſit primum mouens & vltimum motum, & medium quod ſit mouens & motum. Sed in hoc tñ differt, quod primum alterans manet ſcd'm locum dum alterat, quod non contingit dici depellente. Et ponit exēplum. ſicut ſi aliquis tangat ceram liquefactam, vſque

ad illum terminum mota eſt, quouſque per actionem caloris actio tangentis pertingit. Sed lapis, quia durus eſt, non eſt ſuſceptiuus talis impreſsionis. In qua autem talis actio magis protenditur procul, quam in cera. Sed adhuc aer, qui eſt paſsibilior, in maxime remotum mouetur, & facit & patitur, vt medium exiſtēs, dummodo maneat & ſit vnus, vt ſcilicet non interrumpatur per aliquod obſtaculum interpoſitum. Et ideo circa repercuſsionem ſenſus, melius eſt dicere, ꝙ aer patiatur à figura & colore, quouſque permanet vnus & continuus, quod contingit quando eſt lenis, & non interruptus, quàm quod radij egredientes à viſu repercutiantur à viſibili, vt Platonici poſuerunt. Et ideo aer ſic motus à figura & colore, mouebit viſum, inquantum viſibile immutat totum aerem vſque ad viſum. Et eſſet ſimile de cera & ſigillo, ſi figura ſigilli imprimeretur in ceram vſque ad vltimum terminum eius, ſicut viſibile imprimit ſpeciem ſuam in aerem vſq; ad viſum.

LECTIO XVIII.

Animati corpus non eſſe ſimpliciter de natura alicuius particularis elementi ſenſibilis, nec eſſe ſine ſenſu tactus, quemadmodum eſſe poteſt non exiſtentibus alijs ſenſibus.

Aĩalis corpus ſimplex eē nullo modo poteſt.

AT qui perſpicuum eſt fieri non poſſe, vt corpus animalis ſit ſimplex, igneum inquam, aut aqueum, aut aereum. Nam nullus alius ſenſus, abſq; tactu haberi poteſt. Corpus.n. animalis omnis, vt dictum eſt, vim habet ſentiendi tangendo. Cætera autem elementa præter terram, inſtrumenta ſenſus fieri poſſunt, atq; omne tale per aliud ſentiendo, ſenſum nimirum efficit, et per media. At tactus in tangendo ſenſibilia ſua cōſiſtit. Quapropter & hoc nomine nuncupatur, atq; tametſi cætera quoq; ſenſuum inſtrumēta, tactu ſentiunt, tamen per aliud medium ſentiunt. At ipſe tactus per ſeipſum ſolus ſentire videtur. Quibus efficitur, vt nullum talium elementorum corpus ſit animal. At vero neq; terreum eſſe poteſt. Tactus.n. veluti mediocritas eſt omnium tangibilium, & inſtrumentum ipſius non modo terræ differentiarum eſt ſuſceptiuum, ſed etiam calidi, frigidique, cæterorumque omnium tangibilium. Et ideo neq; oſſibus, neq; pilis, neq; talibus partibus vllis omnino ſentimus, quia terrea ſunt. Hinc & plātæ omnium ſenſuū ſunt (vt patet) expertes, quia & ipſæ terreæ ſunt. At abſq; tactu fieri non poteſt, vt alius quiſquam ſit ſenſus. Huius autem inſtrumentum ſenſus neq; terra eſt, neq; cæterorum vllius elementorum.

Supra lib 2. te. 117. 118.

Cur plantis nullus donatus fuerit ſenſus.

Text. comment. 66.

Quod autem impoſſibile ſit, ſimplex eſſe animalis corpus manifeſtum eſt. dico autem, puta igneum, aut aereum. Sine tactu n. nullum alium ſenſum eſſe poſſibile eſt. Corpus n. tactiuum animatum omne, ſicut dictum eſt. Alia autem, præter terram, ſenſoria quidem vtiq; fient, omnia autem per alterum ſentiendo faciunt ſenſum, & per medium. Tactus autem eſt in tangendo ipſa: propter quod & habet hoc nomen. Et tamen alij ſenſus tactu ſentiunt, ſed per altera. Hic autem videtur ſolus per ſeipſum. Quare huiuſmodi elementorum nullum vtique erit corpus animalis. Neque itaque terrenum. Omnium enim tangibilium tactus eſt ſicut medietas, & ſuſceptiuus ſenſus, non ſolum quæcunque differentiæ terræ ſunt, ſed calidi, & frigidi, & aliorum omnium tangi poſſibilium. Et propter hoc oſſibus, & capillis, & huiuſmodi partibus non ſentimus, quia terrea ſunt. Et plantæ etiam ob hoc, nullum habent ſenſum, quia terreæ ſunt, ſine autem tactu, vllum poſſibile eſt alium eſſe. Hic autem ſenſus non eſt, neque terræ, neque vllius alius elementorum.

Poſtquam Philoſophus oſtendit ꝙ tactus de neceſsitate ineſt omnibus animalibus, hic intendit oſtendere ꝙ impoſsibile ſit corpus animalis eſſe ſimplex, puta quòd ſit igneum, vel aereum, ſicut Platonici poſuerunt quaſdam animalia eſſe aerea. Hoc autem probat, quia nullum alium ſenſum contingit eſſe ſine tactu. oportet enim omne animal habere tactum, vt oſtenſum eſt, & per conſequens oportet quòd omne corpus animatum, ſcilicet anima ſenſibili, ſit tale, vt per ipſum poſsit fieri ſenſus tactus. Omnia autem elementa, præter terram, poſſunt eſſe organa, vel media aliorum ſenſuum, ſcilicet aer & aqua, eo ꝙ aer & aqua faciunt ſentire per alterū, id eſt per medium. Sed tactus non fit per medium, ſed in tangendo ipſa ſenſibilia, & ideo ſic nominatur, quamuis & alij ſenſus ſentiant quodammodo in tangendo, non quidem immediate, ſed per medium. Nam ſenſibile tangit ſenſum per medium, ſicut & per medium immutat ipſum. Solus autem ſenſus tactus in tangendo ſenſibile ſentit per ſeipſum, & non per aliquod medium. Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ corpus animalis debet eſſe tale, vt per ipſum poſsit fieri tactus, non autem, vt per ipſum poſsit fieri viſus & auditus: quia hi ſenſus fiunt per medium extrinſecum. Et, quia corpus animalis oportet eſſe tale, vt per ipſum fiat ſenſus tactus, impoſsibile eſt ꝙ vllum elementorum ſit corpus animalis: neque terra, per quam non ſunt alij ſenſus: neque alia elementa, per quę fiunt alij ſenſus. Cuius ratio eſt, quia illud, per quod fit tactus, oportet eſſe medium inter qualitates tangibiles, ad hoc ꝙ ſit ſuſceptiuum earum, vtpote in potentia exiſtens ad eas, vt ſupra oſtenſum eſt. Et hoc eſt verum non ſolum reſpectu qualitatum terræ, ſed etiam omnium tangibilium qualitatum. In corporibus autem ſimplicibus non inuenitur medium inter qualitates tangibiles, ſed inueniuntur ipſæ qualitates ſecundum extremitatem contrarietatis. Et inde manifeſtum eſt, ꝙ per nullum corpus ſimplex, nec per aliquid corporibus ſimplicibus vicinum, poteſt fieri ſenſus tactus. Et ideo oſsibus, & capillis, & talibus partibus non ſentimus, quia ſuperabundat in eis quod terræ eſt, & non reducuntur ad medium, prout tactus requirit. Propter iſtam etiam rationem, plantæ nullum habent ſenſum, quia habent multum de terreſtri, & ſine tactu non eſt poſsibile eſſe aliquem alium ſenſum, nec tactum fieri poſsibile per aliquod ſimplex elementum. Sic ergo manifeſtum eſt, ꝙ nullum corpus ſimplex poteſt eſſe animatum anima ſenſibili. Deinde cum dicit.

Secūdo tex. commē. 27.

Secūdo tex. cōmen. 118.

Id ſolum proprium eſt vt eo priuata aĩalia quam primum intereant.

Hæc cum ita ſint, patet animalia neceſſario mori, cum hoc ſolo ſenſu tactus priuantur. Neque enim fieri poteſt vt hunc ſenſum non animal habeat. Neque ſi animal eſt, alium ſenſum, præter hunc, habere neceſſe eſt. Et propterea fit, vt cætera quidem ſenſibilia non corrumpant ſuis exuperationibus animal, color inquam ſonus, & odor, ſed ipſa tantum ſenſuum inſtrumenta, niſi per accidens, vt ſi ſimul cum ſono pulſio ictuſq; fiat, & ſi à rebus quæ videntur, atque ab olentibus alia moueantur, quæ tactu corrumpunt. Sapor etiam hoc ſane corrumpit, quo ſimul accidit ipſum tangibile eſſe. Exuperatione autem tangibilium, vt calidorum, frigidorum, et huiuſmodi, ipſum interficiūt atque interimunt animal. Exuperatio enim ſenſibilis cuiuſuis, ſenſus deſtruit inſtrumentum, atque deuaſtat. Quare & tangibile exuperans, ipſum deſtruit tactum. At hoc ſenſu definitum eſt animal. Sine nanque tactu fieri non poſſe vt ſit animal, demonſtrauimus. Quamobrem exuperationes, eorum quæ tactu percipiuntur, non ſolum inſtrumentum ipſius, verum etiā animal ipſum interimūt, atq; corrumpunt, quia neceſſe eſt animal hunc ſolum habere.

Legito ſuperius lib. 2. te. 117. & lib. 3. 134.

Manifeſtum

Text. commen.67. Legito ſuperius te.117. 118. 143.

Manifeſtum igitur, quòd neceſſe hoc ſolo priuata ſenſu animalia mori. Neque enim hunc poſſibile eſt habere non animal exiſtens, neque cum ſit animal, alium neceſſe eſt habere, præter hunc. Et propter hoc quidem alia ſenſibilia excellentijs nõ corrumpunt, animal, vt color, & odor, & ſonus, ſed ſolum ſenſus, niſi ſecundum accidens, puta ſi ſimul cum ſono depulſio fiat, & ictus, & à viſis, & odore aliæ mouentur, quæ tactu corrumpunt, & humor autem, ſecundum quòd accidit ſimul tactiuum eſſe, ſic corrumpit. Tangibilium autem excellentia, vt calidorum, & frigidorum, & durorum, corrumpit animal. Omnis enim ſenſibilis ſuperfluitas corrumpit ſenſum. Quare & quod tangi poteſt, tactum. Hoc autem tactu, determinatũ eſt viuere. Sine enim tactu monſtratum eſt quòd impoſſibile eſt animal eſſe. Vnde tangibilium excellentia non ſolum corrumpunt ſenſum, ſed & animal, quia neceſſe eſt ſolum habere hunc animalia.

Text. comment.68.

Concludit ex prædictis habitudinem ſenſuum ad animalia. Et primo quantum ad tactum. Secundo quantum ad alios ſenſus, ibi{ Alios autem ſenſus.} Dicit ergo primo, ꝙ cum neceſſe ſit omne animal habere tactum, vt oſtenſum eſt, manifeſtum eſt ꝙ ſolum per priuationẽ huius ſenſus ſcilicet tactus, neceſſe eſt animalia mori. Hic enim ſenſus cõuertitur cum animali, nec aliquid poteſt ipſum habere niſi ſit animal, nec aliquid poteſt eſſe animal, niſi habeat hunc ſenſum. Et inde vlterius concludit, quod ſenſibilia aliorum ſenſuum (ſi ſint excellentia) corrumpunt quidem ſingulos ſenſus, puta nimis fulgida corrumpunt viſum, & fortes ſoni corrumpunt auditum, quia tamen, corrũptis his ſenſibus, poteſt animal remanere, horum excellentiæ nõ corrumpunt animal niſi per accidens, inquantum ſcilicet accidit animal pati ſimul ab aliquibus tangibilibus corrumpentibus, puta ſi ſimul cũ ſono fiat depulſio & ictus, vt accidit in tonitruo, ex quo interdum animalia moriuntur. Et ſimiliter ab his quæ videntur, aliqua moriuntur, non inquantum ſunt viſa, ſed inquantum aerem inficiunt, vt dicitur de quibuſdam venenoſis. Et ſimiliter intelligendum eſt de odoribus, ſecundum ꝙ cum malis odoribus interdum adiungitur corruptio aeris. Et ita etiam de ſapore eſt, ꝙ poteſt corrumpere animal, non inquantum ſapor eſt, ſed inquantum ſapori adiungitur aliqua qualitas tangibilis, puta quod talis ſapor conſequitur calorem excedentem, vel frigus. Sed excellentiæ qualitatum tangibilium corrumpit animal per ſe, & non per accidens, quia omnis excellentia ſenſibilis corrumpit ſenſum. Vnde & quod tangi poteſt id eſt tangibile ſi fuerit excellens, corrumpit tactum. Secundum autem hunc ſenſum determinatur vita animali, tandiu enim durat animal, quandiu durat ſenſus in eo. Oſtenſum eſt enim ꝙ impoſſibile eſt eſſe ſine tactu, vnde manifeſtum eſt ꝙ excellentiæ tangibiliũ, non ſolum corrumpunt ſenſum tactus, ſed etiam corrumpunt animal, inquantum hunc ſolum ſenſum neceſſe eſt ineſſe animali. Deinde cum dicit.

Cæteros autem ſenſus animal habet, non vt ſit, ſed vt bene ſit, vt antea diximus. Viſum enim habet, vt videat. Quoniam & in aere, & in aqua, & omnino in perſpicuo degit. Guſtum autem ob id, quod voluptate afficitur, aut dolore, vt in alimento ea ſentiat, & cupiat, ac moueatur. Et auditum vt aliquid ſignificetur. Linguam præterea, vt ipſum aliquid alij per ipſam ſignificet.

Supra text. 63. Cur viſus, Guſtus, Auditus & lingua animalibus data ſint.

Alios autem ſenſus habet animal, ſicut dictum eſt, non propter eſſe, ſed propter bene, vt viſum, quia in aere, & aqua, vt videat, omnino autem, quoniam in diaphano, Guſtum autem habet propter delectabile, & triſte, vt ſentiat quod in alimento, & concupiſcat, & moueatur. Auditum autem vt ſignificetur aliquid ipſi. Linguam autem habet quatenus ſignificet aliquid alteri.

Oſtendit qualiter ſe habeant alij ſenſus ad animal, & dicit ꝙ alios ſenſus habet animal, non propter neceſſitatem ſui eſſe, quia ſine eis poteſt eſſe, & viuere, ſed propter bene eſſe. ſicut viſum habet, quia viuit in aere, & in aqua, vt videat per aerem & aquam ea, quæ procul ſunt. Et non ſolum per aerem & aquam, ſed etiam per quodcunque diaphanum, quia etiam per corpora cœleſtia videmus. Guſtum autem habet animal propter delectationem & triſtitiam, quæ eſt in cibo, vt ſentiat delectationem in alimento, & ſic concupiſcat ipſum, & moueatur ad quærendum ipſum. Sed notandum eſt, ꝙ ſupra poſuit guſtum neceſſarium animalibus, inquantum eſt tactus quidam alimenti, hic autem numerat ipſum inter ſenſus non neceſſarios inquantum eſt diſcretiuus ſaporum, qui faciunt alimentum delectabile, vel triſte, vt accipiatur facilius, vel refutetur. Et quod dicitur de guſtu intelligendum eſt de odoratu, quia per odoratum attrahuntur animalia ad alimentum à remotis, licet etiam in hominibus ſit alia ſpecies, & alia vtilitas odoratus, vt in libro de Senſu & Senſato dicitur. Auditus autem eſt in animali ad hoc, quod ei aliquid ſignificetur. Eſt enim neceſſarium ꝙ conceptiones vnius animalis alteri ſignificentur, ſecũdum ꝙ vnum animal iuuatur ex altero, vt patet maxime in gregabilibus animalibus, in quibus geniti educantur à generantibus. Et ideo oportet etiam ꝙ animal habeat linguam, per quam ſonando, ſignificet ſuas affectiones alteri. Et hæc dicta de anima ad præſens ſufficiant.

Super te 64. & lib. 2. tex. 101.

Commentariorum Sancti Thomæ, ſuper tres libros Ariſtotelis de Anima finis.

M. DOMINICI DE FLANDRIA

Acutiſſimæ Queſtiones ſuper tres libros de Anima & S. Thomę commentaria.

In hoc procemio comprehenduntur duæ lectiones Libri Primi, Commenti Sancti Thomæ.

BONORVM honorabilium.} Iſte liber diuiditur in procemium, & tractatum. Tractatus. ibi {Principium autem queſtionis.} Procemium diuiditur in tres partes. Nam primo reddit auditorem docilem. Secundo beneuolum. Tertio attentum. Docilem reddit præmittendo ordinem & diſtinctionem tractatus, beneuolum oſtendendo vtilitatem ſcientiæ, attentum oſtendendo difficultatem. Pro quo notandum eſt

Prima conclusio. quòd ſex concluſiones ſunt in hoc procemio, quarum prima eſt, quòd iſta ſcientia eſt melior & honorabilior cæteris partibus philoſophiæ naturalis. Quæ probatur vnica ratione ſic. Illa ſcientia dicitur eſſe nobilior quia vel eſt de nobilioribus vel quia eſt de certioribus cæteris partibus philoſophiæ naturalis, ergo &c. Maior probatur. Primo quod eſt de nobilioribus, quia iſta ſcientia conſiderat de anima rationali quæ eſt nobilior cæteris formis naturalibus. Secundo quod de certioribus, quia quilibet experitur habere in ſe animam. ergo &c.

Corollaria. Ex hac compoſitione inferuntur quatuor corollaria, quorum primum eſt (vt infert Philoſophus in textu) videlicet quòd rationabiliter ſcientia de anima eſt prior. Cuius ratio eſt, quia nobiliora ſunt priora, ſed per compoſitionem præcedentem ſcientia iſta eſt nobilior cæteris partibus philoſophiæ naturalis. ergo &c.

Secundo. Elicitur ſecundo ꝙ aliqua ſcientia dicitur eſſe nobilior alia propter duo, videlicet propter nobilitatem ſubiecti, ſiue rei conſideratæ, & propter certitudinem conſideratorum.

Tertio. Elicitur tertio quòd omnis ſcientia eſt de numero bonorum cuius ratio eſt, quia bonum & perfectum idem ſunt, ſed ſcientia quælibet eſt perfectio animæ rationalis, ergo qualibet ſcientia eſt de numero bonorum.

Quarto. Elicitur quarto quòd omnis ſcientia ſpeculatiua eſt de numero bonorum honorabilium, cuius ratio eſt, quia bonum honeſtum eſt id quod appetitur propter ſe, & non propter aliquid, ſed quælibet ſcientia ſpeculatiua appetitur propter ſe, vt patet in procemio Metaphy. ergo quælibet ſcientia ſpeculatiua eſt de numero bonorum honorabilium. Ex quo ſequitur quod nulla ſcientia practica eſt de numero bonorum honorabilium cum non acquiratur propter ſe tantum, ſed tamen bene

Bonum triplex. eſt de numero bonorum laudabilium. Pro cuius ampliori declaratione notandum eſt quod bonum vtile & bonum laudabile, & honeſtum, ſic inter ſe differunt, quia bonum vtile dicitur, quod quæritur propter aliud tantum, bonum vero honeſtum eſt id quod quæritur propter ſe, ſed bonum laudabile eſt id quod quæritur propter ſe & propter aliud.

Quæſtiones Num de anima ſit ſcientia, & cęteris prior & præſtantior. Contra prædictam concluſionem primo arguitur ſic contra ſuppoſitum. De eo quod non eſt, non eſt ſcientia, ſed anima non eſt, ſed magis eſt id quo aliquid eſt, ergo de anima non eſt ſcientia. Præterea. Omnis ſcientia ſequitur ſuum obiectum, ſicut effectus ſuam cauſam, ſed anima præcedit ſcientiam, ergo de anima non poteſt eſſe ſcientia tanquam de ſubiecto ſaltem. Præterea. Arguitur contra primam concluſionem. Nam illa ſcientia eſt honorabilior quæ eſt certior, ſed quæ eſt metaphyſica eſt certior illa, ergo non eſt nobilior ſeu honorabilior cæteris ſcientijs. Præterea. Arguitur contra corollarium. Scientia libri phyſicorum pręcedit ſcientiam de anima, ergo ſequitur quod illa ſcientia non eſt prior cæteris partibus philoſophiæ naturalis. Præterea. Arguitur contra probationem maioris. Nam forma corporum cęleſtium eſt nobilior anima, cum vitus eius ad plura ſe extendat quam anima rationalis, ergo ſequitur quod anima non eſt nobilior cæteris formis naturalibus. Ad primum dicendum ꝙ de eo quod nullo modo eſt, non eſt ſcientia ſaltem poſitiua, tamen de eo quod eſt in rerum natura, licet non ſit id quod proprie eſt, bene eſt ſcientia. Vnde licet anima non ſit id quod proprie eſt, eſt tamen id quo aliquid eſt. Sed hãc reſponſionem nititur deſtruere Ioannes de Ianduno tali ratione. Iandunus repugnat. Ens proprie dictum diuiditur in actum & potentiam, ſed actus & forma idem ſunt, ergo forma eſt proprie ens, & per conſequens anima (cũ ſit forma) erit proprie ens. Sed hæc ratio peccat per fallaciam æquiuocationis. Nam aliquid poteſt dici ens proprie dupliciter. Vno modo id quod non eſt ens per accidens, & iſto modo quælibet forma bene eſt proprie ens. Alio modo poteſt aliquid dici proprie ens, ſcilicet quod per ſe & proprie ſubſiſtit, & iſto modo nulla forma eſt proprie ens, niſi forte anima rationalis quæ per ſe ſubſtit ſubſiſtentia incompleta, vt infra patebit. Ad ſecundum dicendum ꝙ anima rationalis poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum ſuum eſſe, & iſto modo præcedit omnem ſcientiam. Alio modo ſecũdum rationem communem eius, ſecundum ſcilicet ꝙ poteſt diffiniri & cognoſci, & etiam iſto modo bene præcedit ſcientiam ordine cognitionis, & vt obiectum præcedit habitum. Ad tertium dicendum ꝙ iſta ſcientia non eſt nobilior omnibus alijs ſcientijs, ſed eſt nobilior omnibus alijs ſcientijs naturalibus. Ad quartum dicendum ꝙ iſtam ſcientiam eſſe priorem poteſt intelligi dupliciter, vel ordine perfectionis, & ſic eſt prior omnibus partibus ſcientię naturalis, vel ordine cognitionis, & ſic ſolum eſt prior ſcientijs de animatis, quia communior. Ad quintum dicendum ꝙ licet forma corporum cœleſtium ſit nobilior extenſiue quam anima rationalis, tamen intenſiue anima rationalis eſt nobilior & dignior. Cuius ratio eſt, quia anima rationalis pax eſt maioris dignitatis quam corpora cœleſtia. ergo &c. Circa præcedentia adhuc dubitatur vtrum ſcientia de anima ſit vna numero.

Num ſcientia de anima ſit vna numero. Et arguitur quòd non duabus rationibus. Ioannes de Ianduno. Nam diuerſarum concluſionum numero diſtinctarum nõ poteſt eſſe vnus habitus numero, vt patet de ſe, ſed in libri de anima ſunt diuerſę concluſiones numero diſtinctæ, ergo in eis non eſt vna ſcientia numero. Præterea. Ex diuerſis phantaſmatibus non põt fieri vna

impreſsio

impreſsio numero, ſicut ex diuerſis coloribus nõ poteſt fieri vna coloratio in numero, ſed eorum quæ traduntur in ſcientia de anima ſunt diuerſa phantaſmata, ergo idem quod prius. Ad iſtud dubium propter rationes prędictas, prędictus doctor concludit eſſe dicendum ꝙ hęc ſcientia non eſt vna numero. Sed prædictæ rationes nihil concludunt. Nam duplex poteſt eſſe diſtinctio concluſionum. Quædam eſt diſtinctio materialis, à qua diſtinctione non cauſatur diſtinctio ſcientiæ. Alia eſt diſtinctio formalis, & illa ex duplex. Quædam eſt ſecundum formas naturales. Alia eſt ſecundum diuerſas rationes cognoſcibilitatis, a qua quidem diſtinctionem, cauſatur diſtinctio ſcientiæ. Licet ergo in libris de anima ſint diuerſæ concluſiones diſtinctæ numero, primo & ſecundo modis, conueniunt tamen in vna ratione cognoſcibilitatis, vnde de eis poteſt eſſe vna ſcientia numero. Ad ſecundum dicendum quòd non eſt ſimilitudo de phantaſmatibus ad intellectum, & de coloribus per reſpectum ad viſum quãtum ad impreſsionem, quia phantaſmata non ſunt obiectum intellectus, ſicut colores ſunt obiectum viſus. Vnde licet ex diuerſis coloribus ſint diuerſæ impreſsiones, tamen ex diuerſis phantaſmatibus poteſt eſſe vna ſcientia numero. Secundo dubitatur vtrum iſta ſcientia ſit vna vnitate ſpecifica, & arguitur quòd non, duabus rationibus eiuſdem. Nam diuerſarum concluſionum ſpecie diſtinctarum non poteſt eſſe vnus habitus ſpecificus, cum diſtinctio ſpecifica obiectorum cauſet diſtinctionem ſpecificam habituum, ſed in hac ſcientia ſunt diuerſæ concluſiones ſpecie diſtinctæ, ergo &c. Præterea. Scientia idem eſt ꝙ ſpecies intelligibilis, ſed omnium conſideratorum in hac ſcientia non eſt vna ſpecies intelligibilis, ergo eorum non eſt vna ſcientia ſpecifica. Dicendum quòd iſta ſcientia eſt vna vnitate ſpecifica, cuius ratio eſt, quia omnium illorum quæ conueniunt in vna ratione formali cognoſcibilitatis, eſt vna ſcientia vnitate ſpecifica. Sed omnia quæ conſiderantur in hac ſcientia conueniunt in vna ratione formali conſiderationis, ergo &c. Ad primum dicendum, ſicut dictum eſt ad primum præcedentis dubij. Ad ſecundum dicendum negando maiorem, quia ſpecies intelligibilis differt realiter ab ipſa ſcientia, ſicut cauſa ab effectu. Dubitatur tertio vtrum hæc ſcientia ſit vna tantum vnitate generica & arguitur quod ſic, ratione prædicti opinatoris, quia illa ſcientia eſt tantum vna vnitate generica, cuius obiectum eſt tantum vnum vnitate generis, ſed obiectum huius ſcientiæ, ſcilicet anima eſt vnum vnitate generica vel analogica, ergo &c. Dicendum quod licet obiectum huius ſcientiæ ſit vnum vnitate analogica loquendo de vnitate naturali, eſt tamen vnum vnitate ſpecifica loquendo de vnitate cognoſcibilitatis, vnde non oportet quod illa ſcientia ſit ſolum vna vnitate generica. Vel dicendum quod vnitas analogiæ obiecti ſufficit ad vnitatem ſpecificam ſcientiæ.

Quæſtio. Nũ corpus animatũ ſit ſubiectũ huius ſcientiæ.

Dubitatur quarto vtrum corpus animatum ſit ſubiectum huius ſcientiæ, arguitur quod ſic, quia illud eſt ſubiectum ſub cuius ratione formali omnia conſiderantur, ſed quæcunque conſiderantur in hac ſcientia conſiderantur vt corpus animatum, vel vt reducibile ad ipſum. ergo &c. Dicendum quod anima eſt ſubiectum huius ſcientiæ, & non corpus animatum. Cuius ratio eſt quia illud eſt ſubiectum cuius principia, partes, & paſsiones quærimus, per Philoſophum quarto Metaphyſi. Sed in hac ſcientia quærimus partes, principia, & paſsiones & operationes ipſius animæ, ergo &c. Ad rationem dubij dicitur negando conſequentiam, quia non conſiderantur in hac ſcientia partes & paſsiones corporis animati inquantum huiuſmodi ſed inquantum fluunt ab ipſa anima. Secunda concluſio eſt iſta.

Secunda cõcluſio.

Iſta ſcientia eſt vtilis ad omnes alias partes philoſophiæ, & probatur. Illa ſcientia eſt vtilis ad cæteras ſcientias ſine qua ille ſcientiæ non poſſunt adipiſci, ſed ſine hac ſcientia nulla alia partium philoſophiæ naturalis præſertim poteſt adipiſci, ergo &c. Probatio minoris, quia omnis pars philoſophiæ vel eſt naturalis vel moralis, vel mathematica vel metaphiſica, vel rationalis, ſed ſine anima & potentijs eius non poteſt haberi ſcientia moralis, cum virtutes de quibus conſiderat, ſint ſubiectiuę in potentijs animæ. Similiter nec mathematica, nec metaphyſica poteſt adipiſci ſine intellectu poſsibili qui eſt pars animæ, nec etiam ſcientia naturalis, cum anima ſit principium animatorum, de quibus maior pars philoſophiæ naturalis conſiderat, ergo &c.

Quæſtio. Nũ hæc ſciẽtiæ ſit vtilis.

Contra hanc concluſionem arguitur ſic. Bonum vtile & honeſtum adinuicem diſtinguuntur. Sed iſta ſcientia eſt de numero bonorum honorabilium, vt per primam concluſionem, patet, ſequitur ergo quod ipſa non eſt bonum vtile. Præterea. Iſta quęritur gratia ſuijpſius, cum ſit ſcientia ſpeculatiua, ergo non eſt vtilis, patet ſequela, quia vtile dicitur quod queritur propter aliud & non propter ſe, vt ſupra conceſſum eſt. Pręterea. Multi habent cognitionem moralium, qui tamen non habent ſcientiam de anima, ergo ſine iſta ſcientia poteſt haberi ſcientia moralis, & per conſequens non erit vtilis ad acquiſitionem ſcientię moralis. Ad primum dicendum quod bonum vtile & bonum honeſtum non diſtinguuntur ſemper ſecundum rem, ſed ſecundum rationem. Vnde vnum & idem poteſt dici bonum honeſtum & vtile diuerſis rationibus. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum. Ad tertium dicendum, quòd licet aliqui habeant cognitionem imperfectam & confuſam moralium, tamen ſine iſta ſcientia eſt impoſsibile habere eorum cognitionem perfectam & completam.

Tertia concluſio.

Tertia concluſio. Prius conſiderandum eſt de anima quantum ad eius ſubſtantiam, quam quantum ad eius accidentia. Hæc concluſio probatur tali ratione. Subſtantia præcedit accidens cognitione & diffinitione, vt patet ſeptimo Metaphy. ergo prius conſiderandum eſt de anima quantum ad ſubſtantiam eius, quam quantum ad accidentia eius. Ex hac concluſione patet ordo dicendorum in hac ſcientia.

Quæſtio. Num prius animæ accidentia ſint conſideranda, quam ei ſubſtantia.

Contra hanc concluſionem arguitur ſic. Illud quod facit ad cognitionem alterius, prius debet conſiderari, ſed accidentia animę maximam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt eius, vt infra concedit Philoſophus, ergo ſequitur quòd prius conſiderandum eſt de accidentibus ipſius animæ quam de ſubſtantia eius. Præterea. Innata eſt nobis via &c. Sed operationes & actus ipſius animæ ſunt notiores ipſa anima, vt etiam infra concedit Philoſophus, ergo idem quod prius. Ad primum dicendum quòd duplex eſt ordo cognitionis, videlicet ordo cognitionis determinatæ, & ordo cognitionis confuſæ, licet ergo operationes & actus animæ ſint priora & notiora ordine cognitionis confuſæ, tamen ipſa anima eſt notior etiã quo ad nos ipſis accidentibus ordine cognitionis determinatæ. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

Quarta concluſio.

Quarta concluſio: Scientia libri de anima eſt de numero difficillimorũ. Hæc concluſio probatur ſic. Illa ſcientia eſt de numero

difficillimorum, in qua mouentur difficillime difficultates, ergo &c. Pro declaratione minoris conſiderandum eſt ꝙ ipſa anima poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo quantum ad diffinitionem & eius quiditatem. Alio modo quantum ad operationes ꝙ paſsiones. Si primo modo, ſic poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo quantum ad modum diffiniendi, ſic de ea mouetur vna quæſtio, quæ eſt talis, vtrum diffinitio debeat dari componendo, vel diuidendo, vel demonſtrando. Alio modo poteſt conſiderari anima quantum ad ea, quæ ad diffinitionem pertinent, & hoc tripliciter, vel quantum ad ſubſtantiam eius, vel quantū ad partes ſiue potētias eius, vel quantum ad ea quæ cadunt in diffinitione eius. Si primo modo, ſic mouentur octo quæſtiones. Quarum prima eſt, vtrum anima ſit ſubſtantia vel quantitas. Secunda eſt, ſi ſit ſubſtantia vtrum ſit actus vel potentia. Tertia eſt, ſi ſit actus vtrum ſit ſubſtantia ſimplex vel compoſita. Quarta vtrum ſit ſubſtantia impartibilis vel partibilis. Quinta, vtrum ſit vna anima ſecundum ſpeciem vel plures. Sexta, ſi ſint plures, vtrum differant genere vel non. Septima, vtrum diffinitio animæ ſit diffinitio ſpeciei ſubalternæ vel ſpecialiſsimæ. Octaua, vtrum ſit vna quædam communis diffinitio tantum, vel cuiuſlibet animæ propria & ſpecialis ratio. Si ſecundo modo conſideretur anima quantum ad eius partes ſiue potentias, ſic oriuntur tres difficultates. Prima eſt, vtrum vegetatiuum, ſenſitiuum, & intellectiuum, ſint diuerſæ animæ vel partes potentiales eius. Secunda, ſi ſint diuerſæ potentiæ, vtrum prius oportet quærere actus quàm potentias. Tertia, ſi prius oportet quærere actus, vtrum oportet prius quærere potentias quàm actus & potētias. Si autem conſideretur anima quantum ad ea quæ adiuuant diffinitionem eius, ſic de ea mouetur vna dubitatio, vtrum accidentia, quæ magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt, debeant poni in diffinitione ipſius animæ vel non. Si autem conſideretur quantum ad eius paſsiones & operationes, ſic mouetur de ea vna difficultas. Vtrum omnes operationes animæ & paſsiones eius ſint proprie ipſi animæ vel communes toti coniuncto. Vel aliquæ proprie & aliquæ communes. Conſiderandum eſt vlterius ꝙ Platonici ponebant animam eſſe ſubſtantiam ſeparatam & vniuerſalem, vt de ea eſſet ſcientia vt clarius infra patebit. Quam opinionem excludit Philoſophus in litera dicens ꝙ vniuerſale, ſcilicet ſeparatum, aut nil eſt, aut poſterius eſt ſingularibus qualiter etiam hoc intelligatur infra patebit. Contra prædicta ſic primo arguitur, illud quod experimur in nobis, eſt certiſsimum, & facillimæ cognitionis ſed animam experimur in nobis, ergo ſequitur ꝙ anima non eſt difficillimæ, ſed facillimæ cognitionis. Præterea illud, quod eſt animæ præſens per ſuam eſſentiam, facile cognoſcitur ab ipſa ſed anima eſt ſibi præſens per ſuam eſſentiam, ergo ſequitur ꝙ à ſeipſa faciliter cognoſcitur. Præterea. Si anima eſſet difficillimæ cognitionis, vel ergo difficultas illa proueniret ex parte rei cognitæ, vel ex parte rei cognoſcentis, non primum, cum anima ſit immaterialis & in actu, nec ſecundum, cum anima non excedat facultatem ſui ipſius. Ad primum dicēdum ꝙ licet id quod experimur in nobis ſit facillimæ cognitionis quantum ad an eſt, vel quia eſt, non tamen quantum ad quid eſt, & per hoc patet ſolutio ad ſecundum. Sed tamen ad cognoſcendum qualiter anima ſeipſam cognoſcat quantum ad an eſt, & quid eſt, notandum diligenter ſecundum Doctorē ſanctum in de veritate quæ-

Quomodo quātum ad an eſt & qd eſt anima ſe ipſa cognoſcat.

ſtio. 10. argu. 8. in cap. ꝙ de anima poſſumus habere duplicem cognitionem, videlicet cognitionem an eſt, & cognitionem quid eſt, ſi loquamur de cognitione animæ quantum ad an eſt, hoc eſt dupliciter, vel loquendo de cognitione actuali, vel habituali, ſi primo modo, ſic cognoſcit ſe per ſuas operationes, ſi ſecundo modo, ſic anima cognoſcit ſeipſam per ſuam eſſentiam. Ex eo enim ꝙ eſt ſibi præſens per ſuam eſſentiam, apta nata eſt exire in ſuum actum. Si vero loquamur de cognitione animæ quantum ad quid eſt. Hoc eſt dupliciter, vel quantum ad apprehenſionem, vel quantum ad iudicium de re apprehenſa. Si primo modo, ſic anima cognoſcit ſeipſam per ſimilitudines, ſicut & alias res. Si ſecundo modo, ſic anima cognoſcit ſeipſam intuendo immutabilem veritatem ſecundum quod eius ſimilitudo eſt expreſſa in anima noſtra. Ex quibus elicitur quòd animam cognoſcit ſeipſam aliquando per actus ſuos, aliquando per eſſentiam ſuam, aliquando per ſpecies intelligibiles, aliquando per intuitum primæ veritatis. Ad ſecundum dicendum quòd difficultas iſta prouenit ex parte ipſius animę, quia non cadit ſub ſenſu (à quo ſcientia noſtra ortum habet) niſi per accidens. Circa præcedentia dubitatur primo. Vtrum vniuerſalia ſint poſteriora ſingularibus (vt dicit hic Philoſophus.) Et arguitur primo quòd non. Nam principium prius eſt principiato, ſed vniuerſalia ſunt principia ſingularium vt Philoſophus ſępius concedit in metaphyſica, ergo vniuerſalia ſunt priora. Pręterea. Id, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia eſt prius, vt patet in pręparatis, ſed vniuerſalia ſunt huiuſmodi reſpectu ſingularium, ergo &c. Dicendum quòd vniuerſale poteſt dupliciter conſiderari, ſecundum quòd dicit ſanctus Doctor in lectione prima. Vno modo ſecundum ꝙ ſubiacet intentioni vniuerſalitatis. Alio modo ſecundum propriam eius naturam. Si primo modo ſic vniuerſale aut nil eſt, aut eſt poſterius ſingularibus, (vt dicit Philoſophus.) Si ſecundo modo ſic eſt prius ſingularibus ſaltem ſecundum rationem (vt voluerunt duo argumenta dubij.) Pro cuius ampliori declaratione notandum eſt quòd multiplex eſt vniuerſale, videlicet vniuerſale logicum, vniuerſale phyſicum, vniuerſale mathematicum, & vniuerſale metaphyſicum. Vniuerſale logicum eſt poſterius ſingularibus, & vocatur vniuerſale poſt rem. Sed vniuerſale phyſicum & mathematicum eſt prius ſingularibus, & vocatur vniuerſale in re, ſed differenter, quia vniuerſale phyſicum eſt in re, id eſt in materia ſenſibili, ſed vniuerſale mathematicum eſt in re, id eſt in materia intelligibili, vnde materia ſenſibilis eſt ſubſtantia ſubiecta qualitatibus actiuis & paſsiuis. Materia intelligibilis eſt ſubſtantia quanta ſine huiuſmodi qualitatibus. Similiter vniuerſale metaphyſicum eſt prius ſingularibus, & dicitur vniuerſale ante rē, quod eſt duplex, videlicet vniuerſale ante rem natura tantum, & natura, & tempore ſimul. Vniuerſale ante rem natura tantum eſt vniuerſale conſideratum in ſuis principijs quidditatiuis. Sed vniuerſale ante rem natura, & tempore ſimul eſt vniuerſale conſideratum ſecundum ꝙ habet eſſe in mente primę cauſę. Dubitatur ſecundo vtrū accidentiam magnam partem conferant ad cognoſcendū quod quid eſt. Et arguitur primo ꝙ non quia eadem ſunt principia eſſendi & cognoſcendi, ſed accidentia non ſunt principia eſſendi quiditatis ſubſtantię, ergo nō ſunt principia cognoſcendi ipſius ſubſtantiæ. Pręterea ſubſtantia eſt principium cognoſcendi accidentis, vt patet ſeptimo metaphyſicę,

Vtrum vniuerſale ſit poſterius ſingulari.

Quæſtio. Num accidētia conferāt ad cognitionem quod quid eſt.

metaphyſicæ, ergo accidentia non ſunt principium ad cognoſcendum ſubſtantiam, patet conſequentia, quia idem nõ poteſt eſſe prius & poſterius reſpectu ejuſdem. Dicendum quod accidentia conſerre ad cognoſcendum quod quid eſt ipſius ſubſtantiæ poteſt intelligi dupliciter, vel à priori & ſecundum naturam vel à poſteriori & quo ad nos, ſi primo modo, ſic accidentia non conſérunt ad cognoſcendum quod quid eſt ſubſtantiæ, ſed magis econuerſo (vt voluerunt argumenta dubij.) ſi ſecundo modo ſic accidentia cũferunt ad cognoſcendum quod quid eſt ſubſtantiæ (vt hic vult Philoſophus.) Et per hoc patet ſolutio ad argumenta dubij. Dubitatur tertio vtrum ſit aliqua operatio animæ ſine corpore. Et videtur quod non, quia ſi eſſet aliqua operatio animę ſine corpore, maxime eſſet intelligere, ſed hoc nõ, quia dicere animam intelligere, eſt dicere eam texere vel ſilare. Item ſecundu, quia intelligere non ſine phantaſmatibus, vt patet in tertio huius, ſed phantaſmata non ſunt ſine corpore, ergo intelligere non eſt ſine corpore. Dicendum ꝙ operatio animæ poteſt dupliciter indigere corpore. (vt dicit hic Doctor ſanctus) vel tanquam obiecto & inſtrumento ſimul, ſicut videre, audire, & huiuſmodi, vel tanquam obiecto tantum, omnes operationes animæ coniunctæ (quia non loquitur de ſeparata) indigent corpore aliquo illorum modorum non tamen indigent eo omnes vtroque modo quia operationes ſenſitiuæ animæ, & vegetatiuæ indigent eo vtroque modu, operationes vero animæ intellectiuæ indigent eo altero modo tantum, videlicet tanquam obiecto & non tanquam inſtrumento organico. Et per hoc

Quinta cõcluſio.

patet ſolutio ad argumenta dubij. Quinta concluſio, quæ tangitur ibi. {Videntur autem & animæ paſsiones &c.} eſt iſta quod quædam ſunt paſsiones animæ tantum & quædam non ſunt animæ tantum, ſed totius coniuncti. quę probatur tali ratione philoſophi. omne id, ad quod operatur complexio corporis, non eſt animæ tantum, ſed etiam corporis, & per conſequens coniuncti, ſed ad paſsiones animæ operatur complexio corporis, quia aliqui adueniente aliquo maximo vel arduo non timent nec triſtantur, aliqui vero pro minimo timent & triſtantur. ergo quædam paſsiones animæ non

Sexta concluſio.

ſunt animæ tantum, ſed etiam corporis. Sexta concluſio quæ tangitur, ibi. {Propter hoc &c.} eſt iſta. Conſideratio de anima pertinet ad naturalem Philoſophum. quæ probatur tali ratione Philoſophi. paſsiones includũt in earum diffinitionibus ea, quorum ſunt paſsiones, ſed paſsiones animæ non ſunt ſolum animæ, ſed etiam corporis, vt patet per præcedentem concluſionem, ergo in earum diffinitionibus ponitur corpus. Sed omne corpus & materia pertinet ad conſiderationem naturalem, ergo & illæ paſsiones pertinent ad conſiderationem naturalem. Et quia eandem conſiderationem pertinent ſubiectum & paſsiones eius. ergo cum anima ſit ſubiectum illarum paſsionum vel ſaltem coniunctum ratione animæ ſequitur ꝙ conſideratio animæ pertinet ad Phi-

Quæſtio. Num anima ſit de conſideratiõe naturalis.

loſophum naturalem. Contra hanc concluſionem arguitur ſic. Ad eandem conſidarationem pertinet totum & quælibet pars ſubiectiua, ſed anima rationalis, quæ eſt pars ſubiectiua, animæ non pertinet ad Philoſophum naturalem, ſed potius ad Metaphyſicum. ergo nec anima. Probatio minoris, quia formę, quę pertinent ad cõſiderationem naturalem ſunt formæ exiſtentes in materia, ſed anima rationalis cum ſit pars per ſe ſubſiſtens, non eſt forma exiſtens in materia, cum exiſtere in alio diſtinguatur contra exiſtere per ſe. Præterea. Id non cadit ſub conſideratione naturali, cui non competit paſsio ſubiecti naturalis, ſed paſsio entis mobilis, videlicet corruptibilitas non competit animæ rationali, cum ipſa ſit incorruptibilis, ergo &c. Præterea. Ad eandem ſcientiam pertinet conſideratio ſubiecti & paſsionum vt iam conceſſum eſt ſupra, ſed aliquæ actiones & paſsiones animæ pertinet ad metaphyſicum & ad moralem philoſophiam. ergo &c. Ad primum dicendum quòd anima rationalis poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo vt forma. Alio modo vt per ſe exiſtens & ſeparabilis à corpore. Licet ergo ipſa anima ſecundo modo conſiderata nõ pertineat ad conſiderationem naturalem. ſi tamen conſideretur primo ſic ſubiacet conſiderationi naturali. Ad probationem minoris dicendum quòd anima rationalem coniunctam per ſe exiſtere poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quod per ſe exiſtat exiſtentia completa alio modo quod per ſe exiſtat exiſtentia incompleta. & hoc dupliciter, vel quia exiſtit per ſe ita quod non exiſtat in aliquo, vel quòd exiſtat à ſe, ita quòd non accipiat exiſtentiam ab aliquo, licet ergo anima rationalis exiſtat per ſe exiſtentia incompleta, tamen exiſtit in aliu, ſicut forma in materia, tanquam communicans ſuum eſſe materiæ. Ad ſecundum dicendum ꝙ licet anima rationalis quantum ad eius eſſentiam & quantum ad eius ſupremam portionem ſit incorruptibilis, tamen quantum ad operationes & paſsiones ſenſitiuas eius & vegetatiuas eſt corruptibilis. Ad tertium dicendum quod paſsiones animæ diuerſis rationibus conſiderantur à naturali & Metaphyſico. Ad naturalem enim pertinent ſecundum quod ſubiacet motui & tranſmutationi. Ad metaphyſicum vero ratione entis. Ad moralem ſecundum quod ſunt principia bene vel male viuendi, ſeu operandi. Vltima concluſio. Diffinito formarum naturalium, ſimiliter & paſsionum, in qua non ponitur materia eſt inſufficiens. Hæc concluſio probatur tali ratione ſecundum Philoſophum. Nam omnis forma, quæ habet eſſe in materia determinata ſi in eius diffinitione non ponatur materia, talis diffinitio erit inſufficiens, ſed quælibet forma naturalis cum ſuis paſsionibus habet eſſe in materia determinata, ergo & cætera.

Septima cõcluſio.

Probatio maioris quia definitio ſufficiens exprimit rationem definiti à prima potentia vſque ad vltimũ actũ, ſed forma habens eſſe in materia determinata non poteſt perfecte explicari ſine materia, ergo & cætera. Pro declaratione huius ſciendum ſecundum Doctorem ſanctum, & Philoſophum in præſenti paſſu quòd duplex eſt definitio. quædam eſt definitio, quæ apprehendit ſolum formam. alia eſt definitio naturalis & talis eſt duplex quædam eſt imperfecta, quæ, ſcilicet apprehendit materiam, & alia eſt perfecta, quę apprehendit materiam, & formam ſimul. Prima dicitur formalis tantum. Secunda materialis tantum. Tertia materialis & formalis ſimul, prima enim dicitur medium demonſtrationis, ſecunda dicitur concluſio. tertia dicitur tota demonſtratio. Exemplum primæ, domus eſt cooperimentum protegens nos à frigore. Exemplum ſecundæ, vt domus eſt cooperimentum compoſitum ex lapidibus & lignis. Exemplum tertiæ, vt domus eſt operimentum compoſitũ ex lignis & lapidibus protegens nos à frigore. Ex prædictis elicitur quod definitio logica de rebus naturalibus eſt inſufficiens. ſimiliter quod definitio quę datur per materiam, & formam, dicitur magis naturalis, quam illa, quæ datur per materiam tantum, cuius

ratio eſt, quia forma eſt magis natura, quam materia, vt patet ſecundo Phyſicorum tractatu primo capitulo ſecundo. Conſiderandus eſt vlterius ſecundum eoſdem vbi ſupra quod phyſicus, mathematicus, & metaphyſicus diuerſimode conſiderant ea quæ ad rationem animæ pertinent. Nam phyſicus conſiderat de ſenſibilibus ſecundum quod ſunt coniuncta materiæ ſenſibili. Mathematicus vero ſecundum quod ſunt abſtracta à materia ſenſibili ſecundum rationem, coniuncta tamen eis ſecundum eſſe, & licet ſubſtantia quanta, de qua conſiderat mathematicus, ſit ſenſibilis ſecundum eſſe, non tamen conſiderat eam ſecundum quod huiuſmodi. Metaphyſicus vero conſiderat de prædictis ſecundum quod ſunt abſtracta tam à materia ſenſibili quam à materia intelligibili, accipiendo ly intelligibile. id eſt phantaſiabile, id eſt ſecundum quod Philoſophus intellectum phantaſiam nominat. Quæſtio. Nũ naturalis diffiniat per materiã. Contra prædictam concluſionem arguitur ſic. Materia non eſt principium cognoſcendi, cum ſit in pura potentia. ergo non eſt principium definiendi, quia principia definientia habent notificare definitum. Præterea. Partes definientes ſunt priores toto, ſed materia non eſt prior forma, vt patet ſeptimo metaphyſicæ, ergo & cætera. Præterea. Partes definientes debent prædicari de definito in eo quod quid, vt patet per Philoſophum ſecundo Metaphyſicæ & ſecundo Poſteriorum. ſed materia non poteſt prædicari de forma, cum habeat rationem partis & non totius. ergo & cætera. Præterea. Secundum communem philoſophorum ſententiam partes definientes ſunt formæ, ſed materia non eſt forma, ergo materia non poteſt eſſe pars definitionis. Ad primum dicendum quod materia poteſt tripliciter conſiderari ſecundum Britonem in hoc paſſu. Vno modo in ſe & abſolute, ſecundum ſcilicet quòd eſt indifferens ad omnes formas naturales generabilium & corruptilium. & iſto modo, cum ſit in pura potentia, non poteſt eſſe principium definiendi vt voluit argumentum. Alio modo poteſt conſiderari materia ſecundum quòd ſubiaceat qualitatibus ſenſibilibus actu. & iſto modo etiam non poteſt eſſe pars definitionis, quia accidentia definitionem non ingrediuntur niſi forſitan à poſteriori circumlocutorie. Tertio modo poteſt conſiderari ſecundum ordinem ad formam determinatam, ad quam ſequuntur ipſæ qualitates ſenſibiles, & iſto modo materia eſt principium cognoſcendi, & per conſequens definiendi. Ad ſecundum dicendum quòd duplices ſunt partes rei ſenſibilis, nam quædam ſunt partes formales & tales præcedunt definitum, aliæ ſunt materiales. & tales ſunt duplices. Quædam ſunt indiuiduales, & tales non præcedunt definitum. aliæ ſunt communes, & tales præcedunt definitum, ordine ſaltem cognitionis, licet non ordine naturæ. Ad tertium dicendum quòd partes diffinitionis ſunt in duplici differentia. nam quædam ſunt quæ ponuntur in obliquo, quædam in recto. Ille enim quæ ponuntur in recto, ſupponunt formam totius & prædicantur de definito in recto, aliæ vero partes ſupponunt partem rei & prædicantur de definito in obliquo. Materia autem non ponitur in definitione formæ in recto ſed potius in obliquo. Vnde ratio non ſequitur. Et per hoc patet ſolutio ad vltimum, quia partes quæ ponuntur in definitione in recto ſunt formæ, non autem illæ quæ ponuntur in obliquo.

PROOEMII FINIS.

M. DOMINICI FLANDRENSIS
Tractatus primus ſuper librum primum de Anima in tria capita diſtinctus.

1 *Recitat opiniones illorũ qui aĩam ex motu cognouerũt.*
2 *Eorum, qui ex partẽ cognitionis eam cognouerunt.*
3 *Eorum differentiam ponit, qui varie animã nouerunt.*

Sequitur textus. {Principium autem quæſtionis eſt apponere, quæ maxime videntur ineſſe ipſi & cætera.

Primum capitulum primi Tractatus huius primi Libri de Anima comprehendit tertiam lectionem commenti Sanctæ Thomæ.

FINITO procœmio incipit tractatus qui diuiditur in tres partes principales ſecundum ꝙ ſunt tres libri de Anima. In prima parte Philoſophus determinat de anima ſecundũ opinionem antiquorum. In ſecunda ſecundum opinionem propriam quantum ad rationem communem ipſius animæ. & hoc in ſecundo libro, qui incipit ibi. {Quæ quidem à prioribus.} In tertia vero, ſcilicet in tertio libro determinat de ea quantum ad ſpecialem rationem intellectiuæ partis ibi. {Quod autem non ſit ſenſus alius præter quinque.} Prima pars diuiditur in tres tractatus. In primo tractatu Philoſophus recitat opinionem antiquorum de anima quantum ad totam ſubſtantiam ipſius animæ. In ſecundo autem ibi. {Conſiderandum autem.} reprobat opinionem eorundem. In tertio ibi. {Quoniam autem cognoſcere.} recitat duas dubitationes de ipſa anima remouendo opiniones antiquorum de anima quantum ad eius partes. Primus tractatus, in quo recitat opiniones antiquorum Philoſophorum de anima quantum ad eius ſubſtantiam, continet tria capitula. In primo capitulo opiniones illorum Philoſophorum recitat, qui inueſtigauerunt naturam animæ per viam motus. In ſecundo capitulo ibi. {Quicunque autem} recitat opiniones illorũ philoſophorum, qui inueſtigauerunt naturam animę ex parte cognitionis & ſenſus, & ex parte vtriuſque. In tertio capitulo ibi. {Differunt autem.} Ponit differentiam opinionũ Philoſophorũ qui locuti ſunt de anima. Primũ capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte ponit concluſionem, in ſecunda parte recitat quandam opinionem antiquorum Philoſophorum, qui (vt dictum eſt) inueſtigauerunt naturam animæ ex parte motus. Cõcluſio Concluſio. talis. Quot inueſtigando naturæ animæ primo & principaliter oportet inquirere ea quæ ſunt propria ipſius animę. Hęc concluſio probatur tali ratione Philoſophi quia accidentia propria maximam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt, vt patet in procœmio huius, ergo ad inueſtigandum naturam animæ prius & principaliter eſt quærere ea, quæ ſunt propria eius. Ex qua concluſione infertur tale corollarium ꝙ inueſtigando naturam animæ primo & principaliter oportet conſiderare motum & ſenſum, quia inter omnia, quæ competunt animæ motus & ſenſus ſunt maxime propria. quod ex hoc patet quia animatum ab inanimatis ſolũ, & maxime inter ſe differunt videlicet per motum & ſenſum. Pro ampliori declaratione notandum primo ſecundum

Philoſophum

Philoſophum ꝙ antiqui Philoſophi dicebant ꝙ nil poteſt mouere niſi mouetur. Cum ergo anima ſit mouens corpus dicebant animã eſſe de numero eorum quæ mouentur. Cuius opinionis radix, falſa eſt ꝑpter duo. Tum primo, quia ſi omne mouẽs moueretur, ſequeretur quòd eſſet procedere in infinitũ in mouentibus, vt patet ſecundo metaphyſicæ, & octauo phyſicorum. Tum ſecundo, quia id quod conuenit alicui per accidens non poteſt ſibi conuenire ſemper, & per cõſequens poteſt ab eo ſeparari. Conſiderãdum ſecundo quod Philoſophus recitat in hoc capitulo quatuor opiniones eorum, qui inueſtigauerunt naturam animæ ex parte motus. Prima opinio eſt Democriti, qui dicebat animã eſſe ignem ſiue igneam & quòd anima nil aliud eſſet quã atomi igniti figuram rotundam habentes. Secunda eſt Leucippi, qui dicebat animã nil aliud eſſe quam corpus ſphæricum. Tertia eſt opinio Pythagoricorum, qui dicebant animam eſſe deciſiones mouentes alia corpora. Quarta eſt opinio Anaxagoræ, quam recitat hic Philoſophus qui dicebat animam eſſe mouentem omnia. Conſiderãdum vlterius ꝙ Democritus poſuit atomos ſiue deciſiones ſemen, ſiue principiũ totius naturæ quia cõſiderabat quod duo ſunt de ratione principij, videlicet ſimplicitas & virtuoſitas, (vt hic adducit Egidius.) cũ ergo atomi ſint paruiſsimæ quantitatis, & per conſequens ſimpliciſsimi, & maxime motiui per conſequens virtuoſiſsimi. ideo dicebat, atomos eſſe principia omniũ rerum. Dicebat vlterius illos, ex quibus apponitur anima eſſe igneos, ſeu ignitos, tum primo, quia ignis eſt elementum maxime actiuum, tum ſecundo, quia ignis eſt calidus, in quo calido conſiſtit vita humana. quia igitur videbat animam eſſe formã maxime actiuam inter formas naturales, & eſſe principium vitę, ideo dicebat atomos, ex quibus componitur anima eſſe ignitos, vel igneos. Dicebat etiam illos atomos eſſe rotundæ figuræ, quia inter omnes figuras rotunda figura, ſiue ſphærica eſt promptiſsima ad motum quantũ ad omnes differentias poſitionis, quę ſunt ſurſum, deorſum, ante, retro, dextrũ, & ſiniſtrum. quia igitur maxime anima mouet corpus ad omnem differentiam poſitionis, nõ aũt aliæ formæ naturales, ideo dicebat animam eſſe compoſitam ex atomis rotundæ figuræ, ſiue ſphæricę. Conſiderandum vlterius ꝙ aliqua attribuuntur alicui dupliciter. Vno modo eſſentialiter, Alio modo per viam aſsimilationis quando dicitur ꝙ anima eſt ignis aut ignita. Ignis non attribuitur animæ eſſentialiter, ſed per viam aſsimilationis, quia omnes proprietates ignis poſſunt appropriari animæ, & potiſsimæ rationali, vt infra patebit. Contra prædictam cõcluſionem ſic primo arguitur. Innata eſt nobis via à communioribus ad ſpecialiora procedere primo phyſicorũ. ergo male dicitur in concluſione ꝙ inueſtigando naturam animæ primo oportet quærere ea, quæ conueniunt ſibi maxime ſecundum naturam, i. quæ ſunt ſibi propria. Præterea. Id, quod eſt manifeſtũ, nõ indiget inquiſitione, ſed anima eſt manifeſtiſsima nobis, cum quilibet experiatur in ſe habere animam, ergo non eſt neceſſaria aliqua inueſtigatio ipſius animæ. Ad primum dicendum quòd duplex eſt cognitio, ſ. confuſa & determinata. verum eſt quod loquendo de cognitione confuſa innata eſt nobis via à communioribus ad ſpecialiora procedere, ſed loquẽdo de cognitione diſtincta & determinata, exordium accipimus à proprijs. Ad ſecundum dicendum ꝙ licet anima ſit nobis manifeſtiſsima quantum ad an eſt, eſt tamen difficillima quantum ad cognitionem quid eſt.

Sequitur ſecundum capitulum ibi. § Quicunque autem in cognoſcendo. § Hæc eſt lectio quarta eiuſdem libri de Anima & in commento Sancti Thomæ.

Istud eſt ſecũdum capitulum primi tractatus, in quo poſtquàm Philoſophus in præcedenti capitulo recitauit opiniones antiquorum Philoſophorũ de anima, qui inueſtigauerunt naturã eius ex parte motus, hic conſequenter recitat opinionem illorũ Philoſophorum, qui inueſtigauerunt naturam animæ ex parte cognitionis & ſenſus. Primo ponendo id, in quo conueniunt tales Philoſophi. ſecundo recitando duas opiniones diuerſas. videlicet Empedoclis & Platonis. Conſiderandum autem primo ꝙ omnes illi Philoſophi, qui inueſtigauerunt animam ex parte ſenſus & cognitionis cõueniunt in hoc ꝙ vnanimiter dicebant eſſe principiũ, aut ex principijs omnium entium, ſcilicet dicebãt animam eſſe compoſitam ex principijs rerum. vnde ſecundum ꝙ Philoſophi diuerſimode locuti ſunt de principijs & de numero eorũ, diuerſimode locuti ſunt etiã de ipſa anima. Vnde illi qui poſuerunt vnum principium tãtum, poſuerunt animam eſſe compoſitã ex illo principio, qui vero poſuerunt plura principia, dicebant animam eſſe compoſitam ex pluribus principijs. Cõſiderandum eſt vlterius ꝙ motiuum illorum Philoſophorum quare poſuerunt animam compoſitam ex omnibus principijs erat tale, quia anima nata eſt cognoſcere omnia, videlicet intelligibilia per intellectum, & ſenſibilia per ſenſum, ſed omnis cognitio tam intellectiua quàm ſenſitiua eſt ratione ſimilitudinis. ex eo enim ꝙ res cognita aſsimilatur cognoſcenti fit cognitio. niſi .n. ſimilitudo rei viſibilis eſſet in oculo non poſſet videri, ſimiliter niſi ſimilitudo rei intelligibilis ſuſciperetur in intellectu, non poſſet videri intellectio. cum ergo anima nõ poteſt aſsimilari omnibus rebus (vt ipſi dicebãt) niſi anima componatur ex principijs omnium rerum, ergo concludebant ꝙ anima eſſet compoſita ex principijs omnium rerum. vt videlicet ſi terram intelligeret, componeretur ex terra, & ſic de ſimilibus. Conſiderandum eſt vlterius ꝙ prędictum motiuum nõ valet. tum primo, quia ſi anima cõponeretur ex terra nõ intelligeret terrã, quia intus exiſtens prohibet extraneũ, tum ſecundo quia ad hoc ꝙ fiat intellectio vel ſenſatio, ſufficit aſsimilatio rei cognitæ ad cognoſcentem quãtum ad hoc ꝙ ſpecies ſeu ſimilitudo rei cognitæ ſuſcipitur in cognoſcente. non ergo neceſſe ꝙ lapis ſecundum ſuum eſſe materiale ſit in oculo vt cognoſcatur ab eo, ſed ſufficit ꝙ ſit in eo ſecundum eſſe intentionale. Conſiderandum eſt vlterius quòd Philoſophus hic recitat duas opiniones principales, videlicet Empedoclis & Platonis. opinio .n. Empedoclis erat ꝙ anima eſſet cõpoſita ex quatuor elementis, & ex cõcordia & diſcordia. ſed Plato poſuit animam compoſitam eſſe ex quatuor alijs principijs, ſecundum ꝙ poſuit alia principia, videlicet ex eodem & diuerſo, ſiue partibili, & impartibili, ſecundo ex idæis, tertio ex numeris. Cõſiderandum eſt vlterius pro declaratione opinionis Platonis ſecundum doctorem ſanctũ quòd entia poſſunt tripliciter conſiderari. vno modo in ſe, & propria natura. ſecundo modo per reſpectum ad principium effectiuum. tertio modo per reſpectum ad eos in communi in quo omnia entia cõueniunt. Quantum ad primam conſiderationem Plato poſuit duo principia entium. ſ. idem, & diuerſum. Quantum vero ad ſecundam

conſiderationem

conſiderationem poſuit tertiũ principium, ſcilicet ideas. Quantum ad tertiam conſiderationem poſuit numeros eſſe principia omnium rerum. Conſiderandum eſt vlterius ſecũdum eundem ꝙ omnis longitudo componitur ex duobus punctis compoſitis ex numero binario. latitudo vero ſiue ſuperficies cõponitur ex numero trinario cũ includit tria puncta. aliquando vero ſiue corpus componitur ex numero quaternario, vnde quia dicebat res componi ex ideis, ideo dicebat ideam vnitatis eſſe punctum & primã longitudinẽ ſiue lineam eſſe ideam dualitatis, latitudinẽ vero ſiue ſuperficiẽ dicebat eſſe ideam trinitatis, ſiue numeri trinarij. Altitudinem vero primã, ſiue corpus dicebat eſſe ideã numeri quaternarij & quia quælibet res ſenſibilis includit punctũ latitudinem, longitudinem, & profunditatẽ, ideo dicebat quamlibet rem ſenſibilem compoſitam ex numeris, & vnitatibus. Conſiderandũ eſt vlterius quod anima quæcunq; cognoſcit, ant cognoſcit intellectu aut ſcientia, aut opinione, aut ſenſu. intellectus vero includit vnitatem, quia eſt vnius, ſ. medij. ſcientia vero Includit dualitatem, quia eſt duorũ, videlicet ipſius medij, & cõcluſionis, ſed opinio includit trinitatẽ, quia eſt ipſius medij, & ipſius concluſionis demonſtratæ ſiue formidatæ. ſenſus vero includit numerũ quaternariũ, quia in ſua operatione indiget corpore organico, ſed omne corpus vt dictum eſt, includit numerum quaternarium. Cum ergo vt dicit Plato anima cognoſcat omnia per prædicta quatuor, ideo dicebat animam eſſe compoſitam ex vnitate, dualitate, trinitate, & quaternitate, ſiue quaternario numero, vt aſsimilaretur omnibus rebus cognoſcibilibus. Conſiderandũ vltimo ſecundum Philoſophũ in fine huius capituli ꝙ aliqui alij Philoſophi volentes inueſtigare naturam animę ex parte vtriſq;, videlicet tam motus quàm ſenſus, dicebant animam eſſe numerum mouentem ſeipſum, numerum quidem, quia maxime cognoſcitiua eſt, mouentem vero ſe, quia maxime motiua eſt inter omnes alias formas.

Sequitur tertium capitulũ ibi. ¶ Differunt autem. ¶ Hic incipit lectio quinta eiuſdem libri, & in commento S. Thomæ.

IStud eſt Tertium capitulum primi tractatus, in quo Philoſophus recitat diuerſitatem opinionem Philoſophorum loquentium de anima, & primo recitat diuerſitatem eorum quantum ad principia rerum. Differebant. n. & quantum ad ſubſtantiã principiorum & quantum ad numerum, quantum ad ſubſtantiam principiorum tripliciter differebant, nam quidam poſuerunt principia rerum eſſe corporalia, de quorũ numero fuit Empedocles, qui poſuit quatuor elementa eſſe principia rerum, &c. Alij poſuerunt illa principia eſſe ſpiritualia, ſiue immaterialia, vt Plato qui poſuit ideas. Alij vero poſuerunt illa principia eſſe tam corporalia quam incorporalia, ſicut Anaxagoras qui poſuit pręter partes ſimiles aut diſsimiles ipſum intellectum. Differebant etiam ſecundum numerum, quia quidam poſuerũt vnum principiũ quidam plura, &c. vt habitũ eſt in primo phyſicorum, ad longum. Secundo recitat differentiam prædictorum Philoſophorum quantum ad naturam animæ, adducendo nouem diuerſas opiniones. Quarũ prima Xenocratis, qui dicebat animam eſſe igneam. Secunda eſt ipſius Democriti qui dicebat animam eſſe cõpoſitam ex indiuiſibilibus corporibus & atomis. Tertia eſt Anaxagorę dicentis animam eſſe intellectum ſimplicem, immixtum, purum, & ſeparatum. Quarta eſt, quam Thales adducit, videlicet ꝙ anima eſt quædam ſubſtantia per ſe motiua. Quinta eſt Diogenis, qui dicebat animam eſſe aerem. Sexta eſt Heracliti, qui dicebat animã nil aliud eſſe quàm vaporem. Septima eſt quam Alcimeon adducit, ſ. anima nihil aliud eſt quã ſubſtantia incorporalis de natura cœli exiſtens. Octaua eſt ipſius Hippi, qui dicebat animã eſſe aquam. Vltima eſt, quam adduxit Crixias, qui dicit animam eſſe ſanguinem. Nullus autem Philoſophorum poſuit animam eſſe terram ſolum propter eius materialitatem. Ex prędictis infert Philoſophus primo ꝙ omnes ſupraſcripti Philoſophi conuenerunt in hoc ꝙ inueſtigauerunt naturam animæ, aut per viam motus, ant per viam ſenſus, aut per viam incorporeitatis, i. per quam cognitionis intellectiuæ. Infert ſecundo quòd illi Philoſophi eo modo quo locuti ſunt de principijs rerum, locuti ſunt de natura ipſius animæ cõſiderantes animã eſſe principium rerum. Vnde qui poſuerunt tantũ vnum principium poſuerunt animam eſſe illud, qui vero poſuerunt plura, poſuerunt animam plura. Conſiderandum eſt pro opinione prima ꝙ quia ignis eſt corpus maxime incorporeum ſubtile, & primum inter corpora, ideo illi Philoſophi dicebant animam eſſe ignem, vt propter incorporeitatem ſiue ſpiritualitatem intelligeret omnia, & propter ſubtilitatem ſiue agilitatem, aut mobilitatẽ moueret ſe & omnia. Si quæratur vtrum hoc verum ſit ꝙ ignis ſit immaterialiſsimum corporum ſecundũ rei veritatem. Dicendum diſtinguẽdo quia vel loquimur de corporibus elementaribus, vel loquimur de corporibus in vniuerſali abſolute. Si loquamur de corporibus elemẽtaribus, aut de corporibus mixtis. ſic ignis eſt immaterialiſsimũ & ſpiritualiſsimum omnium corporũ, quod patet tam ex ſitu eius quàm ex motu. Ex ſitu enim nam illa, quæ inferiori loco ſituantur ſunt materialiora, vt patet de terra. cũ ergo ignis ſit locatus in ſuperiori loco inter omnia elementa, neceſſe eſt dicere ꝙ inter omnia corpora elementaria & inter omnia mixta ſit ſpiritualiſsimum & immaterialiſsimum. Idem patet ex motu, quia quanto aliqua ſunt magis materialia, tanto magis mouentur deorſum, quanto vero minus materialia, & per conſequens leuia magis mouentur ſurſum. Cũ ergo inter omnia elementa ignis maxime moueat ſurſum, dicẽdum eſt quòd inter omnia elementa ignis eſt immaterialiſsimũ. Si vero loquamur de corporibus abſolute. dicendum ꝙ ignis nõ eſt maxime immaterialis aut incorporeus, ſed corpus cœleſte eſt magis ſpũale & immaterialius, cuius ratio eſt quia ignis non agit cuiuſcunq; actiuitatis fuerit niſi in virtute corporis cœleſtis. Conſiderandum eſt vlterius pro ſecunda opinione ꝙ Democritus cõſiderans ex vna parte quòd anima eſſet maxime cognoſcitiua & maxime mouens, conſiderans vero ex altera parte ꝙ omnia conſtituuntur ex atomis, tanquam ex principijs rerũ, ſed quia ſunt rotundæ figuræ, & multum habiles ad modum, ideo dicebat animam eſſe compoſitam ex atomis, vt cognoſceret omnia inquantum ſunt principia, & vt moueret omnia inquantum ſunt rotundæ figuræ & ſphæricæ. Conſiderandũ vltimo pro opinione Anaxagoræ ꝙ quadruplex eſt compoſitio. Quędam eſt compoſitio partium quantitatiuarum. Alia eſt compoſitio, quæ eſt ex elementis, ſicut mixtum componitur ex elemẽtis. Tertia eſt compoſitio, quæ eſt diuerſis rebus materialibus alijs ab elementis, ſicut homo componitur ex cerebro, corde, &c, Quarta eſt compoſitio ex inſtrumento organico & potentia eius. ad remouendum primam compoſitionem

Anaxagoras dicebat, & bene intellectũ eſſe ſimplicem, ad remouendum vero ſecũdum compoſitionem ab anima, dicebat intellectum eſſe immixtũ, ſed ad remouendam tertiam compoſitionem ab anima dicebat intellectum eſſe ſeparatum. ad remouendam autem quartam compoſitionem ab ea dicebat intellectum eſſe purum. Quia ergo non poſuit differentiam inter animam & intellectum, concludebat definitiue quòd anima nil aliud eſt quàm intellectus ſimplex immixtus purus, &c.

TRACTATVS SECVNDVS DOMINICI DE FLANDRIA

Super primum librum de Anima in octo capita diſtinctus:

1 *Adducit rationes contra eos qui aſſerebant animam per ſe moueri.*
2 *Adducit rationes Platonis.*
3 *Reprobat Platonis rationes.*
4 *Reprobat exiſtimantes animam eſſe harmoniam.*
5 *Reprobat argumenta dicentiũ animã per ſe moueri.*
6 *Eos remouet, qui dicebant animam eſſe numerum ſeipſum mouentem.*
7 *Illos reycit, qui animam eſſe elementũ vel ex elementis conſtitutam exiſtimabant.*
8 *Illos reprobat qui animam eſſe mundi partem aſſeruerunt, ipſumque ob id animatum opinabantur.*

Sequitur in textu. {Conſiderandum autem, &c.} Hæc eſt lectio ſexta eiuſdem primi libri, & in commento S. Thomæ.

ISTE eſt Secundus tractatus in quo Philoſophus recitat opiniones Philoſophorum qui locuti ſunt de anima tam ex parte motus quam ex parte cognitionis, qui quidẽ tractatus continet octo capitula. In primo capitulo adducit rationes conuenientes contra eos, qui dicebant animam per ſe moueri. In ſecundo capitulo ponit rationes ſpeciales ad idẽ adducendo opinionẽ Platonis ibi. {quidam aũt & maxime, &c.} In tertio capitulo reprobat opinionem Platonis. ibi {primo quidem igitur nõ bene dicere.} In quarto capitulo reprobat opinionem illorum, qui dicebant animam eſſe harmoniam quandam ibi. {Alia autem eſt opinio.} In quinto capitulo remouet opinionem illorũ, qui dicebant animam per ſe moueri. ibi {Rationabilibus autem, &c.} In ſexto capitulo reprobat opinionem illorum ſingulariter, qui dicebãt animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. ibi {Multum autem ex his quæ dicta ſunt.} In ſeptimo capitulo reprobat opinionis illorum qui dicebant animam eſſe elementum, aut ex elementis. ibi {Tribus autem modis traditis.} In octauo & vltimo capitulo reprobat opinionem illorum, qui dicebant animam eſſe in toto vniuerſo, & per conſequens ꝙ totum vniuerſum eſſet animatum ibi. {Et in toto autem quidam ipſam miſceri dicunt.} In primo autem capitulo cõtra eos, qui dicebant animam per ſe moueri, (ſupponendo diuiſionem motus in motum per ſe, & motum per accidens) adducit ſex rationes conuenientes. Quarum prima eſt. Nam ſi anima per ſe moueretur, aut moueraſ motu locali, aut motu augmenti, & decremẽti, autem motu alterationis: quia tantũ ſunt quatuor ſpecies motus. ſed nullum iſtorum eſt dicẽdum, quia cum omnis motus ſit in loco, (vt dicit textus) ſequeretur ꝙ ipſa anima eſſet in loco per ſe. quod eſt inconueniens. tum primo, quia non habet eſſe per ſe. tum ſecundo, quia non eſt corpus (vt infra patebit.) ſed actus corporis. Secũda ratio talis eſt. Quicquid naturaliter mouetur poteſt violẽter moueri, & quicquid naturaliter quieſcit, poteſt violẽter quieſcere. ſi ergo anima moueretur per ſe naturaliter & quieſceret, poſſet moueri violenter, & quieſcere violenter, quod abſurdũ eſt, quia non ſolum ſententiam proferentes, ſed etiam fingere volẽtes motus violentos animæ tribuere non poſſunt. Tertia ratio eſt. Si anima moueretur per ſe, moueretur ſurſum aut deorſum, aut ad medium. ſi ſic, tunc eſſet quoddam elementum, aut compoſitum ex elementis vt antiqui voluerunt, ſed conſequens eſt falſum, cum moueat corpus ad omnes differentias poſitionis. Conſequentia, quia ignis aut mixtum, in quo prædominatur ignis, mouetur naturaliter ſurſum, terra deorſum, aqua, & aer ad medium. Quarta ratio talis eſt, Si anima moueret corpus eo ꝙ ipſa mouetur (vt antiqui dicebãt) eodem motu mouebitur corpus ſicut & ipſa anima & econtra, ſed corpus mutat locũ, ergo & anima mutat locum, & per cõſequens tranſibit de corpore in corpus cum ſit in corpore, vt ipſi dicebant ſicut aqua in vaſe & per conſequens erit reſurrectio mortuorum animalium. Quia dum anima dimittit corpus in quo eſt, intrabit in aliud corpus mortuum. & ſic corpus mortuũ reſurget. Quinta ratio eſt. Illud, quod mouetur per aliud, non mouetur per ſe, ſed anima mouetur per accidens, ſ. à ſenſibilibus, ergo non mouetur per ſe. Vltima ratio eſt. Nam ſi anima ſecundum ſuam naturam moueret & moueretur per ſe, ſequeretur quod natura, ſiue ſubſtantia animę diſtaret à ſeipſa, quia omnis motus facit diſtare id, quod mouetur ab eo quo mouetur, cum idem non poſsit eſſe in actu & in potentia reſpectu eiuſdem ſimul & ſemel. Pro declaratione pręcedentium cõſiderandum primo quod licet antiqui Philoſophi definirent animã tribus vijs, (vt ſupra dixit Philoſophus) videlicet per motũ & ſenſum, & per incorporeum, ſiue immaterialitatem tamen Philoſophus nõ proſequitur contra eos quantum ad incorporeitatem, quia vera opinio eſt ꝙ anima eſt incorporea & immaterialis, potiſsime loquẽdo de anima rationali, quę non educitur de potentia materiæ, neque vtitur organo corporeo in ſua operatione. Veruntamẽ dicere animam eſſe ſubtiliſsimum corporum falſum eſt. Conſiderandũ ſecundo ꝙ tripliciter aliquid dicitur moueri. ſ. per ſe primo, per ſe ſecundo, i. per alterum, & per accidens. exemplum primi. vt lapis mouetur per ſe primo deorſum, pars lapidis mouetur per ſe ſecundo, i. per alterum, ſed accidentia lapidis mouentur per accidens ad motum ipſius lapidis. Et licet Philoſophus nõ enumeret niſi duos modos ipſius moueri expreſſe, tamen omnes prædictos modos enumerat ſub intellectu, ſiue comprehenſiue. Conſiderandum tertio quòd motus poteſt accipi dupliciter. modo communiter, ſ. vt ſe extendit ad omnem mutationem tam inſtantaneam quam ſucceſsiuam. & illo modo ſex ſunt ſpecies motus, quæ continentur in his verſibus, videlicet. Auget, diminuit, corumpit & generatur. Alterat & mutat, ſic per loca multa vagatur. Alio modo accipitur motus proprie & phyſice, prout videlicet ſe extendit ad motum, qui eſt cum tranſmutatione naturali, & illo modo tantum ſunt quatuor ſpecies motus, vt hic loquitur Philoſophus. Conſiderandum vlterius quarto

quod

quod album poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo in ſenſu compoſito, videlicet per ſuo ſignificato formali. album enim de ſuo ſignificato formali ſignificat albedinem, cui non competit moueri per ſe. Alio modo accipitur in ſenſu diuiſo, videlicet pro ſuo ſignificato materiali, videlicet pro eo, quod eſt album. primo modo album mouetur per accidens. ſecundo mouetur per ſe. Conſiderandum vltimo quod vnicuiq; eo modo cõpetit moueri, quo competit ſibi eſſe. illa ergo, quæ non habent eſſe per ſe, ſed in alio, non mouentur per ſe, ſed per alterum, aut per accidens. cũ ergo nulla forma naturalis habeat eſſe per ſe, ſed per alterum, nulla mouebitur per ſe, ſed per alterũ. Et licet anima vnita corpori ſubſiſtat per ſe ſubſtantia incompleta, non tamen per ſe ſubſiſtit ſubſiſtentia completa, vt infra patebit. Contra nonnulla dicta in textu ſic arguitur. Antiqui Philoſophi tribus modis inueſtigauerunt naturã animæ. videlicet ſenſu, motu, & incorporeo, vt in præcedenti capitulo addeuxit Philoſophus. ergo inſufficienter Philoſophus proſequitur contra eos quantum ad duos modos tantum. Præterea in tertio & quarto phyſ. dicitur quòd aliquid dicitur tripliciter moueri, ergo hic male dicitur quod tantum dupliciter aliquid mouetur. Præterea Philoſophus in tertio phyſicorum & in quinto enumerat ſex ſpecies motus, ergo hic inſufficienter dicitur quod quatuor ſunt motus. Præterea. ſoli corpori debetur locus, vt patet quarto phyſicorum, ſed motus non eſt corpus, ergo motus non eſt in loco, & per conſequens Philoſophus male dicit in textu quod omnes motus ſunt in loco. Præterea omne corpus per ſe poteſt moueri, ſed omne album eſt corpus, ergó omne album per ſe poteſt moueri. quod eſt contra Philoſophum in textu, vbi dicit {quòd mouentur hæc,} ſcilicet album & tricubitum, ſed ſecundum accidens. Præterea cœlũ mouetur naturaliter, & tamen non poteſt moueri violenter, ergo Philoſophus male dicit in textu quod, quæcunque mouentur naturaliter mouentur etiam violenter. Præterea cœlum non poteſt quieſcere naturaliter, & tamen mouetur naturaliter, ergo male dicit Philoſophus ꝙ quicquid mouetur natura quieſcit natura. Ad primum ſecundum & tertium patet ſolutio ex dictis. Ad quartum dicendum quòd motum eſſe in loco poteſt intelligi tripliciter. Primo modo conſiderando motum ex parte mobilis, & clarum eſt quod omnes motus ſunt in loco, i. omne mobile, quod mouetur per aliquem motum eſt in loco. Alio modo quantũ ad modum mouendi, & illo modo etiã motus eſt in loco, vt clare patet de loci mutatione augmentatione, diminutione, de alteratione autem patet, quia in omni alteratione requiritur approximatio alterantis ad alterabile quod non poteſt fieri ſine loco. Tertio modo quantum ad motum in ſe, & ſic antecedenter etiam eſt omnis motus in loco, id eſt omnis motus præſupponit motum localem, qui eſt de loco ad locum. Ad quintum dicendum quod patet ſolutio ex dictis, quia ibi arguitur à ſenſu diuiſo ad ſenſum compoſitum, & per conſequens ibi committitur fallacia compoſitionis. Ad ſextum dicendum quòd duplex eſt motus. quidam eſt, qui habet quietem ſibi oppoſitam, ſicut eſt motus corporum ſimplicium, aut mixtorum corruptibilium. alius eſt motus, qui non habet quietem ſibi oppoſitam, vt eſt motus corporũ cœleſtium. quicquid enim mouetur naturaliter primo modo dicto poteſt moueri violenter, non autem ſecundo modo. vnde ratio laborabat in æquiuoco. Et per hoc patet ſolutio ad ſeptimum.

Sequitur in textu. {Quidam autem mouere.}

Hæc eſt lectio ſeptima eiuſdem libri, & in commento S. Thomæ

ISTud eſt ſecundum capitulum huius ſecundi tractatus, in quo Philoſophus adducit opinionem Democriti in ſpeciali reprobando eam duabus rationibus. finaliter adducendo opinionem trimembrem Platonis. Dicebat enim Democritus quòd anima componebatur ex atomis, qui ſemper mouentur & quod moueret corpus eo modo, quo mouetur, ſic deſcribẽs animam quod anima eſt, quæ mouet corpus continue mota, cuius perſuaſio erat talis. Sicut ſe habet argentum viuum ad ſtatuam ideæ Mineruæ ita ſe habet anima ad corpus, ſed argentum viuum quandocunq; mouebatur mouebat illam ſtatuam, ergo anima quandocunq; mouetur mouet corpus, cũ ergo ipſa anima componatur ex atomis ſemper mobilibus dicebat animã ſemper mouere corpus. Conſiderandum autem eſt quòd prædictam opinionem reprobat Philoſophus duabus rationibus, quarum prima eſt. Eadem natura eſt principium mouendi, & quieſcendi alicuius, ſed animal aliquando quieſcit (vt patet ad ſenſum) ergo id quod erit principium quietis animalis erit principium mouẽdi, ſed anima cum ſemper (ſecundum Democritum) moueatur non poteſt eſſe principiũ quietis ipſius animalis, ergo non erit principium mouendi. Si dicatur quòd animal nunquam quieſcit, ſemper mouetur ſaltem motu alterationis. ergo ratio nulla. Dicendum quod Democritus loquebatur de motu locali, & non de motu alterationis ſolũ. Vnde licet ratio non ſimpliciter concludat, cõcludit tamen contra Democritum. Licet enim verum ſit quòd omne animal ſit in continuo motu, vniuerſaliter loquendo de motu, tamen non eſt in continuo motu locali, vt voluit Democritus. Secunda ratio eſt. Animal mouetur per voluntatem & appetitum, ergo ſequitur quod corpus animalis ſiue animal non mouetur ab anima ſecundum ſe conſiderata. Conſiderandum eſt vlterius quod Philoſophus in textu adducit tres opiniones Platonis de anima ſecundũ triplicem eius conſiderationem. Prima opinio eſt, quod anima eſt, quę vnitur corpori & mouet illud. Secunda opinio eſt, quod anima eſt quoddam compoſitum ex numeris armoniacis. Tertia opinio eſt, quòd anima eſt aſpectus rectus reflexus in duos circulos, quorum vnum diuiditur in ſeptem circulos. Conſiderauit enim Plato ꝙ anima poteſt tripliciter cõſiderari. Vno modo vt eſt forma corporis, & iſto modo dicebat animam vniri corpori, & ipſum mouere, Alio modo poteſt conſiderari anima per reſpectum ad ſua principia, & ſic dicebat animam eſſe compoſitam ex numeris ſiue ex conſonantijs. Tertio modo poteſt conſiderari quantum ad eius operationes & motum, & iſto modo dicebat animam eſſe aſpectum rectum, &c. Conſiderandum eſt vlterius quòd ſi opinio Platonis conſideretur ſecundum ſonum verborum, ſic veritatem non haberet, vt oſtendit infra Philoſophus. Sed ſi conſideretur quantum ad ſententiam verborum, per viam, ſcilicet cuiuſdam ſimilitudinis, ſic habet veritatem. Manifeſtum eſt enim quòd anima vnita corpori per ſe nõ mouet ipſum corpus, ſed mediantibus tantum ſuis potentijs. Sicut etiam in numeris, primo reperitur conſonantia & proportio, ita & in anima, anima enim habet ſimilitudinem ad numeros armoniacos, quia reperitur maxima proportio animæ ad corpus & partiũ corporis inter ſe vt debite

exerceat ſuas operationes. Manifeſtum eſt etiam quòd in anima conſideratur aſpectus directus & reflexus per modum circuli, qui quidem circulus diuiditur in duos circulos, quorum vltimus diuiditur in ſeptem ſimilitudinarie loquendo. Vnde intellectus recte intelligit ſuum obiectum, quę intellectio poteſt dici intellectus directus & intelligẽdo ſuum obiectum etiam reflectitur ſupra ſe ipſum per modum circuli. qui quidem intellectus circulus, i. intellectio diuiditur in duos circulos, i. in duos diuerſos modos intelligẽdi. alio enim modo intelligit materialia, & alio modo ſpiritualia. Vltimus vero circulus, i. intellectio, qua intelligit materialia diuiditur in ſeptem circulos, i. in ſeptem intellectiones ſecundum ſeptem gradus corporum materialium, quæ quidem corpora ſunt elementa mixta imperfecta, vt impreſsiones metheologicæ, mixta perfecta inanimata, vegetabilia, ſenſitiua, motiua ſecundum locum, & intellectiua.

Sequitur { *Primum quidem igitur.* } *Hic incipit lectio octaua eiuſdem libri, & in commento S. Thomæ.*

ISTud eſt tertium capitulũ præſentis tractatus, in quo poſtquàm Philoſophus adduxit opiniones Platonis, ponit quatuor cõcluſiones contra prædictam opinionem, ſecundum quòd Plato in ſua opinione quatuor affirmauit. Dicebat enim animam eſſe aſpectum rectum, id eſt magnitudinem continuam. Dicebat vlterius animam eſſe magnitudinem circularem. Tertio dicebat animam eſſe magnituudinẽ motam. Quarto dicebat quòd eſſet vnita corpori. Ex quibus omnibus elicitur definitio animæ ſecũdum Plat. videlicet quòd anima eſt aſpectus rectus, i. magnitudo corpori vnita, ex numeris armoniacis compoſita, reflexa in circulum diuiſum in duos circulos, quorum vnus diuiditur in ſeptem circulos, vt dictũ eſt. Quia ergo Plato dicebat animam eſſe magnitudinem, ideo Philoſophus primo ponit vnam cõcluſionem contrariam, videlicet quòd anima non eſt magnitudo. Quam quidem concluſionem probat tribus rationibus quæ magis reſpiciunt verba Platonis quàm intentionem eius. Quarum prima eſt. Talis eſt intellectus qualia ſunt intelligibilia, cum potentiæ ſpecificentur per obiecta, ſed intelligibilia intellecta ab intellectu non ſunt continua, vt magnitudo, ſed magis cõſequenter ſe habentia, vt numeri, ergo intellectus non eſt continuus vt magnitudo. & per conſequens non eſt magnitudo. Secunda ratio. Si intellectus eſſet magnitudo intelligens aliquod intelligibile, aut talis magnitudo intelligeret intelligibile ſecundum partem quantitatiuam, aut ſecũdum punctum, applicando ſe, videlicet ad intelligibile ſecundum partẽ diuiſibilem, aut partem punctualem, nõ ſecundum partem punctualẽ, quia puncta ſunt infinita in magnitudine continua, quæ nequaquam eſt pertranſire, nec ſecundũ partem quantitatiuam aut diuiſibilem, quia infinities intellectus intelligeret idem quod eſt inconueniens. Tertia ratio eſt. Impoſsibile eſt ꝙ indiuiſibile intelligatur per diuiſibile vel diuiſibile per indiuiſibile. Si ergo anima eſſet magnitudo cõpoſita ex indiuiſibilibus ſic non poſſet intelligere diuiſibilia, ſiue materialia. Si vero eſſet compoſita ex diuiſibilibus non poſſet intelligere indiuiſibilia ſiue immaterialia, quorum vtrunque eſt contra Platonem, qui poſuit intellectum poſſe intelligere tam materialia quàm immaterialia. Sed conſiderandũ eſt quòd prædictæ rationes ſunt magis contra verba Platonis, & non

Anima nõ eſt magnitudo.

contra ſententiam aut intentionem eius. Quando enim Plato dicit animam eſſe magnitudinem, loquitur figuratiue ſiue metaphorice ad ſimilitudinẽ magnitudine continuis corporis cœleſtis. Non enim dicebat animam eſſe magnitudinem corporalem. Quando ipſe (vt hic dicit Philoſophus) dicat ipſam animã eſſe vnitam, & coniunctam corpori ſed dicebat animã eſſe magnitudinem virtutis, quæ quidem magnitudo attenditur ſecũdum perfectionem eſſentiæ & operationis ipſius animæ, ad ſimilitudinem (vt dictum eſt) corporis cœleſtis, quia ſicut in magnitudine attenditur maxima cõtinuitas perfectio & proportio mobilis ad mouens, ita in magnitudine virtuali ipſius animæ, i. in operatione ſua attenditur maxima perfectio & proportio, quæ attenditur inter intelligibile & ipſum intellectum ex quo patet ꝙ ſi aliquis probabiliter vellet ſoluere rationes Philoſophi non oporteret niſi negare ſuppoſitum, videlicet quòd Plato non poſuit animam eſſe magnitudinem corporalem cõtinuam. Conſiderandum tamen eſt quòd quidam doctorum hic dicunt quòd Plato, cum eſſet doctor veritatis non debebat tradere ſuam ſcientiam ſub velaminibus metaphoricis, cum veritas non quærat angulum. Vnde Plato non ſolũ erat reprehenſibilis à Philoſopho, vt ipſe dicit quantum ad intentionem ipſius. ſed etiam quãtum ad ſonum verborũ. Sed hoc eſſet dicere quòd theologia ſacra quæ eſt ſcientia maioris veritatis quàm philoſophia naturalis eſſet reprehẽſibilis. Traditur enim ſub velaminibus metaphoricis, ideo nõ male fecit Plato tradendo ſuam ſcientiam ſub metaphoricis locutionibus, tum primo quia intellectus etiam huiuſmodi inquirendo veritatem habilitatur, tum ſecundo quia æmuli ſuperbi non ita cito poſſent peruenire in cognitionem veritatis. Secunda concluſio quæ tangitur infra, {Neceſſarium autem, &c.} Eſt ꝙ anima non eſt circulus, quæ concluſio probatur rationibus duabus Philoſophi, quarum prima eſt. Nam ſi intellectus eſſet circulus, ſiue circulatio, ſequeretur quòd operatio, quæ dicitur intelligere eſſet circulatio, cum circulatio ſit actus ipſius magnitudinis circularis. conſequens eſt falſum. ergo, &c. Falſitas conſequentis ſic patet. Nam ſi operatio ipſius intellectus eſſet circulatio, ſequeretur quòd operatio eſſet perpetua & ſemper durare, ſed operatio intellectus non ſemper durat, cũ habeat finem, ergo non eſt circularis. Probatio minoris, quia omnis operatio intellectus aut eſt practica aut ſpeculatiua, ſed operatio practica terminatur ad aliquem terminum, ſcilicet ad finem, quia habito fine ceſſat operatio practica, cum finis ſe habeat in practicis. ſicut principium in demonſtrabilibus, vt patet. 2. Phyſic. & 7. Ethic. Similiter operatio ſpeculatiua terminatur, ad aliquem terminum, videlicet ad principium demõſtrationis., quo habito ceſſat omnis operatio intellectus ſpeculatiua, quia tam ſyllogiſmus demonſtratiuus quàm mediũ eius, quod eſt definitio, dicitur terminus. Secunda ratio eſt. Si operatio ſiue intelligentia ipſius animę eſſet circulatio, ſequeretur ꝙ vnum & idem multoties intelligeretur, conſequens eſt ſuperfluũ. ergo id ex quo ſequitur. Probatio ſequelæ quia in circulatione fit ingreſſus ab eodem puncto, ad idem punctum multoties, immo infinities, ſtante eius perpetuitate. Pro declaratione præcedentium conſiderandum eſt primo ſecundum Egidium quòd in circulo non eſt aliquod punctum in actu, ſed ſolum in potentia. Eadem ergo ratione qua motus circularis terminaretur in vno puncto terminaretur in quodlibet, aut ergo ille motus terminabitur in quolibet puncto, aut nunquam incipiet,

Nota quòd Ariſt contra verba tantũ Platonis loquitur.

incipiet, quia impoſsibile eſt quod idẽ motus in eodem puncto terminetur, & incipiat, aut ergo non incipiet in aliquo puncto, aut non finietur in aliquo puncto, & ſic ſemper durabit. Cum ergo ad ſenſum patet quod motus circularis incipit eſſe, ſequitur tamen quod motus circularis eſt perpetuæ durationis ſecundum Philoſophũ vnde ſi intellectus eſſet circulatio, eſſet perpetuę durationis. Conſiderandum ſecundo quod prima operatio intellectus, (ſecundum Philoſophum hic quæ dicitur ſimplicium intelligentia.) terminatur ad definitionem quę dicitur ratio dicens quod quid erat eſſe. Secunda vero operatio intellectus, qua apprehendit propoſitiones, terminatur ad ſyllogiſmum ſiue ad medium ſyllogiſmi quod quidem medium etiam ratio dicitur, quia virtutem habet probandi concluſionem. Similiter ſyllogiſmus dicitur ratio, (vt hic dicit Philoſophus.) Vnde conſueuimus dicere quod hi, qui in diſputationibus faciunt fortes ſyllogiſmos & efficaces, dicimus quòd faciunt efficaces rationes. Conſiderandum eſt vlterius quod prędictæ duę rationes Philoſophi probabiliter loquendo non concludunt contra Platonem, ſed falſum ſupponunt. Non enim poſuit Plato quòd operatio intellectus eſſet motus circularis, qui eſt ſuper magnitudine quantitatiua aut dimenſiua, ſed ſimilitudinarie dicebat eam eſſe circularem fundatam ſuper magnitudinem virtutis, vt declaratum eſt. Vnde non ſequitur quòd ſi operatio intellectus eſſet talis circulatio ꝙ eſſet perpetua. Et dato quòd tam operatio practica quàm ſpeculatiua non ſit perpetua & continua, non tamen propter hoc ſequitur quin operatio intellectus poſsit continuari, quia intelligendo finẽ vnius, poteſt intelligere finem alterius, & poſtquam intellexit principium vnius poteſt intelligere principium alterius. Neq; inconueniens videtur, quòd (vt ſecunda ratio voluit) vnum multotiens ab eodem intellectu intelligatur, non ſecũdum eandem rationem, ſed diuerſis rationibus. Tertia concluſio quę tangitur. ibi. {Adhuc autem, &c.} eſt quòd intellectus non eſt motus, quæ concluſio probatur duabus rationibus. Quarum primum eſt illud, quod aſsimilatur magis quieti quàm motui, nõ debet dici motus, ſed intellectus quantum ad eius vtranque operationem, magis aſsimilatur quieti quàm motui, ergo non eſt motus. Secunda ratio eſt talis. Beatitudo cõſiſtit in operatione naturali ipſius intellectus, ſed motus non eſt operatio naturalis ipſius intellectus, cum non ſit de ſubſtantia eius. ergo intellectus non eſt motus. Pro declaratione huius concluſionis conſiderandum eſt primo ꝙ intelligẽtia ſiue operatio intellectus noſtri aſsimilatur quieti, quia ſecũdum perfectiſsimam operationem intellectus, anima ſit ſciens & prudens. Sed anima ſedendo & quieſcendo fit prudens & ſciens per Philoſophum. 7. Phyſicorum, ergo operatio ipſius animæ, quæ dicitur intelligentia magis aſsimilatur quieti quam motui, quia ſyllogiſmo vel medio habito ceſſat operatio intellectus. ergo, &c. Conſiderandum ſecunda quòd duplex eſt beatitudo, ſ. increata, quam ſolus Deus habet. Alia eſt creata, & illa eſt duplex, quædam eſt perfecta, quæ videlicet expectatur in gloria, ad quam Philoſophi naturales peruenire non potuerunt. Alia eſt beatitudo imperfecta, quæ in hac vita ex puris naturalibus acquiri põt, de qua Philoſophi locuti ſunt. Et illa eſt duplex. nam quædam eſt practica, alia eſt contemplatiua. Practica conſiſtit in ſuprema operatione ſapientiæ. Ex quo patet quòd quælibet beatitudo ſiue felicitas, de qua locuti ſunt Philoſophi ſecũdum mentem Philoſophi in pręſenti paſſu, conſiſtit in operatione intellectus (quod eſt contra nonnullos) alias ratio Philoſophi nullius eſſet efficaciæ. Conſiderandum eſt vlterius quòd aliquid dicitur naturale tripliciter. Vno modo, quia ineſt ſibi natura, id eſt à natiuitate. Alio modo, quia eſt de natura, id eſt de ſubſtãtia ſiue eſſentia eius. Tertio modo, quia competit ſibi ſecundũ naturam, i. ſecundum principia naturalia, beatitudo autem non dicitur eſſe naturalis animæ primo modo. quia vt ſic ſibi conueniret à natiuitate eius neq; etiam eſt ſibi naturalis ſecundo modo, videlicet quòd ſit de ſubſtantia ſiue de eſſentia eius. Sed naturalis eſt animæ, tertio modo quia ipſa anima rationalis per principia ſua naturalia poteſt pertingere ad beatitudinem ſupra dictã, de qua locuti ſunt Philoſophi. Conſiderandũ eſt vlterius quòd Plato ſecundum ſonum verborum ſuæ opinionis habet dicere quòd operatio animæ, quæ dicitur motus ſecundum ipſum ſit præter aut extra naturam eius, quia dicebat animam eſſe compoſitam ex vnitatibus & numeris, vt verba eius ſonant, ſed vnitas non habet poſitionem in continuo, motus vero quilibet requirit magnitudinẽ aliquam compoſitam ex partibus poſitionem habẽtibus in continuo, vt patuit in prædicamentis ergo motus, ſecundum quòd verba Platonis ſonant, non cõpetit animæ ſecundum ſua principia naturalia, & per conſequens præter naturam. Sed pro intentione Platonis & ſuſtentatione opinionis eiuſdem conſiderandum eſt vlterius, quòd motus non ſolum ſecundum Platonem, ſed etiam ſecundum Philoſophum. 12. Metaph. poteſt conſideri dupliciter. Vno modo phyſicę ſiue naturaliter vt eſt actus imperfectus alicuius exiſtentis in potentia ſecundum quòd huiuſmodi. Alio modo capitur motus Metaphyſicæ vt eſt actus perfectus alicuius exiſtẽtis in actu. Primo modo motus dicit imperfectionem, & competit rebus corporalibus, qui ſolum habet fieri ſupra aliqua magnitudine corporali. Sed ſecundo modo, motus dicit perfectionem, & ſic nõ ſolum cõpetit rebus corporalibus, ſed etiã ipſi Deo. Et iſto modo velle, intelligere, deſiderare, appetere, dicuntur motus. Et iſto vltimo modo locutus eſt Plato quando dicebat operationem animæ eſſe motum recte dicens. Et per hoc patet ſolutio probabiliter ad vtraſque rationes Philoſophi contra Platonem. Quarta concluſio quæ tangitur. ibi. {Laborioſum autem eſt.} eſt quòd anima nõ debet vllo modo vniri corpori ſicut Plato dicebat quam concluſionem probat Philoſophus tribus rationibus, quarum prima eſt. Nam, ſi ſic anima debet vniri corpori, ſequeretur quòd corpus ſit propter animam magis quam econuerſo ſed ſecundũ Platonem corpus non erat propter animam, quia dicebat animam habere motum & operationem per ſe, dicebat enim animam mouere ſeipſam. ergo anima in ſuis operationibus non indigeat corpore, ſed eſt ab eo ſeparata, & per conſequens ſecundũ eum corpus non eſſet propter animam. Secunda ratio talis eſt. Nam anima ſic debet vniri corpori quod ex tali vnione poſsit reddi ratio omniũ motuum ipſius corporis, ſed Plato per vnionẽ animæ ad corpus non potuit reddere rationem quare mouetur circulariter. ergo, &c. Tertia ratio eſt. Nam Plato non determinauit de qualitate, diſpoſitione, & quantitate corporis, cui vnitur anima, videtur ergo ſecũdum ipſum quòd anima poſſet vniri indifferẽter cuilibet corpori, quod eſt falſum, quia quilibet actus & perfectio requirit determinatum & diſpoſitum perfectibile, quia actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito. Conſiderandum eſt vlterius quòd animam intellectiuam eſſe ſeparatam à corpore

Cõtra ſcotiſtas.

pore

pore ſecúdum ſuam operationem (vt ſupra dictum eſt) poteſt intelligi tripliciter. Videlicet, ſubiectiue organice, vel obiectiue. Clarum eſt autem quòd ſubiectiue ſecundum Platonem anima non eſt ſeparata à corpore, cú poſuit eam vnitam corpori, neq; obiectiue cum eam, dixerit intelligere corporalia, ſed organice, ſiue inſtrumentaliter dicitur ſeparari à corpore, quia nó indiget in ſua intellectione organo corporali, exercet tamen ſuas operationes in corpore. Vnde ſi quis ſuſtentare voluerit opinionem Platonis, poterit dicere ad primá rationem Philoſophi, quod licet corpus nó ſit propter animam organice, eſt tamen propter animam ſubiectiue, quia (vt dictum eſt,) anima vnita corpori nullo pacto poteſt exercere ſuas operationes ſine corpore, hoc eſt, niſi ſit in corpore. Conſiderandum vlterius ſecundú Egidium quòd tria attendenda ſunt in vnione animæ ad corpus. Primú eſt, quòd corpus in tali vnione ſit propter animá potius quam econtrà. Secundum eſt, quod per talem vnionem poſſet reddi ratio omnium motuú ipſius corporis ex parte animæ. Tertium eſt quod corpus cui anima vnitur debet eſſe debite diſpoſitum & organizatum. Vnde ſecundum iſta tria adducit Philoſophus tres prædictas rationes contra poſitionem Platonis. Conſiderádum vlterius eſt quod in his quę agunt ſecundum naturam, deus vult & diſponit omnia quæ requiruntur ad veram ſubſtantiá & perfectionem eorum, vt poſſint debite exercere ſuas operationes, Diſpoſuit ergo Deus & voluit quòd anima intellectiua poſſet habere motum rectum, {id eſt operationem rectá.} & circularem & reflexam. Ex hoc enim natura formæ immaterialis differt à materiali & organica quòd poteſt reflecti ſuper ſeipſam, & per conſequens moueri circulariter, {id eſt habere operationem ſiue intelligentiá circularem.} Si quis ergo vellet ſuſtinere opinionem Platonis poſſet dicere ad illam rationem Philoſophi; quòd ratio quare anima mouetur circulariter ſecundum Platonem, id eſt ꝙ habeat intellectionem circularem eſt natura ipſius animæ intellectiuæ, cuius perfectio cum ſit immaterialis hoc requirit. Conſiderandum eſt vlterius ꝙ de aliquo ſit mentio dupliciter. Vno modo proprie & in ſpeciali. Alio modo ſub metaphoris & implicite. Volens ergo ſuſtinere opinionem Platonis dicet ad tertiam rationem Philoſophi quòd licet Plato non determinet proprie & in ſpeciali de ſuſceptiuo propria ipſius animæ, determinat tamen de ea ſub metaphoris, quemadmodum determinauit de ipſa anima. Non enim dicebat animá vniri cuilibet corpori, videlicet corpori lapidis, ſed dicebat eam habere determinatum corpus, vt ex operationibus ſatis habetur.

Sequitur in textu. {Alia aút opinio quædam, &c.} Hic incipit lectio nona huius primi de anima in commento Sancti Thomæ.

Iſtud eſt quartum capitulum huius tractatus ſecundi in quo Philoſophus remouédo opinionem illorum qui dicebant animam eſſe armoniam quandá tria facit prima adducit vnam concluſioné, videlicet quod anima non eſt armonia ſiue proportio. Secundo deſcendit ad opinionem Empedoclis. ibi {Inueſtigabat} mouendo contra eum tres quæſtiones, quas ipſe nó deducit in preſenti. Tertio adducit duas rationes. ibi {Si vero autē.} quibus probat dictá opinionem eſſe probabilem. Conſiderandum eſt autem ꝙ in armonia ſiue proportione aut in compoſitione rerú quatuor poſſumus conſiderare ſecundum Sanctum Thomam & Egidium, videlicet ipſam rationem componibilium, principia motus, ipſius proprietates & paſſiones, quæ conſequuntur ipſam compoſitionem, & ipſa componibilia. Vnde ratione horum quatuor, Philoſophus adducit vnam concluſionem; videlicet quòd anima nó eſt armonia. Quam probat quatuor rationibus. Quarum prima eſt, ꝙ armonia nil aliud eſt niſi aut compoſitio, aut ratio compoſitorum, ſed anima non eſt neq; ratio compoſitorum, neq; compoſitio, ergo anima non eſt armonia. Et ſi arguatur. Illud eſt ratio componibilium aut compoſitorú, quod continet partes componentes ne diſſoluátur, ſed anima eſt huiuſmodi, vt expreſſe patet in ſecundo huius per Philoſophum. Ergo videtur quòd anima eſt ratio compoſitorum. Dicendum ſecundum Egidium ꝙ ratio in propoſito poteſt accipi dupliciter. Vno modo pro quodam temperamento eorum quæ compoſitionem ingrediuntur. Alio modo pro principio formali ipſius compoſiti & partiú componentium. Anima bene eſt ratio ſecúdo modo, non autem primo modo, vt eſt in propoſito. Secunda ratio eſt, Armoniæ non conuenit mouere, ſed animæ cóuenit per ſe mouere ſecundum ipſos. ergo anima non eſt armonia. Tertia ratio eſt. Habita quiditate alicuius facile eſt reddere & aſſignare rationes proprias. Sed habito quid ſit armonia non facile ſed multú difficile eſt aſſignare proprias paſſiones & proprietates ipſius animæ. ergo animá non eſt armonia. Quarta ratio. Si anima eſſet armonia; aut eſſet compoſitio partium corporis aut eſſet ratio eorum quæ miſcentur. Non primum, ſcilicet cópoſitio partium quia compoſitio partium eſt multum nobis manifeſta, ſed ipſa anima cum ſuis partibus nó eſt nobis manifeſta, ſed multum difficilis, ergo; &c. Non ſecundum, quia in diuerſis partibus corporis ſunt diuerſæ mixtiones, ſi ergo anima eſſet ratio mixtionis, ſequeretur quòd in diuerſis partibus corporis eſſent diuerſæ animæ, quod eſt inconueniens. Conſiderandum eſt vlterius quod philoſopus in ſpeciali in deſcendendo ad opinionem Empedoclis mouet contra eum tres quæſtiones, vt dictum eſt. Quarum prima eſt, vtrum anima eſt ipſa armonia ſiue ratio mixtorum aut aliquid aliud. Si dicatur primú, ergo cum diuerſę rationes mixtionis ſint in eodem corpore ſequeretur quòd in eodem ſint plures animæ. Si ſit aliquid aliud, ergo corpus animatum nó habebit rationem mixtionis, cum anima ſecundum Empedoclem eſſet ratio mixtionis in animatis. Secúda quæſtio eſt. An illa armonia ſiue amicitia ſit cauſa mixtionis in omnibus vel ſolum in animatis. Si Empedocles dicat primum, ſequitur quòd omnia mixta erunt animata, cum anima dicatur eſſe armonia illa. Si dicat ſecundum, contradicit opinioni ſuæ, quia dicit concordiam eſſe cauſa generationis & mixtionis omnium rerum, vt patet primo phyſicorú. Tertia quæſtio eſt, vtrum illa concordia ſit illa armonia quæ dicitur anima, aut non. Si Empedocles dicat primú, ſequitur quòd idem erit cauſa ſuiipſius quia dicebat concordiam eſſe cauſam cuiuſcunq; proportionis. Si dicat ſecundum, ſequitur quòd concordia non eſt concordia, cú ipſa armonia quædam cócordia ſit. Conſiderandum finaliter quòd Philoſophus adducit duas rationes quibus probat ꝙ prædicta opinio eſt probabilis. Quarum prima eſt. Nam ſi anima non eſt ratio mixtionis aut compoſitionis rerum, ſequeretur ꝙ ipſa ſeparata à corpore, corpus, non corrumperetur, cóſequens eſt falſum, & contra ſupra ſcripta. ergo, &c. Secunda ratio. Si anima non eſſet ratio compoſitionis & mixtionis partium corporis

ſequeretur

ſequeretur quòd deficiente corpore nó deficeret anima, hoc autem apparet eſſe falſum, igitur probabiliter videtur quòd anima ſit ratio compoſitionis aut mixtionis rerum in quadam armonia conſiſtens. Sed (vt dicit Doctor Sanctus in commento) hoc non ſequitur, quia proportio huiuſmodi nõ eſt forma ſicut ipſi credebant, ſed eſt ipſa diſpoſitio materiæ ad formam. Et ſic ſi accipiatur proportio armoniacæ compoſitionis pro diſpoſitione tali, bene ſequitur q manente diſpoſitione materiæ ad formam, manet forma & deſtructa huiuſmodi diſpoſitione remouetur forma. Hæc S. Thomæ.

Sequitur {Rationabilius autẽ dubitabit.} Hic incipit Lectio decima euſdem Libri, & in commento S. Thomæ.

ISTud eſt quintum capitulum huius tractatus, in quo Philoſophus improbat opiniones antiquorum dicentium animã per ſe moueri, propter hoc quòd triſtari & gaudere & ridere ſunt quidam motus, ponẽdo vnam duntaxat concluſionem, quæ talis eſt. Quod anima propter eius paſsiones non mouetur. Quam concluſionem probat quatuor rationibus, quarum prima eſt. Nam ea quę conueniunt per ſe animę, non cõueniunt corpori aut toti coniuncto, ſed gaudere & triſtari & huiuſmodi paſsiones animæ conueniunt corpori & toti coniuncto. ergo motus tales non conueniunt per ſe ipſi animæ. Secunda ratio eſt. Illud quod eſt ratio & principiũ motus ſibi non competit per ſe moueri, ſed anima eſt ratio & principium motuum eius, ergo ſibi non competit per ſe moueri. Tertia ratio. Nihil mouetur niſi motus ſit in eo, ſed prædicti motus (vt gaudere ridere & triſtari) non ſunt in anima, ſed magis ab anima, ergo ſecundum prædictos motus anima nõ dicitur per ſe moueri. Quarta ratio eſt. In illo ſint prædicti motus aut paſsiones animæ, per cuius debilitatem illæ paſsiones debilitãtur, ſed organa corporalia ſunt huiuſmodi, vt patet in infirmis & litargicis & freneticis, ſimiliter & in ebrioſis, ergo ſecundũ dictos motus, anima non debet dici moueri. Pro declaratione pręcedentium conſiderandum primo quòd quidam antiquorum poſuerunt animam per ſe moueri, quia dicebant paſsiones & operationes animę eſſe motus vt triſtari, gaudere, timere, &c. ſic arguentes. Cuicunq; competit per ſe motus, illud mouetur, ſed animæ competit motus per ſe, vt triſtari gaudere, &c. ergo anima per ſe mouetur. Sed hæc ratio ſecũdum Themiſtium in duobus peccat. Primo quia gaudere, triſtari, & timere, &c. nõ ſunt motus proprie dicti. Secundo, dato quòd eſſent motus proprie dicti, non ſequitur quòd anima mouetur per ſe, quia ſunt paſsiones totius coniuncti & non animæ tantũ. Vnde Philoſophus dicit in litera. *Dicere* autem iraſci animam, ſimile eſt ac ſi diceretur animam texere, vel filare, vel ædificare. Conſiderandum ſecundo q licet prædictæ paſsiones nõ ſint motus proprie, habent tamen motus proprie dictos ſibi annexos ſecundum Philoſophum in litera, videlicet loci mutationem, & alterationem potiſsimè, vt patet de ira maxime, & de timore. Nam in ira eſt conſiderandus aſcenſus & inflammatio ſanguinis circa cor, & conſideranda eſt emiſsio ſanguinis ebullientis ad partes exteriores. ratione, qua conſideratur ibi ebullitio, ſeu inflammatio, eſt ibi alteratio, ratione, qua conſideratur emiſsio ſanguinis ad externas partes, attenditur loci mutatio. In timore vero cõſideratur aggregatio ſanguinis circa cor, ratione qua attenditur ibi loci mutatio. conſideratur palliditas membrorum exteriorum, ratione qua attenditur alteratio, & de alijs paſsionibus. Conſiderandum vltimo quòd operatio attribuitur vnicuiq; ſecundum quod habet eſſe, eo modo ergo, quo forma habet eſſe, ſibi attribuitur propria operatio eius ſed quia nulla anima, alia ab anima rationali habet eſſe per ſe. ergo nulli attribuit aliqua operatio ſiue motus per ſe. Anima vero rationalis, quę eſt coniuncta corpori, de qua loquimur hic, habet eſſe per ſe, licet non complete & perfecte, cum nõ ſubſiſtat per ſe ſubſiſtentia completa. ideo ipſi animæ rationali attribuitur intelligere & velle per ſe & proprie, licet magis proprie homini per animã, quamuis nonnulli aliter ſomniare videantur.

Sequitur {Multum autem his quæ dicta ſunt.} Hic incipit Lectio vndecima euſdem libri, & in commento S. Thomæ.

ISTud eſt ſextum capitulũ huius tractatus, in quo Philoſophus improbat opiniones dicentium animã eſſe numerum mouentem, ſeptem rationibus. Quarũ prima eſt. Nam omne mouens ſeipſum diuiditur in partem mouentem & motam per ſe. ſi ergo anima eſt numerus mouens ſeipſum, ſequitur quòd erit diuiſibilis & partibilis, & per cõſequens ipſa vnitas erit diuiſibilis. Secunda ratio eſt. Omne quod mouetur eſt in loco, & eſt quoddam ſituale, ergo, ſi anima eſſet numerus ſeipſum mouẽs erit in loco & quid ſituale, & per conſequens erit vnitas habens poſitionem cõtinuo, & ſic erit vnitas habens poſitionẽ in continuo, & ſic erit punctus. Tertia ratio. Omnis diuiſio numeri variat ſpeciem, ſed non omnis diuiſio animatorum variat ſpeciem, ſed aliqua animata vt anguillæ & cætera animalia anuloſa diuiduntur in plures partes animatas eiuſdem ſpeciei, ergo anima non eſt numerus mouens ſeipſum. Quarta ratio. In omni motu mouens diuiditur à mobili, quia nihil eſt in actu & potentia ſimul reſpectu eiuſdem, ſed anima non diuiditur à ſeipſa, ergo nõ poteſt eſſe mouens & mota. Quinta ratio eſt. Si anima eſſet numerus mouens, ſequeretur quòd aut infinita puncta ſimul eſſe poſſent in eodem, aut quòd omne corpus eſſet animatum. vtrunq; eſt inconueniens, ergo id ex quo ſequitur. Probatio ſequelæ. Nam, ſi animã eſſet numerus ſeipſum mouens, cum numerus componatur ex vnitatibus, ſequeretur quod anima componeretur ex vnitatibus quæ ſunt de genere continuorum, quia nil mouetur niſi ſit de genere continuorũ, vnitates ergo illæ erunt puncta, id eſt habebunt poſitionẽ in continuo. Vel ergo illa puncta differunt à punctis corporũ, vel ſunt eadem. ſi primum, ergo diuerſa puncta erunt ſimul, & cũ indiuiſibilia nõ augeant locum poterunt eſſe puncta infinita ſimul. ſi ſecundum. ſi ergo vbicunq; erunt puncta corporis, ibi erunt animæ, & per conſequens omnia corpora erunt animata, quòd erat probandum. Sexta ratio. Puncta non poſſunt ſeparari à corporibus, ſed anima poteſt ſeparari à corpore, alias nunquam animal eſſet corruptibile, ergo anima non eſt punctus, & per conſequens non erit numerus, cum quęlibet vnitas punctuata ſit. Septima ratio. Poſita definitione vniuſcuiuſq; rei, per eam poſſunt aſsignari proprie proprietates. Sed per prædictã deſcriptionem, videlicet quòd anima eſt numerus per ſe mouens ſeipſum, non poſſunt aſsignari proprietates & paſsiones ipſius animæ, ergo dicta deſcriptio eſt inſufficiens. Pro declaratione præcedentium conſiderandũ eſt quòd illud quod conuenit alicui per ſe aut ſecundum ſe,

conuenit

conuenit illi ſecundum ſe totum, vt patet in.5. Metaph. capitulo de per ſe. Si ergo numerus moueat ſeipſum per ſe, ſequitur quòd numerus totus mouebit ſe ſecundum ſe totum, & per conſequens quælibet pars mouebit ſeipſam ſecundum ſeipſam. Cum ergo vnitas ſit pars numeri mouebit ſe per ſeipſam, & per conſequens vnitas erit diuiſibilis, quia omne mouens ſeipſum diuiditur in partem per ſe mouentem & per ſe motam. Conſiderãdum eſt ſecundo quòd motus poteſt accipi dupliciter, vt ſupra ſæpius adductũ eſt, Vno modo phyſice vt eſt actus entis exiſtẽtis in potentia, & ſic rationes Philoſophi procedunt quòd anima non mouet ſeipſam. Alio modo accipitur motus Metaphyſicæ. vt eſt actus alicuius entis exiſtentis in actu. & illo modo rationes Philoſophi non procedunt. Si quis ergo voluerit ſuſtinere quòd anima eſt numerus ſeipſum mouens accipiat motum ſecundo, non autem primo modo. Conſiderandum eſt vltimo ꝙ numerus poteſt accipi dupliciter. Vno modo pro quantitate diſcreta, quæ cauſatur ex diuiſione continui, & illo modo verũ eſt quòd anima non eſt numerus. Alio modo poteſt accipi tranſcendenter ſecũdum quòd cauſatur ex diſtinctione diuerſarum formarum aut entitatum, & iſto modo poſſet dici numerus, quia in anima eſt diuerſitas & diſtinctio potentiarum inter ſe, & diſtinctio eſſentiæ à potentijs, & per conſequens numerus. Qui ergo voluerit ſuſtinere prædictam opinionem dicat animam eſſe numerum ſecundo modo & non primo.

Sequitur in textu. {Tribus autem modis, &c.} Hæc eſt lectio duodecima eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTud eſt ſeptimum capitulum huius tractatus, in quo Philoſophus reprobat opinionem dicẽtium animam eſſe compoſitam ex elemẽtis vt omnia cognoſceret. Dicebant enim ſimile ſimili cognoſci. Quam quidem opinionem reprobat nouem rationibus inferendo quadruplicẽ inſufficiẽtiam eius. Prima ratio talis eſt. Nam, ſi anima componeretur ex elementis, ſequeretur ꝙ omnia intelligibilia eſſent in intellectu ſecũdum eorum eſſe materiale, & per conſequens non intelligerentur ab intellectu cum intelligibile ſecundum ſuum eſſe materiale non ſit principium cognoſcendi. Secunda ratio eſt, quæ tangitur ibi. {Non ſunt autem hæc ſola, &c.} Si anima componeretur ex elemẽtis vt elementa cognoſceret, ſequeretur quòd anima componeretur ex omnibus mixtis, alias aũt non omnia mixta intelligere poſſet, aut omnia mixta eandem rationem mixtionis haberent. quorũ vtrunque eſt falſum. Tertia ratio eſt quæ tangitur. ibi. {Amplius autem, &c.} Si ſic, ſequeretur ꝙ anima componeretur ex omnibus prædicamẽtis, & per conſequens cõponeretur ex partibus quantitatiuis, quod præſens opinatores negauerunt, quia dicebant animam eſſe impartibilem, patet ſequela, quia anima intelligit omnia prædicamenta. Si ergo anima cõponeretur ex omnibus vt omnia intelligeret neceſſario ſequitur quòd componeretur ex accidentibus. Quarta ratio quę tangitur ibi. {Inconueniens eſt, &c.} eſt talis. Si anima componeretur ex elementis vt ſimile ſimili cognoſceretur, ſequeretur quòd ſimile ſimili patitur, quia ſecundum antiquos ſentire eſt quoddam pati. Quinta ratio quæ tangitur. ibi. {Multas autem dubitationes, &c.} Si anima eſſet cõpoſita ex elemẽtis vt omnia cognoſceret & ſentiret, ſequeretur quòd omnia compoſita ex elementis ſentirent & intelligerent, & per conſequens omnes partes animalis cognoſcerent, quod eſt manifeſtiſsime falſum, vt patet in vngulis & alijs partibus terreſtribus animalis. Sexta ratio quæ tangitur ibi. {Amplius autem vnumquodq; principiorum, &c.} ſic formatur. Si ſic, ſequeretur quòd principium, cũ eſſet minus compoſitum quam principiatũ, pauciora cognoſceret quàm principiatum, & per conſequens magis conſiſteret ignorantia quàm principiatum, quod etiam ad ſenſum patet eſſet falſum. Septima ratio, quæ tãgitur ibi. {Accidit autem, &c.} eſt talis. Si ſic, ſequeretur quòd Deus eſſet inſipientior ſubſtantijs corporalibus, cum ſecundum opinatores prædictos ex paucioribus componatur. Dicebant enim corporalia eſſe cõpoſita ex quinque. videlicet ex quatuor elemẽtis, & ex amicitia & diſcordia. Deum vero dicebant eſſe compoſitum ex quinque primis & non diſcordia. Octaua ratio, quę tangitur ibi. Omnino autem, &c.} eſt talis. Si ita eſſet, ſequeretur quòd omnia intelligibilia intelligerent & cognoſcerent, cum quaſi omnia ſint compoſita ex elementis. Nona ratio, quæ tangitur ibi. {Dubitant autem, &c.} eſt talis. Si anima eſſet compoſita ex elementis, ſequeretur quòd aliquid rebus naturalibus corruptibilibus eſſet nobilius ipſa anima, cum principium componens ſit nobilius principiato, conſequens eſt falſum. igitur, &c. Conſiderandum eſt autem ſecundum Philoſophum circa finem huius capituli, quòd prædidicti opinatores deficiebant in quinque. Primo quia dicebant animam eſſe motiuam. Sed hoc non competit omni animæ ſed vni, vtputa animæ vegetatiuæ. Secundo quia dicebant animam cognoſcere & ſentire, ſed etiam hoc non competit omni animæ, ergo inſufficienter determinauerunt de anima, cum de omni anima nõ fecerit mentionem. Tertio quia multa alia competunt animæ cognoſcitiuæ quàm ſentire & intelligere, de quibus nullam mentionem fecerunt. Quarto quia dicebãt animam eſſe reſpirationem quandam attrahentem aerem, hoc etiam non competit omni animæ. Quinto quia ab eis ſuperflue dictum eſt quòd anima componitur ex elementis vt omnia cognoſceret, quia frigidum poteſt cognoſci per calidum, & humidum per ſiccum, cum vnum oppoſitorum cognoſcatur per reliquum.

Sequitur in textu. {Et ſi toto autem quidam miſceri ipſam dicunt.} Hæc eſt lectio tertiodecima eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTud eſt vltimum capitulum huius tractatus, in quo Philoſophus improbat opinionem illorum, qui dicebant animã eſſe in elementis & in toto vniuerſo, tribus rationibus. Quarum prima eſt. Si anima ſit in elementis pari ratione, qua mixta animata dicũtur animalia eadem ratione ipſa elemẽta dicerentur animalia, conſequens eſt falſum, ergo, &c. ſecunda ratio. Melior videtur eſſe anima, quæ eſt in elementis, ſi ſit in eis. quam anima quæ eſt in mixtis, ſed anima quæ eſt in mixtis facit ea eſſe animalia, ergo à fortiori ſi anima eſſet in elementis faceret eſſe animalia. Tertia ratio. Si anima eſſet in elementis, & in toto vniuerſo, aut eſſet vna & eiuſdem rationis in omnibus, aut diuerſarum rationum. Non ſecundum, quia anima eſt eiuſdem conditionis in omnibus, vt antiqui dicebant neque primum, quia corruptibilium & incorruptibilium nõ poteſt eſſe anima eiuſdem rationis. non eſt ergo anima in elementis, & in toto vniuerſo.

TRACTATVS TERTIVS SVPER PRIMVM LIBRVM DE ANIMA VNICO CAPITA CONTENTVS.

Sequitur in textu. { Quoniam autem agnoſcere. } Hic ſequitur Tertius Tractatus primi libri. Et eſt lectio decimaquarta & vltima eiuſdem libri, & in commento S. Thomæ.

ISTE eſt Tertius Tractatus huius libri, qui continet vnum capitulum tantum, in quo Philoſophus mouet duas dubitationes de ipſa anima, remouendo opinionem antiquorũ de partibus animæ. Prima dubitatio eſt vtrum ſentire, opinari, concupiſcere, mouere ſecundum locum, & cæterę operationes animę, competant ipſi animæ ſecundũ ſe totam, vel diuerſis partibus animæ. Secunda dubitatio eſt, vtrum ſit vnũ principium ipſius mundi, aut plura. Primam vero dubitationem ſoluerunt antiqui dicentes quòd prædictę operationes animæ conueniunt ipſi animę ſecundũ diuerſas eius partes. Poſuerunt enim animam eſſe diuiſibilem & partibilem. Sed hanc opinionem deſtruit Philoſophus tribus rationibus. Quarũ prima eſt. Nam multa & diuerſa non poſſunt eſſe in vno & eodem niſi ſit aliquid aliud, quod contineat ea ſed in anima non reperitur aliquid, quod poſsit cõtinere diuerſas partes eiuſdem ſubſtantiales, quia aut id continens eſt corpus aut anima, non corpus, cum corpus magis contineatur ab anima, quàm contineat. Si eſſet anima, aut illa anima, quę continet eſſe partibilis aut non. Si ſecundum, pari ratione ſtandum eſſet in primo. Si primum, ſequeretur quòd eſſet procedendũ in infinitum in continentibus. Secunda ratio, quæ tangitur ibi. {Dubitat autem} talis eſt. Si anima eſſet diuiſibilis in plures partes ſequeretur quòd quælibet operatio eius requireret determinatam partem in corpore, & per conſequens omnis anima eſſet organica, conſequens eſt falſum, quia intellectus in ſua operatione non determinat ſibi certum organum. Tertia ratio, quæ tangitur ibi. {Videntur autem & plantæ.} talis eſt. Nam in plantis & in animalibus imperfectis deciſis reperitur eadem anima ſecundũ ſpeciem in omnibus partibus quæ in omnibus partibus eiuſdem rationis eſt cum ea quæ conueniebat toti, ante deciſionem, ergo anima non eſt diuiſibilis in partes ſubſtantiales. Ex quo ſequitur reſponſio ad primam dubitationem. Nam prædictæ operationes conueniunt toti animæ totalitate ſubſtantiæ, ſecundum tamen diuerſas partes poteſtatiuas. Conſiderandũ eſt autem hic ſecundum Doctorem ſanctum, quòd animam eſſe partibilem poteſt intelligi tripliciter. Vno modo ſecundum diuiſionem ſubſtantialem. ita videlicet quòd ſubſtantia non habeat partem & partem. Alio modo ſecundum diuiſionem quãtitatiuam. Et iſtis duobus modis anima non eſt diuiſibilis potiſsime loquendo de anima, quæ eſt in animalibus perfectis. Tertio modo poteſt intelligi quòd ſit partibilis ſecundũ diuiſionem poteſtatiuam, hoc eſt in plures partes potentiales. Et hoc poteſt intelligi dupliciter vno modo, videlicet quòd ipſa diuidatur in huiuſmodi partes, ita quòd omnes partes potentiales requirant determinatum organum in ſubiecto, & iſto modo etiã anima non eſt partibilis, alio modo quod diuidatur in plures potentias. quarum aliquę requirunt organum. aliquæ vero non. & iſto modo veritatem poteſt habere opinio antiquorum dicentium animam eſſe partibilem. Conſiderandũ vlterius, quòd potentiæ animæ poſſunt conſiderari dupliciter. Vno modo ſecundum modum operandi earum. & iſto modo ſunt tria genera potentiarum, videlicet potentia vegetatiua, ſenſitiua, & intellectiua, quia potentia vegetatiua operatur mediantibus qualitatibus actiuis & paſsiuis, vt patet in nutritione & augmentatione, &c. potentia vero ſenſitiua, etſi non indigeat in ſua operatione qualitatibus actiuis, indiget tamen organo corporeo quod cõponitur ex eiſdem, ſed potentia intellectiua nullo modo eis indiget in ſua operatione per ſe loquendo, vt infra patebit. Alio modo poſſunt conſiderari ſecundũ diuerſa genera operationum. & illo modo ſunt quinque genera potentiarum. videlicet potentia vegetatiua, ſenſitiua, appetitiua, motiua ſecundum locum, & intellectiua. de quibus omnibus infra determinabitur. Conſiderandum vlterius quòd Philoſophus, ibi. {Videtur autem} ſoluit ſecundam dubitationem propoſitam dicens quòd anima vegetatiua dicitur eſſe principiũ & ſignum vitæ, nõ tamen ita quòd ipſa ſit ſolum principium vitæ, ſicut tactus dicitur eſſe principium ſenſationis, quia remota potentia ſenſitiua nulla alia remanet & omnia viuentia communicant in hoc quod habent potentiam vegetatiuam.

M. DOMINICI DE FLANDRIA TRACTATVS DVO SVPER SECVNDVM LIBRVM DE ANIMA.

TRACTATVS PRIMVS in Quatuor capita diſtinctus.

1. *Inquirit animæ materialem definitionem.*
2. *Eam declarat.*
3. *Inquirit eius formalem definitionem.*
4. *Diſtinguit principia viuentium, & adinuicem comparat.*

Breuis recollecta ſuper ſecundum de anima Ariſtotelis ſecundum Magiſtrum Dominicum de Flandria ordinis Prædicatorum. Hæc eſt lectio prima Secundi libri de Anima, & in commento Sancti Thomæ.

QVAE quidem à prioribus tradita de anima, &c.} Iſte eſt Secundus liber de anima qui diuiditur in duos tractatus. In primo Philoſophus determinat de anima quantum ad eſſentiam eius. In ſecundo determinat de ea quantum ad eius potentiales partes & operationes quæ incipit ibi. {Potentiarum autem.} Primus tractatus continet quatuor capitula.

In primo

In primo capitulo inueſtigat definitionem materialem communem animæ, quæ dicitur concluſio demonſtrationis, & hoc in prima lectione Doct. ſancti. In ſecundo autem capitulo quod incipit. ibi. {Vniuerſaliter autem.} manifeſtat & declarat prædictam definitionem. Et hoc in ſecunda lectione Doctoris ſancti. In tertio capitulo quod incipit. ibi. {Qui autem ex incertis.} Inueſtigat definitionem formalem & propriā ipſius animę quæ dicitur principium demōſtrationis, demonſtrando primā definitionem per iſtam. & hoc in tertia lectione Doct. Sancti. In quarto capitulo, quod incipit ibi. {Vtrum autem verum.} oſtendit qualiter principia viuendi ſecundum diuerſa genera vitæ ſe habeant ad animam & adinuicem. Et hoc in quarta lectione Doctoris ſancti. In primo autem capitulo facit duo. Primo ponit ſex diuiſiones ad inueſtigandum definitionem propriam animæ. Quartum prima eſt entis, ſecundum ꝙ diuiditur in. 10. prædicamenta, ſecunda eſt ſubſtantiæ ſecundum ꝙ diuiditur in materiam, & formam, & totum compoſitum, quæ inter ſe differunt, quia materia nō eſt hoc aliquid ſecundum ſe, ſed in potentia tantum. forma autem eſt ſecundum quam aliquid eſt ens in actu, ſed totum compoſitum eſt hoc aliquid demonſtratum, quod eſt completum ineſſe & in ſpecie. tertia diuiſio eſt ipſius actus in actum primum & actum ſecundum. quarta diuiſio ſubſtantiarum eſt quòd quædam eſt corporea, quædam incorporea. quinta diuiſio eſt quòd ſubſtantiarum corporearum quædam eſt artificialis, & quędam eſt naturalis. ſexta ſubſtantiarum naturalium quædum ſunt, quæ habent vitam, quędam ſunt. quæ nō habent vitam. Secundo inueſtigat definitionem animæ ponendo quinq; concluſiones. quarū prima eſt quòd anima eſt actus. Quod probatur tali ratione Philoſophi. Quia anima eſt ſubſtantia, & nō eſt ſubſtantia compoſita. ergo vel eſt compoſitum, vel materia, vel forma, ſiue actus. patet conſequentia per locum à ſufficienti diuiſione. Probatio maioris quantum ad primā partem. nam omne corpus phyſicum, eſt ſubſtantia, ſed omne corpus habens vitam eſt corpus phyſicum, ergo neceſſarium eſt dicere quòd omne corpus habens vitam ſit ſubſtantia, ſed omne corpus habens vitam cōponitur ex corpore quod habet vitam, & ex eo per quod babet vitam, ſcilicet anima, ergo anima eſt ſubſtantia. patet ſequela, quia ſubſtantia nō componitur niſi ex ſubſtantijs. Probatur minor quantum ad primam partem. videlicet quòd nō eſt ſubſtantia compoſita, quia eſt pars componens ſubſtantiam habentem vitam, vt cōceſſum eſt, ergo non eſt ipſum compoſitum. Secunda pars patet ꝙ non eſt corpus ſiue materia, quia eſt id per quod aliquid habens vitā viuit, ſed corpus non eſt huiuſmodi, nec materia, alioquin omne habens corpus ſiue materiam viuere, quod eſt falſum. Ex quo infertur quòd anima eſt actus corporis habētis vitam. Nam, id per quod habens vitā viuit, eſt actus corporis habentis vitam, ſed anima eſt huiuſmodi, vt dictum eſt, ergo anima eſt actus corporis habentis vitam, non quidem in actu, quia id, quod habet vitam in actu eſt totum compoſitum, ſed totum compoſitum non debet poni in definitione formæ, ergo anima nō eſt actus corporis habentis vitam in actu inquantum huiuſmodi ſed inquantum in potentia. Secundo infertur quòd anima, cum ſit ſubſtantia. nō eſt actus ſicut qualiſcunq; forma, ſed eſt actus ſicut forma ſubſtantialis, ſecundum quam aliquid ſit ens ſimpliciter. Contra prædictam concluſionem & probationē eiuſdem arguitur ſic. Omne id, quod aduenit enti in actu, eſt accidens vt concedit Doctor ſan. in præſenti lectio. ſed anima aduenit enti in actu, ergo, &c. Probatio minoris, quia aduenit corpori organico phyſico, cum ſit actus eius. Similiter eſt actus corporis animati, ſed omne corpus animatū organicū eſt ens in actu. ergo, &c. Præterea. Omne mouens motum eſt corpus, ergo anima eſt corpus. Præterea ad idem. Omne mouens mouet per contactum, ſed omne tale eſt quantū, & per conſequens corpus, ergo idem vt ſupra. Præterea. Id, quod eſt de genere potentiæ circa primā materiam eſt aliquid includens de actu & de potentia, ergo id, quod eſt circa primum actum eſt aliquid includens de actu & potētia. & per conſequens erit compoſitum, Sed anima eſt circa primum actum de genere actus exiſtens, ergo eſt compoſita ex potentia & actu, & per conſequens ex materia & forma. Præterea ad idem. Vbicunq; ſunt proprietates materiæ, ibi eſt materia, ſed in anima ſunt proprietates materię, ſcilicet recipere, actuari formari, &c. ergo in anima eſt materia & per conſequens eſt cōpoſita ex materia & forma. Præterea. Id, quod eſt actus tantum, non habet cauſam ſui eſſe. vt patet octauo Metaphyſicæ, ſed anima habet cauſam ſui eſſe, vt patet de ſe. ergo anima non eſt actus tantum, ſed compoſita ex actu & potentia. Præterea. Id, quod eſt potentia non eſt actus, ſed anima eſt in potentia omnia, vt patet tertio huius, ergo non eſt actus. Ad primum dicendum quòd anima non aduenit corpori animato quod ſit actu animatū per aliquam aliā formam, ſed aduenit corpori animato quod dicitur animatum per ipſam in aduentu eius, ſicut dicimus quòd lumen eſt actus corporis lucidi, non quòd corpus ſit lucidum ante aduentum luminis ſeu lucis, ſed adueniente lumine corpus ſit illuminatum. Similiter corpus nō eſt organizatum per aliquam formā aliam ab anima. vnde ratio non ſequitur. Sed cōtra hanc reſponſionem arguitur. Nam in iſto inſtanti, in quo introducitur anima in corpore, aut corpus eſt actu organizatum, aut non. Si primum, ſic ſequitur quòd aduenit enti in actu, & per conſequens propoſitum. Non poteſt dici ſecūdum quia determinata forma requirit determinatam materiam, alias quælibet forma poteſt introduci in qualibet materia. Diceodum quòd in toto tempore præcedenti iſtud inſtans introductionis, materia fuit organizata & diſpoſita per diſpoſitiones conſequentes formam abijciendam. Sed in illo inſtanti introductionis materia fuit organizata & diſpoſita per diſpoſitiones conſequentes formam introducendam, ad cuius introductionem corrumpūtur omnes organizationes & diſpoſitiones in numero, non quidem per ſe, ſed per accidens, ad corruptionem, ſcilicet ſubiecti, remanent tamen eędem ſpecie. Vnde materia dicitur ſemper diſpoſita & organizata, quæ eſt ſuſceptibilis de propinquo illius formæ, quæ requirit organizationem. Ad ſecundum dicendum ꝙ duplex eſt mouens motum. quoddam eſt mouens motum per ſe, quoddam eſt mouens motum per accidens, ſiue per alterū. Verum eſt ꝙ omne mouens motū primo modo, eſt corpus & diuiditur in partem per ſe mouentem & partem per ſe motam. non autem mouens motum ſecundo modo. Ad tertium dicendū quod duplex eſt contactus. Quidam eſt contactus virtutis. alius eſt contactus dimenſionis ſeu quantitatis. Verum eſt ꝙ omne mouens, quod mouet per contactum dimenſionis, ſiue dimenſionatiuum eſt corpus, non aūt quod mouet per contactū virtutis. Ad quartum

dicendum quòd anima non eſt actu purus in fine ſimplicitatis, ſed includit aliquid de potentia. Non tamē oportet quòd illa potentia ſit materia. vnde nō ſequitur quòd ſit compoſita ex materia & forma, &c. Ad quintum dicendum quòd proprietates materię non conueniunt animæ vniuoce ſed æquiuoce tantum, videlicet ſecundum diuerſas rationes. Ad ſextum dicendū quòd illud, quòd eſt actus tantum, non habet cauſam formalem ſui eſſe, & ſic intelligitur dictum Philoſophi, habet tamen cauſam efficientem. Vnde anima nō habet cauſam formalem licet habeat efficientem. Ad vltimum dicendum quòd illud, quod eſt potentia nō eſt actus reſpectu eiuſdem, ſed bene reſpectu diuerſorum. Vnde licet anima ſit potentia reſpectu ſpecierum intelligibiliū, eſt tamen actus reſpectu corporis habentis vitā in potentia. Secunda concluſio. Anima eſt actus primus hanc cōcluſionem probat Philoſophus tali ratione. Nam, ſicut ſe habet ſcientia ad conſiderare, ita ſe habet anima per reſpectū ad diuerſas ſuas operationes, ſed ſciētia eſt actus primus ſcientis, ergo ſequitur quòd anima eſt actus primus corporis animati. Contra hanc concluſionem ſic arguitur. Anima eſt actus ſicut ſcientia, vt habet hic in texto, ſed ſcientia (cum ſit forma accidentalis) eſt actus ſecundus, quia omnis forma accidentalis præſupponit formam ſubſtantialem. ergo anima non eſt actus primus ſed ſecundus. Præterea. Hæc anima rationalis eſt ſubſtantia, ſed non vniuerſalis, ſed particularis, ſed omnis ſubſtantia particularis naturę rationalis eſt indiuidua, ergo anima rationalis non eſt actus primus, ſed compoſita ex actu. Præterea. Id, quod præſupponit aliquam formam accidentalem in materia, non eſt actus primus, ſed anima præſupponit formam accidentalem, ergo, &c. Probatio minoris quia anima prius præſupponit virtutem generatiuam in ſemine, ſed talis virtus eſt forma accidentalis. ergo, &c. Ad primum dicendum quòd ſcientia poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo per reſpectum ad ſcientem quantum ſciens eſt, Alio modo per reſpectum ad iſtum, qui eſt ſciens. Si capiatur ſcientia primo modo, ſic ſcientia eſt actus primus & eſſentialis ſcientis, & iſto modo capitur hic. Si vero capitur ſecundo modo, ſic eſt actus ſecundus. Vel dicendū quòd, comparando ſcientiam ad animam, ſcientia eſt actus ſecundus, ſed comparando ſcientiam ad cōſiderare, ſcientia eſt actus primus. Ad ſecundum dicendum quòd anima non eſt ſubſtantia completa. vnde nō oportet quòd ſit vniuerſalis vel particularis. Ad tertium dicendum quòd illa forma, quæ præſupponit aliquam formam accidentalem in eodem ſubiecto, dicitur eſſe actus ſecundus, non autem illa forma, quæ præſupponit aliquam formam accidentalem in alijs ſubiecto. virtus autem generatiua non eſt ſubiectiue in illa parte materię ſeminis, in qua introducitur anima, ſecundum quòd inferius declarabitur, vnde ratio nō ſequitur. Tertia conclſio eſt quòd anima eſt actus corporis organici phyſici. Quæ probatur ſic. Talis debet eſſe materia actus qualem requirunt operationes illius actus, ſed operationes ipſius animæ (cum ſint diuerſæ) requirunt diuerſitatem partium ſecundum ſitum & figuram in eodem corpore, ergo oportet quòd anima ſit actus corporis organici. Nam corpus organicum dicitur illud, quod habet diuerſitatem partium diſtinctarum ſecundum ſitum & figuram. Contra hanc cōcluſionem ſic arguitur. Id, quod eſt ſeparatum à corpore non eſt actus corporis, ſed anima potiſsime rationalis eſt ſeparata à corpore, vt patet tertio huius, ergo anima rationalis non eſt actus corporis. Præterea. Vnumquodque recipitur in alio per modum recipientis, ſi ergo anima rationalis eſſet actus corporis ſuſciperetur ad modum corporis, ſed corpus eſt indiuiduatum & determinatæ materiæ, ergo anima eſt indiuiduata & determinatæ materiæ & per conſequens non poſſet anima omnia intelligere nec vniuerſalia. Præterea. Actus per ſe conuenit illi cuius eſt actus, ſed id quod conuenit alicui per ſe eſt inſeparabile ab illo. cum ergo anima rationalis ſit ſeparabilis à corpore, ſequitur ꝙ anima rationalis non eſt actus corporis. Ad primum dicendum quòd anima rationalis licet ſit ſeparata à corpore ſecūdum operationem intellectiuam, non tamen eſt ſeparata ſecundū eſſe loquendo de anima coniuncta. Vel dicendum quòd licet anima ſit ſeparata à corpore quantum ad actum ſecundum qui eſt intelligere (quia non eſt actus alicuius organi corporalis.) non tamen eſt ſeparata quantum ad actum primum, quia eſt forma corporis. Ad ſecundum dicendum quòd licet anima ſit indiuiduata in corpore, & determinatæ materiæ quantum ad eſſe, tamen quantum ad operationem intellectiua eſt vniuerſalis, cum talis operatio non indigeat corpore organico ſiue inſtrumentali. Ad tertium dicendum quòd anima couenit per ſe corpori, ſicut eſſe ſurſum conuenit per ſe leui, ſicut ergo quando leuia ſunt extra ſuum proprium locum, in eis remanet aptitudo naturalis ad talem locum, ita anima rationalis, quando eſt ſeparata remanet ei naturalis aptitudo ad proprium corpus. Quarta concluſio quæ ſequitur ex præcedentibus eſt iſta, quòd diffinitio animæ, quæ dicitur communis & materialis eſt iſta, anima eſt actus primus corporis organici phyſici. Quę concluſio probatur dupliciter. Primo per rationes præcedentes, quòd enim ſit actus patet per præcedentem concluſionem primam. & quòd ſit actus corporis organici patet per ſecundam concluſionem. Secundo probatur, quia conuenit omni animæ, ſoli, & ſemper, & indicat totam eius eſſentiam à prima potentia vſq; ad vltimum actum. Contra hanc concluſionem arguitur ſic. Illud quod poteſt diffiniri, habet genus & differentiam, ſed anima (cum nō ſit ſpecies, ſed pars ſpeciei) non habet genus & differentiam. ergo non poteſt diffiniri. Præterea. Omne diffinitum eſt diuiſibile in partes diffinientes ſed anima (cum ſit forma ſimplex) non eſt diuiſibilis. ergo, &c. Præterea. Iſta diffinitio non conuenit animę rationali, ergo non conuenit omni contento ſub diffinito. Aſſumptum patet. quia forma debet eſſe proportionata materiæ, ſed animæ rationalis eſt incorruptibilis & corpus eſt corruptibile. ergo, &c. Præterea. Anima eſt forma ſimplex, corpus vero organicum habet magnam diuerſitatem. ergo anima rationalis non eſt actus corporis organici. Præterea. Si anima eſſet actus corporis organici, aut organizatio fieret ante introductionem eius, vel in inſtanti introductionis. non ſecundum, quia nullus motus poteſt fieri in inſtanti, organizatio autem non poteſt fieri ſine motu alterationis. ſi primum, vel illa organizato remanet organizatio, & ſic accidentia remanent, non manente forma ſubſtantiali, vel non remanet, & per conſequens anima vnitur corpori non organizato. Ad primum dicendum quòd illud argumentum procedit de diffinitione propriiſsime dicta. Ad ſecundum dicendum quòd licet anima ſit forma ſimplex ſecundum eſſentiam, poteſt tamen diuidi in partes rationis. Ad tertium dicendum

quòd

quòd licet anima rationalis ſecundum eſſentiam ſuam (vt ſupra dictum eſt) ſit incorruptibilis, tamen requirit (propter diuerſas operationes eius) corpus bene complexionatum, ad quam quidem complexionabilitatem ſequitur corruptibilitas neceſsitate materiæ. Ad quartum dicendum quòd anima eſt ſimplex quantum ad eſſentiam multiplex, tamen eſt quantum ad potentiam & virtutem, & ideo propter operationes diuerſas requirit corpus organicum. Ad vltimum dicendũ quòd iſta organizatio per ſe fit in tempore præcedenti introductionem formę quę corrumpitur per accidens in inſtanti introductionis, in quo introducitur per accidens noua organizatio ſimul cum anima. Et quando dicitur quòd organizatio nõ poteſt fieri in inſtanti, verum eſt per ſe, tamen per accidens fieri poteſt in inſtãti, pręſuppoſita prima organizatione. Quinta cõcluſio. Anima vnitur corpori organizato ſine medio. Probatur. quia propria perfectio vnitur immediate proprio perfectibili ſed anima eſt propria perfectio corporis organici, cum ſit eius forma ſubſtantialis, ergo, &c. Contra hanc concluſionem arguitur ſic. Anima vnitur materię diſpoſitæ, ergo vnitur materiæ mediãtibus diſpoſitionibus. Præterea. Diuerſæ formæ ſecundum ſpeciem nõ poſſunt vniri diuerſis partibus materiæ, niſi ſint diuerſæ per quãtitatem, ergo anima vnitur materiæ mediante quantitate. Ad primum dicendum quòd anima vnitur materię primæ, quę in toto tempore præcedente inſtans introductionis fuit diſpoſita per diſpoſitiones conſequentes formam abijciendam, vt dictum eſt quæ corrumpitur in aduentu formæ, & in aduentu formæ eſt diſpoſita per diſpoſitiones conſequentes naturaliter formam introducendam. Sed contra hanc reſponſionẽ arguitur. Aut anima in inſtanti introductionis vnitur materiæ nudæ, aut non. Si ſecundum, habetur intentum, videlicet quòd vnitur mediante medio. Si primum ergo non vnitur materię diſpoſitę. Dicendum ꝙ materia poteſt dici nuda dupliciter. Vno modo per carentiam cuiuſcunque formæ, & ſic materia nunquam dicitur nuda. Alio modo per carentiam formarum, & diſpoſitionum pręcedentium formam introducendam, & iſto modo anima vnitur materiæ nudæ, quia in introductione animę corrumpuntur omnes formæ & diſpoſitiones præcedentes, & ſimul cum ea introducuntur aliæ diſpoſitiones & accidẽtia in numero. Sed contra arguitur. Aut in eodem inſtanti corrumpuntur præcedentes diſpoſitiones & introducuntur ſequentes, aut in alio & in alio. Si primum ſequeretur quod in eodem inſtanti erunt contrariæ & diuerſe formę in eodem ſimul. Si ſecundum, cum inter quælibet duo inſtantia mediet tẽpus, ſequitur quòd erit dabile tempus, in quo materia erit ſine omni forma. Dicendum quòd in vno & eodem inſtanti temporis corrumpuntur per accidens omnes præcedentes diſpoſitiones, & introducuntur ſequentes. Nec propter hoc ſequitur quòd in vno & eodem ſimul ſint diuerſæ formæ, quia ea quæ in inſtanti corrumpuntur, dum ſunt, corrumpi non poſſunt. Vnde bene ſequitur. Anima corrumpitur, ergo anima non eſt ſed immediate ante fuit. Sicut ecõtra bene ſequitur, anima introducitur, ergo anima eſt, & immediate ante non fuit. Et ſi quæratur vtrum in vltimo inſtanti in quo remouetur forma abijcienda introducatur alia forma, reſpondẽdum eſt negando. Aſſumptum, quia non eſt dabile vnum & vltimum inſtans formæ corrumpendę, ſed bene primum inſtans nõ eſſe eius, quod quidam inſtans eſt inſtans primum ſub eſſe formę introducendæ. Ad ſecundum patet ſolutio per ea quæ dicta ſunt. Veruntamen cõſiderandum eſt quod anima ſecundũ eſſentiam conſiderata pręintelligitur vniri materię nudę eius ante omnia accidentia, tamen ſi conſideretur quantum ad vltimos eius gradus perfectionis, ſic aliqua accidentia præintelliguntur præcedere ipſam animam, verbi gratia, anima dat corpori eſſe ſubſtantiale, eſſe corporeum, & eſſe animatum, ſed quantitas ſequitur ipſam animam quantũ ad hoc, quod eſt dare eſſe ſubſtantiale, ſed tamen intelligitur præcedere ipſam animam ſecundum quod dat eſſe animatum. Circa pręedicta dubitatur primo vtrum anima habeat diffiniri per ſuum ſubiectum, & arguitur primo contra ſuppoſitum, quia illa forma quę habet ſubiectum eſt accidentalis, anima non eſt forma accidentalis, ergo anima non habet ſubiectum. Præterea. Arguitur contra ſuppoſitum quia ſi ſubiectum animæ poneretur in diffinitione eius, aut poneretur tanquam pars eſſentialis, aut tanquam per additamẽtum. Non primum, cum corpus non ſit pars eſſentialis animæ. Nec ſecundum, quia hoc eſt proprium accidenti diffiniri per additamentum, vt adducit Doctor ſanctus in pleriſque locis. Dicendum quòd anima habet diffiniri per ſuũ ſubiectum, quia illud quod non habet eſſe completũ in ſpecie ſed dependens, habet diffiniri per illud à quo dependet, & inde eſt quòd accidentia habent diffiniri per ſubiectum, vt patet. 7. Metaphy. ſed nulla forma rei naturalis eſt quid completum in ſpecie, complementum enim ſpeciei conuenit ſubſtantię cõpoſitę vnde oportet quòd quælibet forma definiatur per aliquid quod eſt extra eſſentiam eius, videlicet per totum ſubiectum, ſed anima eſt forma naturalis, ergo, &c. Ad primam rationem dubij dicẽdum quod ſubiectum accipitur dupliciter. Vno modo proprie, videlicet pro eo quod per ſe ſubſiſtẽs dat ſtabilimentum eſſendi alteri, & iſto modo illud quod habet ſubiectum dicitur forma accidentalis. Alio modo accipitur ſubiectum pro omni eo, quod eſt ſuſceptiuum perfectionis, ſiue ſubſtantialis ſiue accidentalis, & iſto modo non oportet quod illud, quod habet ſubiectum ſit forma accidentalis, & ſic accipitur in propoſito. Ad ſecundum dicẽdum quòd anima definitur per ſuum ſubiectum, non tanquam per partem eſſentiæ eius, ſed tanquam per aliquid quod eſt extra eſſentiam eius, nõ enim dicitur definitio per additamẽtum, niſi quia aliquid dicitur diffiniri per additamentum dum aliquid diffinitur per aliquid alterius generis pręedicamentalis. Modo manifeſtum eſt quod forma, & materia ſunt eiuſdem generis. Vnde cum forma definitur per materiam non definitur per additamentũ, niſi largo modo loquendo. Dubitatur ſecundo vtrum inter formas naturales, ſola anima rationalis ſit per ſe ſubſiſtens. Arguitur primo quod non, contra aſſumptum, quia illud, quod eſt per ſe ſubſiſtens eſt, hoc aliquid, ſed anima rationalis non eſt hoc aliquid, ſed eſt id quo aliquid eſt, ergo non eſt per ſe ſubſiſtens. Præterea. Id quod eſt per ſe ſubſiſtens habet propriam operationẽ ſine corpore, ſed anima rationalis cũ non intelligat niſi mediantibus phantaſmatibus, non habet operationem aliquam ſine corpore, ergo, &c. Pręterea, arguitur contra propoſitum. Sicut ſe habet intellectiuum ad intelligibilia, ita ſe habet ſenſitiuum ad ſenſibilia, ſed intellectiuum apprehendit intelligibilia ſine corpore, ergo ſenſitiuũ apprehendit ſenſibilia ſine corpore. Tunc ſic. Illud, quod habet operationem per ſe, eſt per ſe ſubſiſtens, ſed anima rationalis habet operationem per ſe ſine corpore, vt probatũ eſt, ergo eſt per ſe ſubſiſtens.

Reſponſio, dicendum quod ſolum anima rationalis eſt per ſe ſubſiſtens, q͏ sic patet, quia ſolum illud dicitur per ſe ſubſiſtens, quod habet propriū operationem ſine corpore, ſed ſolū anima rationalis eſt huiuſmodi, ergo, &c. Ad primum dicēdum quod aliquid dicitur per ſe ſubſiſtens dupliciter. Vno modo ſubſiſtentia completa, tanquam aliquid completum in ſpecie, & illo modo anima non eſt per ſe ſubſiſtens. Alio modo dicitur aliquid per ſe ſubſiſtens ſubſiſtentia incompleta, & iſto modo anima rationalis eſt per ſe ſubſiſtens, vnde nō oportet quòd ſignificet hoc aliquid, proprie accipiendo hoc aliquid. Ad ſecundū dicendum quod licet operatio animę intellectiue (vt ſupra dictum eſt) indigeat corpore obiectiue, non tamen inſtrumentaliter, ergo, &c. Ad tertium dicendum quòd ſimile eſt inter intellectū, & ſenſum in hoc, quod vnumquodque ipſorum eſt in potentia ad ſuum obiectum, eſt tamen diſsimile in hoc quòd ſenſus ſuſcipit ſenſibilia cum quadam immutatione corporali, intellectus autem non niſi forte per accidens vnde ratio non ſequitur. Dubitatur tertio, vtrū illud dicatur habere vitam, quod habet per ſeipſum augmentum, & decrementum, & alimentum. Et videtur quod non quia Deo vltra proprijſsime attribuitur, vt probat Philoſophus duodecimo metaphyſico. & tamen in Deo non decrementum neq; augmentum, ergo, &c. In contrarium eſt Philoſophus in litera. Dicendum quod de eo, quod eſt habere vitam poſſumus loqui dupliciter, vno modo in generabilibus, & corruptibilibus, ſicut hic Philoſophus loquitur per modum exempli, & iſto modo habere vitam dicitur illud, quod per ſeipſum habet alimentum, &c. Alio modo poſſumus loqui vniuerſaliter, & abſolute, ſic aliquid dicitur habere vitam, ex hoc quod per ſe eſt aptū natū mouere per ſeipſum aut motu intellectuali aut motu phyſico, & iſto modo procedebat ratio dubij. Dubitatur quarto vtrum in vno & eodem compoſito ſint plures formæ ſubſtantiales ſecundum eſſentiam diſtinctæ, & arguitur quod ſic. Nam vnius & eiuſdem rei ſunt plura prædicata formalia & eſſentialia, ergo vnitas & eiuſdem rei ſunt plures formæ ſubſtantiales, patet conſequentia, quia prædicata formalia ſumuntur à formis. Præterea, anima eſt actus corporis, vt patet per diffinitionem animæ, ſed materia prima nō dicitur actu corpus niſi per aliquam formam, ergo ſequitur quòd in corpore animato eſt forma corporis & ipſa anima, & per cōſequens plures formæ. Præterea, corporeitas eſt forma à qua materia nunquam poteſt denudari (vt concedit Doctor ſan. in ſecundo ſententiarum.) ergo ſequitur quòd in eodem eſt forma corporeitatis & forma ſpecifica. Præterea omne mouens ſeipſum diuiditur in partē per ſe mouentem, & partem per ſe motā, vt patet ex octauo Phyſic. ſed corpus animatum eſt mouens ſeipſum, ergo diuiditur in partem per ſe mouentem, ſcilicet animam, & partem per ſe motam ſcilicet corpus ſed materia prima non poteſt eſſe pars ſe mota, ergo corpus (quod eſt pars per ſe mota) eſt informatum alia forma. Præterea. In corpore mixto reperiuntur quatuor elementa, ergo in eis reperiuntur formæ ſubſtantiales eorum. Et ſic in eodem corpore mixto reperiuntur plures formæ ſubſtātiales. Prętera. In quolibet compoſito naturali eſt forma totius & forma partis, ſed forma totius & forma partis ſunt formæ realiter diſtinctæ ſecundum Doctorem ſanctum, licet Albertus aliter teneat, ergo, &c. Præterea. Ab vno & eodem non procedit niſi vnū, ſed ab anima procedunt diuerſę operationes, ergo cum forma ſit principium operationis, ſequitur quòd in corpore animato ſunt diuerſæ formæ. Prętera. Omne generans vniuocum generat ſibi ſimile in ſpecie, ſed homo eſt generans vniuocum hominem, ergo generat aliquid ſibi ſimile, ſed non poteſt generare ſibi ſimile in ſpecie, niſi producendo formam ſubſtantialem, ergo homo generans producit formam ſubſtantialem, ſed non poteſt producere animam rationalem, ergo in homine generato erunt duæ formæ. Præterea generatio hominis dicitur naturalis, ergo terminatur ad formam naturalem. Sed non terminatur ad animam rationalem, alias generans naturale attingeret eſſentiam eius, quod non ſolum eſt falſum, ſed etiam hereticum, ergo in homine eſt vna forma, quæ acquiritur per generationē, & alia, quæ acquiritur per creationem, & ſic idem vt ſupra. Præterea. Quod vni eſt ſubſtātia nulli eſt accidens, vt patet primo Phyſic. ſed ſenſitiuum in bruto eſt forma ſubſtantialis, ergo ſenſitiuum in homine erit forma ſubſtantialis. Præterea. Vbi remanent accidentia conſequentia aliquam formam ibi eſt ipſa forma, ſed in mortuo remanent accidentia conſequentia formam corporeitatis, ſcilicet figuræ, & quantitatis, ergo in mortuo remanet forma corporeitatis, cum ergo in mortuo ſit forma eius, ſequitur quod in eodem compoſito ſint plures formæ ſubſtantiales. Reſponſio dicendum (dimiſsis varijs opinionibus in primo de generatione, & in prima philoſophia perſcrutandis diuerſimode) quòd impoſsibile eſt (vt hic expreſſe Doctor ſan. cōcludit) vnius rei eſſe plures formę ſubſtantiales. Pro cuius declaratione ſupponitur vnum, ſcilicet quòd differentia inter formā ſubſtantialem & accidentalem eſt hæc, ſcilicet quòd forma accidentalis nō facit ens actu ſimpliciter, ſed ens actu tale, vel tantum, aut quantum, vtputa magnum vel album vel aliquid huiuſmodi, vt patet ſeptimo Metaphyſicæ, ſed forma ſubſtantialis facit ens actu ſimpliciter, ex qua differētia ſequitur alia, videlicet quod forma dicitur accidentalis, quæ aduenit ſubiecto exiſtēti in actu, ſed forma ſubſtantialis non aduenit ſubiecto iam exiſtenti in actu, ſed in potentia tantū, ſcilicet materiæ primę. Quo ſuppoſito probatur concluſio tali ratione, quia ſi vnius rei eſſent plures formæ ſubſtanitales conſequenter ſe habentes ſecundum prius & poſterius (vt voluerunt aduerſarij.) ſequeretur quod prima faceret ens actu ſimpliciter, vt patet per primam differentiam, & per conſequens omnes alię formę conſequētes aduenirent ſubiecto iam exiſtenti in actu, & ſic accidentaliter aduenirent, vt patet per ſecundam differentiam, & ſic non eſſent formæ ſubſtantiales, ſed accidentales, quod eſt contra hypotheſim. Præterea. Omnes aliæ formæ conſequentes primam nō facerent ens actu ſimpliciter, cum iam eſſet ens actu ſimpliciter per primam formam, ſed facerent ens actu ſecundum quid, & ſic eſſent formæ accidentales, vt patet per primā differentiam, vnde impoſsibile eſt vnius rei eſſe plures formas ſubſtantiales. Per prædicta tollitur ratio Auicen. in libro fontis vitæ, qui poſuit quòd ſecundum ordinem generum & ſpecierum eſt ordo plurium formarum ſubſtantialium in vna & eadem re, vtputa quod in hoc indiuiduo eſſet vna forma, per quam eſt ſubſtantia, & alia, per quam eſt corpus, & tertia, per quam eſt animatum corpus, & ſic de alijs. Sed ſecundū præmiſſa oportet dicere quod vna & eadem forma ſubſtantialis eſt, per quam hoc indiuiduum eſt ſubſtantia, & per quam eſt corpus, & per quam eſt anima tum corpus, & ſic de alijs, ſecundum tamen diuerſos gradus perfectionis eiuſdem. Forma enim perfectior dat materiæ omne,

Sententia Doctor. ſan. de pluralitate formarū.

omne, quod dat forma minus perfecta, & adhuc amplius, vnde anima non ſolum facit eſſe ſubſtantiã & corpus, quod etiam facit forma lapidis, ſed etiã facit eſſe animatum corpus. Non ergo eſt intelligendũ quòd anima ſit actus corporis quaſi corpus ſit conſtitutum per vnam formam, quæ facit eum eſſe corpus, & anima ſuperueniens ei faciat eſſe viuum corpus, ſed quia ab anima habet quod ſit corpus, & quòd ſit corpus viuunt, ſed hoc, quod eſt eſſe corpus, eſt imperfectus quaſi materiale reſpectu vitæ, & inde eſt ꝙ recedente anima non remanet idem corpus ſpeciei. Nam oculus & caro non dicuntur in mortuo niſi æquiuoce, vt patet per Philoſophũ in ſeptimo Metaphyſicæ, recedente enim anima ſuccedit alia forma ſubſtantialis, quæ dat aliud eſſe ſpecificũ, cum corruptio vnius non ſit ſine generatione alterius. Hæc omnia doctor ſanctus in præſenti lectione formaliter. Ex hoc patet ſolutio ad duo argumenta prima in principio dubij adducta. Ad tertium dicendum quod corporeitas poteſt dupliciter accipi. Vno modo vt dicit formam corporeitatis diſtinctam à formis ſpecificis. Alio modo vt dicit gradum perfectionis genericum conſequentem formam genericam quantũ ad eius eſſentiam præcedentem tamen gradum ſpecificum perfectionis eiuſdem formę, primo modo materia poteſt denudari à corporeitate, licet non ſecundo modo. Ad quartum dicendũ quod corpus animatũ diuiditur in partem per ſe mouentem, quæ eſt anima virtute tantum motiua eius conſiderata, & in partem per ſe motam, quæ eſt corpus cum anima ſecundum ſuum eſſe conſiderata. Non eſt ergo intelligendum quod anima ſit pars per ſe mouens ſecũdum eius totum ambitũ conſiderata, & ꝙ corpus ſit pars per ſe mota ſeclusa anima, vt innuit Doct. ſan. in prima parte. q. 78. Ad quintũ dicendum ꝙ formę elementorum ſunt in mixto, non quidem formaliter, ſed virtualiter. De quo alias latius diſputabitur. Ad ſextum dicendum quod vnius rei eſſe plures formas ſubſtãtiales poteſt intelligi dupliciter, vno modo quod in vno ſint plures formæ virtualiter, & ſic nõ eſt inconueniens ponere pluralitatem formarum, alio modo formaliter, & hoc dupliciter, vno modo quod tales formæ ſint realiter diſtinctæ, alio modo quod ſint diſtinctę ſecundum rationem, ſi ſecũdo modo, ſic etiam nõ eſt incõueniens, ſi primo modo, & hoc dupliciter vel loquendo de forma totius tantum, vel de forma totius & partis. Voco autem formam partis, quæ eſt altera pars totius compoſiti: formã vero totius, quę reſultat ex vnione partis cum forma, ſi ſecundo modo, ſic etiam non eſt inconueniens ponere pluralitatem formarum, vt voluit argumentũ ſi primo modo eſt incõueniens de quo procedit quæſtio dubij. Ad ſeptimum dicendum quod ab vno inquantum vnum nõ procedit niſi vnum loquendo in agentibus naturalibus, ſecus autem loquendo in agentibus ſecundũ voluntatem, ſed ab vno quod eſt vnum ſecundum eſſentiam, multiplex tamen ſecũdum virtutem (quemadmodũ eſt anima) bene procedunt diuerſa. Ad octauum dicendum ꝙ homo generat ſibi ſimile non ex eo quod introducit formã ſubſtantialem, ſed quia diſponit materiã vltima diſpoſitione ad introductionem formæ ſubſtantialis, ſ. animæ rationalis, quæ per ſolam creationem infunditur. Neque tamen propter hoc ſequitur quod homo ſit imperfectius generans quàm aſinus, qui in toto producit formam ſubſtantialem per ſuam generationem, quia multo nobilius eſt & perfectius diſponere materiam ad introductionem animę rationalis, quam producere aliam quancunque formam naturalem. Et per hoc patet ſolutio ad nonum. Ad decimum dicendum ꝙ anima ſenſitiua eſt forma ſubſtãtialis in homine, nõ quidem ſecũdum eſſentiam diſtincta ab anima rationali, ſed ſecundum rationem tantum vt infra probabitur. Ad vndecimum dicendum quòd illa accidentia non remanent eadem numero in mortuo, quæ prius fuerũt in viuo, ſed ſecundum ſpeciem tantum.

Sequitur in textu. {Vniuerſaliter quidem dictum eſt quid eſt anima, &c.} Hic incipit lectio ſecunda eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

Iſtud eſt ſecundum capitulum primi tractatus, in quo Philoſophus manifeſtando prędictam definitionem ponit vnam cõcluſionem, ex qua infert vnum corollarium. Concluſio eſt iſta, quod anima eſt ſubſtantia, & quod quid eſt corporis animati potentia vitam habẽtis, hanc concluſionem probat Philoſophus duabus rationibus, quarũ prima eſt. Sicut eſt in artificialibus, ita eſt in naturalibus, ſed in artificialibus, ſi dolabra eſſet corpus naturale, ſua forma eſſet ſubſtantia, & quod quid eſt ipſius dolabrę, ergo in naturalibus forma eſt ſubſtantia & quod quid eſt eius, cum ergo corpus animatũ ſit ens naturale, & anima ſit eius forma vt ſupra conceſſum eſt, ſequitur tantum anima eſt ſubſtantia, & quod quid eſt corporis animati. Secũda ratio eſt. Sicut eſt in partibus animalis, ita in toto animali, ſed in partibus animalis ita eſt quod ſi oculus eſſet animal, oporteret ꝙ viſus eſſet anima & ſubſtantia eius, ergo oportet quod in toto animali ita ſe habeat quod forma eius, ſ. anima ſit eius ſubſtantia. Probatio maioris, quia ſi oculus eſſet animal, & ab eo remoueretur anima, nõ maneret oculus niſi æquiuoce. Ex his duabus rationibus poteſt elici vna talis ratio, videlicet. Illud eſt ſubſtantia, & quod quid eſt, quo remoto nõ remanet id, niſi æquiuoce, ſed remota anima non remanet animal, niſi æquiuoce, ergo anima eſt ſubſtantia & quod quid eſt corpori animati. Ex prædictis infert Philoſophus vnum corollarium, videlicet ꝙ cum anima ſit actus totius corporis, & partes eius ſint actus partium, & forma non ſeparetur ab eo cuius eſt forma, neceſſario ſequitur quod anima nõ poteſt ſeparari à corpore, vel ipſa tota vel aliquę partes eius ſi nata eſt habere partes. Contra prædictam concluſionem arguitur ſic. Prius non habet notificari per poſterius, ſed forma artificialis, cum ſit accidentalis, & partes animę ſint poſteriores ipſa anima, ergo videtur ꝙ anima non conuenienter notificetur per formas artificiales & partes corporis animati. Præterea. Si forma dolabræ remoueretur dolabra æquiuoce, ſed vniuoce, ergo dolabræ non eſt ſubſtãtia, ſiue quod quid eſt eius, patet conſequentia (quia vt dictum eſt) illud eſt ſubſtantia, quo remoto non remanet illud niſi æquiuoce. Ad primum dicendum quod prius poteſt notificari per poſterius quo ad nos (vt dicit hic Doctor ſanctus) vnde, quia forma accidentalis, cum ſit propinquior ſenſui quã forma ſubſtantialis, conuenienter notificatur per artificialem, & quia ex obiectis & partibus ipſarum potentiarum deuenimus in cognitionem ipſius animę, ideo etiam ipſa anima notificatur per partes eius. Ad ſecundũ dicendũ quod dolabra poteſt capi dupliciter. Vno modo abſolute ſecũdum quod eſt artificialis res, & ſic verũ eſt quod forma eius nõ eſt ſubſtãtia eius. Alio modo poteſt cõſiderari cõditionaliter, vtputa, ſi dolabra eſſet corpus materiale, & ſic iſto mõ forma eius eſſet ſuba eius.

Contra textum dubitatur vtrũ anima ſit ſubſtantia corporis animati habentis vitã in potẽtia. Et arguitur quod nõn, quia id quod habet principium vitę, habet vitam in actu, ſed corpus animatum habet principium vitæ, ſ. animam, ergo habet vitam in actu, & per cõſequens anima eſt ſubſtantia corporis animati habẽtis vitam in actu & non in potentia. In contrarium arguitur per Philoſophũ in litera. Reſponſio dicendum quòd anima eſt ſubſtãtia corporis habentis vitam in potentia. Pro cuius declaratione notãdum primo quod vita poteſt capi dupliciter, vno modo pro eſſe viuentis, ſicut dicimus quod viuere viuentibus eſt eſſe, alio modo accipit vita pro vitali operatione, ſicut dicimus aliquid viuere, quia mouet ſeipſum. Ex quo ſequitur quod aliquid poteſt habere vitam in potentia dupliciter, vno modo accipiendo vitam primo modo, & ſic illud, quod nondũ habet animam, quod natum tamen eſt habere, dicitur habere vitam in potentia, alio modo accipitur vita ſecũdo modo, & ſic illo modo dicitur habere vitam in potentia, quod habet principium vitæ, ſcilicet animam, tamen non in actu operatur per eam. Notandum ſecundo quòd duplex eſt potentia, vt etiam ex dictis concluditur, quędã enim eſt abijciens animam, quædam non abijciens animam, ſed operationes eius. Notandum tertio ꝙ duplex eſt potentia. Quędam eſt coniuncta actui, quæ. ſ. ſtat ſub actu. Alia eſt diſtans ab actu, quando ſcilicet non actu perficitur, per formam tamen de proximo apta nata eſt perfici. Quibus ſuppoſitis dicendum eſt animam eſſe ſubſtantiã corporis habẽtis vitam, poteſt intelligi dupliciter, vel accipiendo vitã ſecundo modo, & ſic conceditur, vel primo modo, & hoc dupliciter, vel loquendo de potentia coniuncta actui, vel diſtante, ſi primo modo, ſic etiam conceditur, ſi ſecundo modo, ſic anima non eſt ſubſtantia corporis habentis vitam in potentia, ſed in actu vt voluit argumentum dubij. Ex quo patet ſolutio eius.

Sequitur in textu. § Quoniam autem ex incertis, &c. § Hic incipit lectio tertia eiuſdem libri, & in commento S. Thomæ.

Istud eſt tertium capitulum primi tractatus In quo Philoſophus volens demonſtrare prædictam definitionem animæ ponit tres concluſiones. Quarum prima eſt quòd anima eſt corporis viuentis actus & forma, quam concluſionem probat Philoſophus tali ratione. Illud quod eſt principium viuendi, eſt corporis viuentis actus & forma, ſed anima eſt principium viuendi in his, quæ viuunt, ergo anima eſt principium corporis viuentis actus & forma probatio mediæ. Nam illud per quod differunt animata ab inanimatis eſt principium viuendi, cum animata differant ab inanimatis in viuendo, ſed animata differũt ab inanimatis per animam, ergo anima eſt principium viuendi. quod fuit probandum Contra hanc rationem arguitur ſic. Quælibet forma naturalis eſt natura, ſicut patet per Philoſophum ſecundo Phyſi. ſed anima non eſt natura, vt dicit hic Philoſophus, cum natura non moueat ad contraria loca. anima. n. moueat ad contraria loca. anima enim moueat ad contraria loca, vt inferius patebit. ergo anima non eſt forma corporis viuentis. Præterea, proprium perfectibile non poteſt eſſe ſine propria forma, ſed aliqua ſunt viuentia ſine anima, vt patet de corpore cęleſti & ſpiritualibus creaturis, ergo idẽ vt ſupra. Præterea. Potentiæ animę ſunt principia viuendi, vt infra concedit Philoſophus & tantum nõ ſunt corporis viuentis forma, ergo maior probationis falſa. Ad primum dicendum ꝙ formam quam quamlibet eſſe naturam poteſt intelligi dupliciter, vno modo ſic ꝙ ſit principium motus & quietis, & ſic quælibet forma naturalis eſt natura, alio modo ꝙ operetur per modum naturæ, & ſic nõ quęlibet forma naturalis eſt. Nam natura nõ mouet ad contraria loca, ſed determinatur ad vnum, anima vero mouet ad contraria loca vt ad ſenſum patet. Vnde anima non dicitur natura ſecundo modo. Ad ſecundum dicendum quod nullum corpus viuit ſine anima formaliter & intrinſece, corpora autem cœleſtia non dicuntur viuere formaliter ſed forſitan effectiue, quia mouentur ab intelligentia. Ad tertium dicendum quòd duplex eſt principium viuendi. Quoddam eſt primum principiũ, de quo eſt hic ad propoſitum. Aliud eſt principium proximum, licet ergo potentiæ animæ ſint principia viuendi immediata, capiendo viuere pro operatione vitali, anima tamen eſt principium primum, in cuius virtute potentiæ operantur. Secunda concluſio. Tantum quatuor ſunt modi viuendi vnus, ſ. per intellectum, alius per ſenſum, alius per motum localem, alius per motum alimenti decrementi, & augmenti, quæ concluſio probatur tali ratione. Modus viuendi eſt, ſecundum quem ſumitur aliquis gradus viuentium, ſed tantum ſunt quatuor gradus viuentium, ergo ſunt tantũ quatuor modi viuendi, probatio minoris. Nam in quibuſdam viuentibus inuenitur tantum augmentum, decrementum, & alimentum. ſ. in plantis. In quibuſdam vero cum his inuenitur ſenſus ſine motu locali, ſicut in animalibus imperfectis, vlterius vero in quibuſdã inuenitur motus ſecũdum locum, ſicut in animalibus perfectis, quæ mouentur motu progreſſiuo. In quibuſdam vero cum his inuenitur intellectus. ſ. in hominibus. Contra hanc concluſionem arguitur ſic. Quinq; ſunt genera operationum animæ, vt Philoſophus infra determinat, & ſupra conceſſit, videlicet vegetatiuum, ſenſitiuum, motiuum ſecundum locũ, appetitiuum, & intellectiuum, ergo quinque ſunt modi viuendi & non tantum quatuor. Præterea. Vbicunque eſt phantaſia, ibi eſt motus localis, ſed in animalibus imperfectis eſt phantaſia ſaltem imperfecta, cum in eis ſit ſenſus, ergo in ipſis eſt motus localis, & per conſequens ſenſus, & motus localis non faciunt diuerſos modos viuendi. Ad primum dicendum negando conſequentiã, quia Philoſophus non intendit diſtinguere hic modos viuendi ſecundum diuerſa genera operationum animę, ſed ſecundum diuerſos gradus viuentium, vnde cum appetitiuum nõ faciat aliquam diuerſitatem in gradibus viuentium, cum vbicunque ſit ſenſus, ibi ſit appetitus, ſequitur ꝙ appetitiuum non conſtituat modũ diuerſum ab alijs. Ad ſecũdum dicendum quòd duplex eſt motus localis. quidam eſt imperfectus, videlicet motus dilatationis aut conſtrictionis, & talis bene inuenitur in animalibus imperfectis, alius eſt motus localis perfectus, & talis ſolum reperitur in animalibus perfectis, qui quidem conſtituit modum viuendi diſtinctum ab alijs, non autem primus. Tertia concluſio. vegetabilia viuunt, quæ probatur tali ratione. In quibuſcunq; enim eſt vnus prædictorũ quatuor modorum viuendi, illa dicuntur viuere, ſed omnia vegetabilia ſunt huiuſmodi. Omnia enim habent in ſeipſis potentiam quandam, & principium, quo ſuſcipiunt motum augmenti & decrementi, ergo ſequitur quod vegetabilia viuunt. Et non ſolum viuunt (vt dicit Doctor ſanctus) dum augẽtur, & decreſcunt, ſed tandiu viuunt, quandiu poſſunt accipere nutrimentũ, per quod fit augmentum.

mentum. Ex prædicta concluſione Philoſophus infert primo ꝙ animalia tam imperfecta quàm perfecta, ſimiliter, & homines viuunt, quia in omnibus animalibus eſt aliquis modus viuendi, cum in eis ſit ſenſus, præſertim ſenſus tactus, ſine quo in eis non eſt vita. Secundo infert ꝙ inter prædictos modos viuendi ille modus, qui eſt ſecundum augmentum & decrementum eſt prius ordine naturæ generationis, quod ſic patet. Nam quando duo ſic ſe habent ꝙ vnum eſt ab altero ſeparabile, & non ecõuerſo, illud, quod eſt ſeparabile eſt prius, ſed inter prędictos modos viuendi ille modus, qui ſumitur ſecundum principium augmenti, & alimenti poteſt ſeparari ab alijs modis viuendi, & non econuerſo, loquendo in rebus naturalibus, nam ille modus viuendi reperitur in plantis. ſ. in quibus alius modus non reperitur, ergo ille modus eſt Prius. Circa prædicta dubitatur. Primo vtrum prędicta definitin animę poſſet demonſtrari, & arguo quod non, quia quod quid eſt non poteſt demonſtrari de eo, cuius eſt, vt patet ſecundo Poſterio. ſed definitio indicat quod quid eſt, ergo definitio non poteſt demonſtrari de eo, cuius eſt ſcilicet de diffinito. Præterea. Nullum medium demonſtrationis poteſt demonſtrari, cum medium non intret concluſionem, ſed definitio eſt medium demonſtrationis, ergo nulla definitio poteſt demonſtrari. Præterea. Nihil notius competit definito quàm ſua definitio, ſed demonſtratio procedit ex notioribus, non ſolum ſecundum naturam, ſed etiã quo ad nos, ergo &c. Reſponſio. Dicendum quod duplex eſt definitio, quædam materialis, quædam formalis (vt ſæpius dictum eſt.) Definitio materialis poteſt demonſtrari à priori ſecundum naturam, & econuerſo definitio formalis poteſt demonſtrari per materialem tanquam à priori quo ad nos, quoniam autem definitio animæ prima, quæ demonſtratur de anima per ſecundam eius definitionem ſcilicet per hanc quod eſt principium viuendi dicit cauſam reſpectu ſecundæ definitionis, ideo illa demonſtratio eſt à poſteriori ſecundum naturam, ſed à priori quo ad nos. Manifeſtum eſt enim quod anima non eſt actus forma ex eo ꝙ eſt principium viuendi, ſed ex eo quod eſt forma, eſt principium viuendi. Ex quo ſequitur ꝙ illa demõſtratio dicitur demonſtratio, quia eſt, & non propter quid, de quo clarius videbitur in capitulo ſequenti. Ad primum dicendum quod definitio poteſt accipi dupliciter, vno modo inquantum definitio eſt, & ſic non poteſt demonſtrari de definito, alio modo poteſt ſumi materialiter, loco videlicet, alicuius paſsionis, ſic illo modo poteſt demonſtrari de definito. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum. Ad tertium dicendum ꝙ aliquid notiori modo poteſt conuenire definito quo ad nos quam ſua definitio, & inter definitiones vna poteſt eſſe notior altera. Dubitatur ſecundo vtrum anima ſit tota in toto & tota in qualibet parte ſui, & arguitur, ꝙ non quia vnumquodque recipitur in aliquo ſecundum modum recipientis, ſed modus corporis in quo anima ſuſcipitur eſt talis, videlicet quod vbi eſt vna pars, ibi non eſt alia, ergo modus animæ erit talis quod vbi eſt vna pars eius non erit altera, & ſic non eſt tota in toto. Præterea. Illa forma, quæ eſt in qualibet parte, habet denominare quamlibet partem, ſicut quælibet pars ignis eſt ignis, ergo ſi anima ſit in qualibet parte corporis, quælibet pars erit animal, quod eſt falſum. Præterea. Propriæ perfectioni debet corriſpondere proprium perfectibile, ſed propriũ perfectibile, quod correſpondet animæ eſt corpus organicum, vt ex ſupradictis patet, cum ergo quælibet pars corporis non ſit organica, ſequitur quod anima non ſit in qualibet parte. Præterea. Nihil poteſt deſtitui à ſua propria operatione, ergo ſi anima ſit in vnaquaque parte corporis, ſequitur quod in qualibet parte corporis ſint propriæ eius operationes quod eſt falſum, alias quælibet pars intelligeret. Præterea. Vbicunque eſt ſubiectum, ibi eſt propria paſsio, ſed proprietates animæ ſunt eius potentiæ, ergo vbicunque eſt anima ibi ſunt eius potentiæ, ſed manifeſtum eſt, quod potentiæ animæ non ſunt in qualibet parte corporis, ergo nec ipſa anima. Præterea. Si in qualibet parte corporis eſſet tota, ſequeretur quod vna parte abſciſſa corrumperetur tota anima, conſequens eſt contra experientiam, ergo &c. In contrarium arguitur, quia forma indiuiſibilis vbi eſt, tota eſt, ſed anima eſt in qualibet parte corporis, cum quælibet pars corporis ſit animata, ergo eſt tota in qualibet parte, quod autẽ ſit tota in toto manifeſtum eſt, quia propria perfectio eſt in proprio perfectibili, ſed corpus eſt proprium perfectibile animæ, ergo &c. Item anima eſt vbi operatur, ſed anima operatur in toto corpore, & in qualibet parte eius, ergo &c. Reſponſio. Dicendum quod triplex eſt totalitas, videlicet totalitas quantitatiua, vt linea vel corpus totalitas eſſentiæ, & totalitas virtutis. Animam ergo eſſe totam in toto & totam in qualibet parte eius, poteſt intelligi tripliciter. Vno modo de totalitate quantitatiua, & ſic anima nullibi eſt, cum non ſit quanta neque per ſe neque per accidens, præſertim loquendo ad animam, quæ eſt forma animalium perfectorum. Alio modo poteſt intelligi totalitate virtutis, ſic & anima non eſt tota in qualibet parte corporis, cum non poſsit omnes operationes eius exercere in qualibet parte. Tertio modo poteſt intelligi de totalitate eſſentiæ, ſic anima eſt tota in toto & tota in qualibet parte, hoc eſt, quod communiter dicitur quod anima eſt tota in qualibet parte nõ totaliter. Ad primum dicendum quod hoc quod vnumquodque recipitur ſecundum modum recipientis poteſt intelligi dupliciter, (vt inquit Doctor ſanctus in quæſtionibus de anima.) vbi ad vnguem hanc materiam declarat. Vno modo ſecundum naturam eius. Alio modo ſecũdum capacitatem recipientis. Vnumquodque autem recipitur in recipiente, ſecundo modo, non autem primo. Vnde non oportet quod anima habeat iſtam naturam corporis vt vbi eſt vna pars eius ibi ſit alia. Ad ſecundũ dicendum ꝙ duplex eſt forma, quædam eſt imperfecta, quæ non requirit diuerſitatem partium, & talis bene denominat quamlibet partem, alia eſt forma perfecta, quæ requirit diuerſitatem partium ob diuerſas operationes, & talis non denominat omnes partes realiter, niſi forte denominatiue vel concretiue. Ad tertium dicendum ꝙ duplex eſt perfectibile ipſius animæ, quoddam eſt principium, & tale debet eſſe organicum, pars autem ipſius corporis eſt perfectibile ipſius animæ ſecundarium, non autem primarium, vnde ratio non ſequitur. Ad quartũ dicendum ꝙ licet anima non exerceat quamlibet eius operationem in quamlibet partem, non tamen deſtituitur à ſua propria operatione, quia anima operatur mediãtibus ſuis potentijs, quarum aliqua requirunt partem determinatam corporis. Vnde augmentum bene concludebat ꝙ anima non eſt totaliter in qualibet parte eius. Et per hoc patet ſolutio ad qointum. Ad vltimum dicendũ negando ſequelam, quia anima non eſt tota in toto totalitate quantitatiue. vnde quando vna pars abſcinditur, anima non corrumpitur quantũ ad eſſentiam eius, ſed quantum ad modum eſſendi, quem habuit in illa parte.

Sequitur

Sequitur textus. {Vtrum autem &c.}
Hæc eſt lectio quarta eiuſdem libri, & in commento S. Thomæ.

ISTud eſt vltimum capitulum primi tractatus, in quo Philoſophus ſoluendo duas quæſtiones ponit quatuor concluſiones, ex quibus infert tria corollaria. Prima concluſio eſt. Partes animæ, videlicet vegetatiuũ, ſenſitiuum, motiuum, & appetitiuum non ſunt ſeparabiles loco & ſubiecto. Hæc concluſio probatur tali ratione. Ea, quæ reperiuntur, in eadem parte corporis nõ ſunt ſeparabilia loco & ſubiecto, ſed prædictæ partes reperiũtur in eadem parte corporis, ergo non ſunt ſeparabiles & loco & ſubiecto. Probatio minoris, quia in parte decisa animal a imperfecti remanet vita & ſenſus, ſed vbi eſt ſenſus, ibi eſt phantaſia, cum phantaſia non ſit niſi motus factus à ſenſu, & vbi eſt phantaſia, ibi eſt principium motiuum, & vbicunque eſt ſenſus, ibi eſt deſiderium, cũ ibi ſit delectatio & triſtitia. ergo vegetatiuum, ſenſitiuum, & cætera, inueniuntur in vna parte corporis deciſa. Ex prædictis infert ꝙ licet in vno corpore animato imperfecto, ſit anima vna tantum in actu, tamen in eo ſunt plures animæ in potentia, quæ per ſolam deciſionem reducuntur ad actum, & ſimile de animalibus imperfectis. Contra prædictam concluſionem ſic primo arguitur. Viſus, & auditus ſunt partes animæ, & tamen ſunt ſeparatæ loco & ſubiecto, ergo partes animæ ſunt ſeparabiles ſubiecto. Præterea. Phantaſia eſt potentia organica in determinata parte corporis ſituata, ergo non vbicunque reperitur ſenſitiuum reperitur phãtaſia. Ad primum dicendum ꝙ duplices ſunt partes animæ, quædam ſunt partiales, & illæ diſtinguuntur loco & ſubiecto, ſicut ſunt viſus & auditus. Aliæ ſunt partes totales animæ, de quibus eſt hic ſermo, & tales non diſtinguuntur loco, ſiue ſubiecto. Ad ſecundum dicendum quod duplex eſt phantaſia quædam eſt indeterminata & imperfecta, & talis nõ habet determinatam partem, de qua hic eſt ſermo, alia eſt phantaſia determinata, que reperitur in animalibus quibuſdam perfectis, & talis requirit determinantem partem, de qua procedebat argumentatio. Secunda concluſio. Prædictę partes animę ſunt ſeparabiles, id eſt diſtinctæ ratione, id eſt ſpecie, hæc concluſio probatur tali ratione, quia potentiæ diſtinguũtur per actus, & actus per obiecta, cum ratio cuiuſcunque potentiæ ſumatur ſecundum ordinem ad actum, ſed actus animæ ſunt diuerſi ſecundum ſpeciem vt infra patebit, ergo ſequitur quod partes animæ, videlicet potentiæ ſint ſeparabiles, & diſtinctæ ſecundum rationem ſpecici. Contra prædictam concluſionem ſic primo arguitur. Quæcunque conueniunt vni tertio ſingulari realiter, conueniunt inter ſe realiter, ſed potentiæ realiter conueniunt ipſi animæ, cum eadem generatione cum ipſa generentur, ergo potentiæ conueniunt inter ſe, & ſic non diſtinguuntur inter ſe ſecũdum rationem ſpecificam. Præterea, arguitur contra maiorẽ probationis, videlicet quod potentiæ diſtinguuntur per actus. Nam perfectibilia habent diſtingui per ſuas perfectiones, perfectiones autem potentiarum ſunt habitus, ergo potentiæ diſtinguũtur per habitus, & nõ per actus. Præterea. Secundum communem regulam Philoſophorum potentię diſtinguuntur per obiecta, vt infra patebit ergo non diſtinguuntur per actus. Pręterea. Formæ ſimplices ſeipſis diuerſæ ſunt, vt patet quinto Metaphyſi. ſed potentię animę ſunt formę ſimplices, ergo ſeipſis diſtinguuntur & nõ per actus. Pręterea. Eadem ſunt principia eſſendi & diſtinguendi, ſed actus nõ ſunt principia eſſendi potentiarum, ergo non ſunt principia diſtinguendi. Ad primum dicendum ꝙ potentiæ animæ diſtinguuntur realiter non ſolum ſpecifice, ſed eſſentialiter ab ipſa anima, & licet eadem generatione generentur cum anima, quia tamen non eodem modo generantur vt anima, ſed concomitatiue, ideo non oportet quod ſint eadẽ realiter. Ad ſecundum dicendum quod licet habitus ſint quædam perfectiones potentiarum ſecundum rationem propriam, eius tamen potentia nõ habet ordinem ad habitum, ſed prius ad actum, ideo magis diſtinguũtur per actus quam per habitum, vt infra clare declarabitur. Ad tertium dicendum ꝙ ad diſtinctionem obiectorum ſequitur diſtinctio actuum, vnde dicere potentias diſtingui per obiecta eſt concedere eas diſtingui per actus. Et ſi dicatur vnius potentiæ ſunt diuerſi actus, ergo non cauſat diſtinctionem potentiarum. Dicendũ quod non quęlibet diſtinctio actuum facit diſtinctionem potentiarũ. Ad quartum dicendum quod formæ ſimplices ſunt in duplici differentia. Nam ſunt quædam, quæ ſpeciem ſortiuntur ab aliquo quod in eis eſt, tales ſeipſis diſtinguuntur, vel ſaltem per differentias intrinſecas. Aliæ ſunt formæ, quæ ſpeciẽ ſortiuntur ab aliquo extrinſeco, ad quod ordinem habent, & tales diſtinguuntur non ſeipſis, nec per principia intrinſeca, ſed per extrinſeca. Ad quintum dicendum quod illa maior intelligenda eſt in his, quę ſortiuntur ſpeciem ab extrinſeco. Tertia concluſio eſt. Vegetatiuum, ſenſitiuum, motiuum ſecundum locum, appetitiuum, & intellectiuum non dicunt in eodem compoſitos diuerſas animas ſecũdum eſſentias diſtinctas, ſed dicunt diuerſas partes potentiales eiuſdem animæ, hæc concluſio elicitur ſic, vt ex dictis probari poteſt. Vnius perfectibilis eſt tantum vna propria & ſubſtantialis perfectio, ſed anima eſt propria, & ſubſtantialis perfectio corporis animati, ergo ſequitur quòd in vno corpore animato nõ eſt niſi vna anima, confirmatur extra literam. Nam vna anima, cum ſit forma ſubſtantialis, dat eſſe ſimpliciter, ſi ergo in vno & eodem compoſito eſſent plures animæ, eſſent ibi plura eſſe, ſimpliciter., & per conſequens illud compoſitum non eſſet vnum ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Attendendum eſt tamen ſecundum Philoſophum quòd prædicta in diuerſis diuerſas nominant animas, nã vegetatiuum, nominat animam vegetatiuam in vegetabilibus, ſenſitiuum animam ſenſitiuam in animalibus. Intellectiuum autem intellectiuam in hominibus. Contra prędictam concluſionem ſic primo arguitur rationibus doctoris ſancti in de ſpiritualibus creaturis. Idem non poteſt eſſe ab intrinſeco & ab extrinſeco, ſed anima vegetatiua eſt ab intrinſeco, videlicet à virtute generantis in ſemine, & anima rationalis eſt ab extrinſeco ſcilicet à creatore, ergo anima vegetatiua & anima rationalis non ſunt vna anima in homine ſecundum ſubſtantias. Præterea. Illud, quod eſt ſubſtantia in aliquo, non poteſt eſſe accidens in alio, ſed anima ſenſitiua in bruto eſt ſubſtantia, cum ſit forma ſubſtantialis eius, ergo in homine eſt ſubſtantia anima ſenſitiua, & non potentiæ animæ, & ſic idem quod prius. Præterea. Anima ſenſitiua in homine eſt nobilior quam ſit in bruto, ſed in bruto nominat formam ſubſtantialem, ergo &c. Præterea. Idem non poteſt eſſe ſecundum ſubſtantiam corruptibile & incorruptibile, ſed anima rationalis eſt incorruptibilis, & anima ſenſitiua eſt corruptibilis etiã in homine, ergo in homine anima ſenſitiua & anima rationalis ſunt diuerſæ animæ

Adprimum

Ad primum dicendum quod licet anima vegetatiua & anima ſenſitiua io alijs ab homine ſint ab intrinſeco, tamen in homine, ſi ſecundum ſubſtantiam earum conſiderentur, ſunt ab extrinſeco, quemadmodum animæ rationalis. Ad ſecundum dicendum ꝙ anima ſenſitiua, etiam in homine, eſt ſubſtantia, non tamen diſtincta ab anima rationali, & per hoc patet ſolutio ad tertium. Ad quartum dicendum ꝙ aoima ſenſitiua in homine dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo quantum ad eius poteotias, & ſic eſt corruptibilis, alio modo quantum ad eius eſſentiam, & ſic eſt incorruptibilis, ſicut & anima rationalis. Et ſi dicaſ corruptibile & incorruptibile differunt plus quàm genere, ſi ergo aoima ſeuſitiua in homine ſit incorruptibilis, & in bruto corruptibilis, ſequitur ꝙ brutum & homo differant plus quàm genere. Dicendum quod illa communis auctoritas iotelligenda eſt in his, quæ per ſe & proprie collocantur in genere, modo aoima ſenſitiua nõ collocatur in genere proprie, cum ſit forma partis, vnde ratio noo ſequitur. Hæc omnia Doctor ſanctus vbi ſupra. Quarta concluſio. Anima eſt actus corporis organici, phyſici. Hæc concluſio eſt prima deſioitio ipſius animæ, quam Philoſopbus demõſtrat per ſecundam eis definitionem tali ratione. Duorum, quorum vtroque dicimur aliquid operari illud, quod eſt primum eſt forma & actus, ſi ſecundum non eſt maius, ſed anima eſt primum principium, quo dicimur operari tam anima quam corpore, ergo anima eſt actus corporis phyſici. Minor probatur, quia anima eſt principiũ, quo viuimus, nutrimur, ſentimus, mouemur ſecundum locũ, & intelligimus primo, hæc eſt ſecunda definitio animæ. Contra hanc defioitionem ſic arguitur. Iſta defioitio nõ conuenit omni animæ, ergo eſt ioconueniens, probatio antecedentis, quia anima vegetatiua non eſt principium quo intelligimus, aut quo ſentimus, ergo &c. Præterea. Omnis definitio datur per priora, quia partes definientes ſunt principia defioiti, ſed iſta noo datur per priora, cũ detur per operationes, quę ſequuntur aĩam, ergo &c. Ad primum dicendum ꝙ iſta definitio potiſsime pro-propie datur de anima rationali, ſed ex cõſequenti & ſecundario datur de anima vegetatiua & ſenſitiua, vnde ſufficit ꝙ ipſa tota conueniat animæ rationali & ſecundum partem alijs animalibus. Et licet tota definitio debeat competere omni contento ſub defioito in vniuocis, hæc tamen non requiritur in analogis. Ad ſecundum dicendum ꝙ illa ratio procedit de definitione quiditatiua & proprie dicta. Ex prędicta concluſione infert Philoſophus tria corollaria, quorum primũ eſt, quod anima ſe babet vt ratio, & ſpecies, & non vt ſubiectum & materia. Secundum eſt quod anima non eſt ſine corpore quia eſt actus corporis per præcedentem concluſionem. Tertium corollarium eſt, quod anima eſt in corpore, nõ in quocunque, ſed in corpore orgaoico, vt ex dictis manifeſtum. Circa prędicta dubitatur, vtrum partes animalis imperfecti deciſæ viuant, & arguitur quod non quia, ſi ille partes deciſæ viuerent, in qualibet earum eſſet anima, cum anima ſit principium viuendi, & per conſequẽs an te deciſionem in toto fuiſſent plures animæ, quod eſt contra prædictam tertiam concluſionem. Præterea. Si ſic, cum ille animæ noo generentur de nouo, ſequeretur ꝙ anima eſſet partibilis, conſequens eſt falſum, cum ſit forma ſobſtantialis, cuius eſſe conſiſtit in indiuiſibili. Dicendum ad dubium quod partes prædicti animalis viuunt, quia vbicunque eſt principium motiuum, ibi eſt anima, & per conſequens vita, ſed in animalium partibus eſt principium motiuum, vt patet ad ſenſum. Ad primũ dicendum quod iſte plures animę præexiſtunt in potentia in toto aote deciſionem in potentia dico actui propinqua, quæ per vnicum actum decidentis ad actum reducuntur, non tamen ibi ſunt plures animæ in actu formaliter, vnde ratio non ſequitur. Ad ſecundum dicendum quod in partibus illis oon ſunt diuerſæ animæ ex hoc quod vna anima diuiditur in plures animas, ſed ex hoc quod plures animæ exiſtentes io potentia reducuntur ad actum per ipſam deciſionem, ſicut videmus in elementis. Nam in tota aqua eſt vna forma ſubſtantialis aquæ actu, ſed dum vna pars aquæ extrahitur & ſeparatur à toto, ibi ſunt plures formæ ſubſtantiales in actu reductæ per ipſam diuiſionem.

TRACTATVS SECVNDVS ſuper Secundum Librum de Anima in octo & decem Capita diuiſus.

1 *Diuidit animæ potentia.*
2 *Earum originem tractat.*
3 *Tractat de anima vegetatiua.*
4 *De operibus & obiecto animæ vegetabilis.*
5 *De potentia ſenſitiua agit.*
6 *De eadem reſpectu ſui actus.*
7 *Diſtinguit ſenſibilia per ſe & per accidens.*
8 *De ſenſibili ſenſu viſus.*
9 *De colore.*
10 *De ſono, & ſenſibili ſenſus auditus.*
11 *De eodem vt immutat auditum.*
12 *De voce.*
13 *De odore & odorabili.*
14 *De eodem vt immutat olfactum.*
15 *De guſtabili.*
16 *De tangibilibus.*
17 *De diſcrimine tactus & guſtus.*
18 *De ſenſu ſecundum ſe.*

Sequitur in textu. {Potentiarũ autem etc.} Hic eſt ſecundus tractrtus ſecundi libri de Anima. Et eſt quinta lectio eiuſdem libri, & in commento S. Thomæ.

ISTE eſt Secundus tractatus iſtius ſecundi libri, in quo Philoſophus determinat de partibus animæ, poſtquam determinauit de Anima quid eſt ſecundum eius eſſentiam, & ponit decem & octo capitula. In primo capitulo determinat de diuiſione potentiarum & hoc in principio. In ſecundo determinat de ordine & origine earundem. ibi. {Qualiter autem vnumquodque &c.} Io tertio capitulo determinat de potentia vegetatiua ſecundum ꝙ eſt principium ſuarum operationum. ibi. {Quoniam primũ de aliquo.} In quarto capitulo determinat de operationibus animæ vegetatiuę & earum obiectis. ibi. {Quoniam autem. Io quinto determinat de potentia ſenſitiua ſecundum ſuam eſſentiam, oſteodendo quid eſt ſenſus & qualiter ſenſus eſt potentia ibi. {Determinatis autem his.} Io ſexto capitulo determinat de potentia ſenſitiua per reſpectum ad actum, oſtendendo qualiter reducitur ad actum. ibi {Diuidendum autem.} In ſeptimo capitulo de

ſenſibilibus

ſenſibilibus in cõmuni ponendo differentiam inter ſenſibilia per ſe & per accidẽs.ibi. {Dum autem ſecundum vnumquodq;.} In octauo capitulo de ſenſibilibus viſus, videlicet de colore, oſtendendo quid eſt color, quid lumen, & quid diaphanum. ibi {Cuius quidem viſus.} In nono determinat de colore per reſpectum ad diaphanum. ibi {Eſt autem ſuſceptiuum coloris.} In decimo de ſenſibili auditus, videlicet de ſono abſolute. ibi {Nũc autem primum de ſono.} In vndecimo de ſono ſecundum quod auditus immutatur ab eo. ibi. {Vacuum autem.} In duodecimo determinat de voce, quę eſt ſpecies ſoni.ibi {Vox autem ſonus quod.} In tertiodecimo de ſenſibili olfactus abſolute, videlicet de odorabili. ibi. {De odore autem.} In quartodecimo de odorabili ſm quod ab eo immutatur olfactus.ibi {Eſt autẽ olfactus.} In quintodecimo de ſenſibili guſtus, videlicet de guſtabili.ibi {Guſtabile autem.} In ſextodecimo determinat de ſenſibili tactus, videlicet de tangibilibus. ibi {De tangibili autem & tactu.} In decimoſeptimo determinat de differentia tactus & guſtus.ibi {Dubitabilem autem vtique} Decimo octauo determinat de ſenſu ſecundum ſe abſolute. ibi {Oportet autem vniuerſaliter.} In quo ſecundum ſententiam Doctoris ſancti terminatur iſte liber ſecundus. In primo igitur capitulo huius ſecundi tractatus ponit Philoſophus tres concluſiones, quarum prima eſt. Tantum ſunt quinque genera potẽtiarum animę, videlicet vegetatiuum, appetitiuum, ſenſitiuum, & ſecundum locum motiuum & intellectiuum. Hæc concluſio probatur elicitiue tali ratione Philoſophi, quam deducit hic Doctor ſanctus. Nam potentiæ, cum ſecundum propriam rationem ordinentur ad actum, diſtinguuntur ſecundum diuiſiones actuum & operationum, ſed quælibet operatio animę cum ſit principium eſſendi, attribuitur ei ſecundum aliquod eſſe, vel ergo talis operatio attribuitur ei ſecundum eſſe penitus materiale, ſic ſumitur potentia vegetatiua, vel attribuitur ei ſecundum eſſe immateriale, & hoc dupliciter, vel attribuitur ei ſecundum quod ipſa ſuſcipit aliquod obiectum ſecundum eſſe penitus immateriale, ſic ſumitur potentia intellectiua, vel ſecundum eſſe medium inter materiale & immateriale, ſic ſumitur potentia ſenſitiua. Si ſecundum, & hoc dupliciter vel potentia tendit in tale obiectum ſecundum quod eſt primum in intẽtione, ſic ſumitur potentia appetitiua, vel tendit ad ipſum ſecundum eſſe quod habet in executione, ſic ſumitur potentia motiua ſecundum locum. Aliter poteſt probari & clarius. Nam potentiæ diſtinguuntur per actus, vero per obiecta, ſed potentia quanto eſt vniuerſalior tanto reſpicit obiectum ſecũdum rationem vniuerſaliorem, ergo potentiæ animæ (cum ſit vniuerſales) diſtinguuntur ſecundum rationes obiectorum magis & minus vniuerſales, ſed tales rationes ſe habent in quintuplici differentia, ergo quinque ſunt genera potentiarum, vltima ſubſumptio ſic deducitur. Nã omnis potentia, aut reſpicit obiectũ, quod eſt tantum animæ vnitum, vel reſpicit obiectum, quod non ſolum animæ eſt vnitum. Si primum, ſic eſt potentia vegetatiua. Si ſecundum & hoc dupliciter, vel reſpicit idem obiectum ſecundum ꝙ aptum natum eſt ſuſcipi in ea ſm eius ſimilitudinem, aut ſecundum quod tendit in ipſum obiectum, ſi primum, hoc eſt dupliciter, vel reſpicit idem obiectum ſecundum eſt ſuſceptibile ſine conditionibus materialibus, ſic eſt potentia intellectiua, vel ſecundum ꝙ eſt ſuſceptibile cum conditionibus materialibus, ſic ſumitur potentia ſenſitiua. Si ſecundũ, hoc eſt dupliciter, vel tendit in idem obiectum inquantum habet eſſe in intentione, ſic ſumitur potentia appetitiua, vel ſecundum, eſſe, quid habet in executione, ſic ſumitur potẽtia motiua ſecundum locum. Contra prædictam concluſionem arguitur ſic, ſunt tantum tres partes animæ. ſ. anima ſenſitiua vegetatiua, & intellectiua, ergo tantum tres ſunt potẽtię cum potentiæ dicãtur partes animæ. Præterea. Sunt quatuor modi viuẽdi vt ex ſupra dictis patet, ergo cum modi viuendi ſumantur ſm operationes animæ, ſequitur quod erunt tantum quatuor potentiæ. Præterea. Anima intellectiua inter cæteras formas naturales magis aſsimilatur Deo, ſed in Deo eſt vna potentia, quæ eſt ſua eſſentia, ergo in anima non erunt plures potentiæ. Præterea. Quanto virtus eſt altior, tanto eſt magis vnitas, ſed anima rationalis eſt altior quã anima vegetatiua, ergo (cum in anima vegetatiua non ſint quinque genera potentiarum.) ſequitur ꝙ neq; in anima intellectiua erunt quinque genera potentiarum. Præterea. Pręter predictas potentias in anima reperitur potentia obedientialis, vt patet per Doc. ſan. in de potentia. q. prima, ergo ſequitur ꝙ ſunt plura genera potentiarum quam quinque. Pręterea. Voluntas eſt quædam potẽtia animæ & tamen non enumeratur hic, ergo &c. Præterea illud, quod eſt commune omni enti non eſt potentia animę, ſed appetitiuum eſt commune omni enti, quia omne ens appetit ſuam perfectionem, ergo appetitiuum non eſt vna potentia, & ſic non ſunt quinque. Ad primum dicendũ ꝙ duplices partes animę ſunt. quędam ſunt partes animæ ſubiectiue, ſic tantum tres ſunt partes animæ, vt voluit argumentum, aliæ ſunt partes potẽtiales, de quibus eſt ad propoſitum, & ſic ſunt quinque. Et ſi quæratur, quare eſt quod ſunt quinque tantum genera potentiarũ animæ, & quod ſunt tantum tres animæ. Dicendum ſecundum Docto. ſan. in lectione, quod diuerſitas animarum ſumitur ſecundum diuerſitatem eſſe corporis animati, ſed tãtum eſt triplex eſſe quod inuenitur in viuentibus. Nam quoddam eſt eſſe materiale, & ſic ſumitur anima vegetatiua, aliud eſt eſſe penitus immateriale, ſic ſumitur anima intellectiua, aliud eſt medio modo ſe habens, ſic ſumitur anima ſenſitiua, vnde tantum ſunt tres partes animæ, potentiæ vero diſtinguuntur ſecũdum diuiſionem actuum & obiectorum, vnde non eſt ſimile. Ad ſecundum negat conſequentiam, quia modi viuendi ſumuntur ſecũdum diuerſos gradus viuentium, & non ſecundum operationes vitæ, ſecundum quas ſumuntur genera potẽtiarum, vt hic dicit. Doct. ſan. formaliter. Ad tertium dicendum quod anima intellectiua magis aſsimilatur Deo quam aliæ formæ naturales, quia poteſt pertingere ad nobiliorem finẽ & altiorem, ſcilicet ad beatitudinem quam aliæ formæ naturales, licet non poſsit ad eam pertingere, niſi varijs & diuerſis operationibus procedentibus à diuerſis potentijs. Ad quartum dicendum ꝙ cæteris paribus, videlicet quando potentiæ ad æqualia ſe extendunt, tunc quãto virtus eſt altior, tanto magis eſt vnita, ſecus autem eſt ſi ad inęqualia ſe extendant, cum igitur anima intellectiua ad plura ſe extendat obiectiue & ad altiora quam anima vegetatiua, ideo ratio non ſequitur. Ad quintum dicendũ pro nunc quod potentia obedientalis non diſtinguitur genere, aut ſpecie à prædictis potentijs, cum illa potentia, quæ dicitur naturalis, poſsit dici obedientalis, diuerſis tamen rationibus, vnde potentia intellectiua ſecundum quod comparatur ad ſuum obiectum naturale, dicitur naturalis potentia, ſecundum vero ꝙ conſideratur inquantum poteſt cognitionem ſuſcipere ſupernaturaliter

raliter infuſam, dicitur potentia,obedientialis. Ad ſextū dicendum quod voluntas compræhenditur ſub potentia appetitiua, cum voluntas ſit appetitus intellectiuus. Ad vltimum dicendum quod duplex eſt appetitus, quidam eſt appetitus naturalis,& talis non conſtituit potentia animæ,de quo procedebat argumentum,alius eſt appetitus animalis, qui ſequitur formam apprehenſam à re exteriori & talis dicitur potentia animæ vnde argumentum laborabat in æquiuoco. Secunda concluſio eſt, quod appetitum ineſt omnibus animalibus. Hanc concluſionem probat Philoſophus duabus rationibus,quarū prima eſt. Nam omnia animalia habent vnum ſenſum ad minus ſcilicet tactum, ſed cuicunque ineſt ſenſus, ineſt delectatio & triſtitia, & cuicunque ineſt delectatio, & triſtitia ei ineſt concupiſcentia,quæ eſt appetitus delectabilis, ergo de primo ad vltimum ſequitur quod omnibus animalibus, quibus ineſt ſenſus tactus ineſt appetitus. Secundario eſt. Omnia alimenta habent ſenſum alimenti, qui dicitur ſenſus tactus, ſed quibuſcunque ineſt ſenſus alimenti, bis ineſt eſuries & ſitis, ſed vbicunque eſt eſuries & ſitis, ibi eſt delectatio, & cuicunque ineſt delectatio ei ineſt appetitus, ergo in omnibus animalibus eſt appetitus. Circa hanc concluſionem conſiderandum eſt ſecundum Philoſophum quod prædicta genera potentiarum ſeinuicem quodammodo conſequuntur.

Nam in quibuſdam eſt vegetatiuum tantum, vt in plantis, in quibuſdam vero cum vegetatiuo eſt ſenſitiuum & appetitiuum, ſicut in omnibus animalibus. In quibuſdā vero cum illis tribus eſt motiuum ſecundum locum, videlicet in animalis perfectis. Quibuſdam vero cum omnibus prædictis ineſt intellectiuum, vt in hominibus.

Tertia concluſio. Illa anima quæ eſt vltima ordine generationis, includit virtute alias animas priores. Hanc concluſionem probat Philoſophus tali ratione. Sicut eſt in figuris ita eſt in formis,& per conſequens in animalibus, ſed poſterior figura, videlicet tetragonum, includit in ſe virtute priorem figuram ſcilicet trigonum, ergo vltima forma ſubſtantialis includit in ſe virtualiter formas priores, licet non formaliter. Ex prædictis infert Philoſophus vnum corollarium contra Platonem, videlicet quod non eſt ponenda vna definitio animę ſeparata, quæ non conueniat animabus particularibus quia ſecundum eum nō debet poni vna ratio communis figurarum ab eis, cum ergo animæ ſe habeant ſicut figuræ & ſicut numeri, non debet poni vna definitio animę, quę ſeparetur ab animabus. Circa prędicta dubitatur, vtrum potentię animę diſtinguantur per obiecta Et videtur quod non quia prius non debet diſtingui per poſterius, ſed potius econuerſo, ſed potentia eſt prior obiecto cum ſit propinquior eſſentiæ animæ, ergo potentiæ non debent diſtingui per obiecta. Præterea. Differentia ſpecifica ſumitur per id, quod eſt intrinſecum rei cum ſit eſſentialis, vt patet per Por. ſed obiectum eſt quoddā extrinſecū potentiæ, ergo &c. Præterea. Contraria maxime à ſeinuicem diſtant, vt patet. 5. meta. ergo ſi potentiæ diſtinguerentur per diſtinctionē obiectorum, ſequeretur quod contraria non pertinerent ad eandem potentiā, conſequens eſt cōtra Philoſophum. 9. meta. ergo &c. Pręterea. Homo, aſinus, lapis & ſimilia inter ſe differunt,& tamen pertinent ad eandē potentiam ſcilicet intellectiuam, ergo vt ſupra. Præterea corruptibile & incurruptibile, pluſquam genere differunt, & tamen non cauſant diſtinctionem potentiarum, ergo &c. Præterea. Opinatiuum & ſcientificum ſunt diſtinctæ potentiæ, vt expreſſe deducit Doct. ſan. in quæſtionibus de anima,& tamen non habent obiecta diſtincta ſecundum ſpeciem cum ſe habeant ſicut perfectum & imperfectum, ergo &c. Præterea. Si diſtinctiones potentiarum attenderentur ſecundum diuiſionem obiectorum, ſequeretur ꝙ obiectis non exiſtentibus, potentiæ non diſtinguerentur inter ſe, conſequens eſt falſum, quia dato ꝙ nullus ſonus eſſet & nullus color, ad huc potentia auditiua & viſiua diſtinguerentur inter ſe. ergo &c. Præterea, potentia viſiua in homine & potentia viſiua in aſino differunt ſpecie, cum ad diſtinctionem ſubiectorum ſequatur diſtinctio accidentium, & tamen non habent diuerſa obiecta, vtraque enim reſpicit colorem obiectiue, ergo &c. Præterea. Accidentia diſtinguuntur per eorum ſubiecta, ſed potentiæ ſunt accidentia, ergo potentię diſtinguuntur per ſubiecta & non per obiecta. Præterea. Intellectus & voluntas ſunt potentiæ eſſentialiter diſtinctæ,& tamen non habent obiecta eſſentialiter diſtincta, quia verum, quod eſt obiectum intellectus, & bonum, quod eſt obiectum voluntatis, non differunt eſſentialiter ſed ratione tantum. ergo &c. Reſponſio, dicendū ad dubium ꝙ potētias diſtingui per eorum obiecta poteſt intelligi dupliciter. Vno modo loquendo de diſtinctione numerali potentiarum, vel ſpecifica, ſi primo modo, ſic potentiæ diſtinguuntur per eorum ſubiecta & non obiecta, ſi ſecundo modo, hoc eſt dupliciter, vel loquendo de diſtinctione ſpecifica obiectorum, vel de diſtinctione generica, ſi primo modo, ſic etiam potentię non diſtinguūtur per obiecta. Si ſecundo modo, hoc eſt dupliciter, vel loquendo de diſtinctione generica ſecundum genus naturæ, vel loquendo de diſtinctione ſecundum rationem genericam cognoſcibilitatis, ſi primo modo, ſic etiā potentiæ non diſtinguuntur per obiecta. Si ſecundo modo, ſic potentię poſſunt diſtingui per obiecta. quod ſic patet. Potentia ſecundum rationem eius ordinatur ad actum, ſed actus potentiarum diſtinguuntur per obiecta, ergo & ipſe potentiæ. Probatio minoris, omne obiectum cōparatur ad actum ſicut principium, ſi ſit actus potentiæ paſſiuæ, vel etiam ſicut finis ſi ſit actus potentię actiuę, ergo diſtinctio actuum potentiarum ſumitur ab obiectis. Pro ampliori declaratione huius conſiderandum eſt ꝙ diuerſitas actuum poteſt attendi quinque modis ſecūdum Doctorem ſanctum in quæſtionibus de veritate quæſtione. 15. argu. 2. ad 12. Vno modo ſecundum fortitudinem & debilitatem, ſicut credere & opinari. Secundo modo ſecundum velocitatem & tarditatem, vt currere & moueri. Tertio modo ſecundum habitum & priuationem, vt quieſcere & moueri. Quarto modo ſecundū comparationem ad contraria eiuſdem generis, vt videre album & videre nigrum. Quinto modo ſecundum repugnantiam diuerſorum generum, ſicut videre colorem,& audire ſonum,& ſic de ſimilibus. Iſto autem quinto modo ſolum diuerſitas actuum cauſat diuerſitatem potentiarum. Tunc ad ſolutiones. Ad primum dicendum, ꝙ licet potentiæ ſecundum eſſe præcedant ipſa obiecta, tamen obiecta inquantum habent intentionem & rationē mouendi pręcedunt potentias,& iſto modo ab eis ſumitur diſtinctio potentiarum. Ad ſecundum dicendum, ꝙ licet diſtinctio ſpecifica formarum, quæ non habent dependentiam ad aliud ſumatur ab intrinſeco, tamē diſtinctio illarum formarum, quæ in ſua definitione dicunt ordinem ad aliquid ſumitur ab aliquo extrinſeco, non tamen inquantum extrinſecum, ſed inquantum poteſt cōformari ipſis. Ad tertium quartum & quintum patet ſolutio ex dictis. Ad ſextum dicendum ꝙ ratiocinatiuū,

& opinatiuum

& opinatiuum ſunt quæ potentiæ, quæ continentur ſub potentia intellectiua, veruntamen contingens, quod eſt obiectum opinatiui, poteſt conſiderari dupliciter, vno modo in quantum contingens, & ſic non pertinet ad ratiocinatiuum ſiue ſcientificum, cum vt ſic de eo nõ poſſit baberi certa cognitio, ſed pertinet ad opinatiuum, alio modo poteſt conſiderari contingens inquantum habet rationem entis intelligibilis, licet imperfectam, & iſto modo pertinet ad ſcientificum, ſicut ratiocinatiuum. Vnde in prima parte Doct. ſan. vbi videtur innuere ꝙ opinatiuum & ſcientificum diſtinguuntur propter hoc quod cõtingens & neceſſarium ſe habeant vt perfectum & imperfectum, accipit contingens ſecundo modo, ſed in de veritate, vbi ſupra, accipit primo modo contingens, vbi videtur velle expreſſe ꝙ opinatiuum & ſciẽtificum ſunt diuerſæ potentiæ, quia vt ibidem dicit habent diuerſa obiecta ſecundum rationem cognoſcibilis diſtinctam, de quo clarius videbitur quinto Metaphy. capitulo. Poteſtas. Ad ſeptimum dicendum ꝙ potentiæ non diſtinguuntur per actualem exiſtentiam obiectorum ſed per habitudinem habitualem, quam habent ad ipſa, vnde licet color & ſonus non eſſent in rerum natura, tamen viſus haberet aliam habitudinem ad colorem, quam auditus ad ſonum. Ad octauum dicendum negando maiorẽ, immo potentia viſiua in omnibus animalibus eſt eiuſdẽ ſpeciei, & licet diſtinctio naturalis actuum ſumatur à diſtinctiones ſubiectorum, non tamen diſtinctio ſpecifica, ſicut albedo, quæ eſt in pariete & quæ eſt in homine, ſunt eiuſdem ſpeciei, licet homo & paries differant ſpecie. Et per hoc patet ſolutio ad nonum. Ad decimum dicendum quod diſtinctio formalis obiectorum ſecundum rationem ſufficit ad diſtinctionem potentiarum immaterialium, quæ ſe naturaliter extendunt ad omnia entia. vnde, cum intellectus & voluntas extendant ſe ad omnia entia, ſufficit quod eorum obiecta diſtinguantur ſecundum rationem cognoſcibilitatis.

Sequitur textus. § Quare autem vnumquodque quærendum &c. § Hic incipit lectio ſexta eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTud eſt ſecũdum capitulum ſecũdi tractatus in quo Philoſophus determinando potentiarum ordinem ponit tres concluſiones, quarum prima eſt. Potentiæ animæ habent ordinem inter ſe. Hæc concluſio probatur tali ratione. Vbicunque non conuertitur ſubſiſtendi cõſequentia, ibi eſt ordo prioris & poſterioris, ſed in potẽtijs non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ergo inter eas eſt ordo. Probatio minoris, quia vbicunque inuenitur intellectiuum inueniuntur aliæ potentiæ, non tamen econtra, ſimiliter vbi inuenitur ſenſitiuum, ibi inuenitur vegetatiuum, & non econuerſo, ſimiliter vbi inuenitur motiuum ſecundum locum inuenitur appetitiuum ſenſitiuum, & vegetatiuum, non tamen econtra, ergo in prædictis potentijs non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia. Contra hanc concluſionem ſic arguitur. Quæcunque ſimul cadunt ſub eadem diuiſione, nõ habent ordinem prioris & poſterioris cum ſpecies quæcunque contineantur ſub ſuo genere, ſed potentiæ prædictæ ſunt huiuſmodi, cum diuidantur inter ſe. ergo inter eas eſt ordo. Præterea. Si inter eas eſſet ordo, ſequeretur ꝙ operatio vnius habere dependentiam ad operationẽ alterius, conſequens eſt falſum, ergo &c. Præterea. In præcedentibus probatum eſt quod vbicunque eſt ſenſitiuum, ibi & appetitiuum & motiuum ſecundum locum, & hic dicitur oppoſitum ergo &c. Pro ſolutione iſtorum argumentorum aduertendum eſt quod inter potentias poteſt aſſignari ordo dupliciter. Vno modo ſecundum dependentiam vnius potentiæ ab alia. Alio modo ſecundum ordinem obiectorum, primo modo attendit duplex ordo, videlicet ordo generationis, & ordo perfectionis, ordine autem generationis vegetatiua eſt prima, ſenſitiua, ſecũda, tertia appetitiua, quarta motiua ſecundum locum, vltima intellectiua. Ordine vero perfectionis eſt ordo reuerſus. Ordo vero potentiarum, ſecundum ordinẽ obiectorum ſumitur ſecundum vniuerſaliorem & priorem rationem obiecti, ſicut viſus, qui reſpicit obiectũ, quod reperitur tam in corporibus ſuperioribus, quam inferioribus præcedit auditum, qui reſpicit obiectum, quod ſolum reperitur in iſtis inferioribus, & ſic de ſimilibus. Solutiones. Ad primum dicendum, quod licet ſpecies conſideratæ ſecundum perfectionem generis æqualiter contineantur ſub genere tamen ſi conſiderentur ſecundum eſſe earum, ſic vna eſt prior alia, vt patet in numeris & figuris. Ad ſecundum negatur ſequela, niſi fiat locutio de ordine potentiarum, qui ſumitur, ſecundum ordinẽ obiectorum, hæc omnia Doct. ſan. in prima parte. q. 77. ar. 4. Ad tertium dicendum ꝙ ſuperius Philoſophus loquebatur de motu imperfecto ſecundum locum, hic vero loquitur de principio motiuo progreſſiui motus. Secunda concluſio. Prius determinandum eſt de potentijs quantum ad earum quidditatem, quam de alijs, quæ conſequuntur ipſas potentias. Hęc cõcluſio probatur per Docto. ſan. in lectione, quia omnis cõfuſio in doctrinalibus ſcientijs eſt vitanda, ſed ſi ſimul de potentijs determinaretur quantum ad earum quidditatem, & de his, quæ cõſequuntur, eſſet confuſa doctrina, ergo &c. Tertia concluſio. Prius determinandum eſt de obiectis & actibus potentiarum, quàm de ipſis potentijs. Hæc concluſio probatur tali ratione, quia de prioribus prior eſt ſpeculatio, ſed obiecta præcedunt actus, actus vero potentias quãtum ad intentionem, & rationem mouendi, ergo &c. Et ſi dicatur Philoſophus, prius determinauit de potentijs, quam de obiectis. Dicendum, ꝙ licet Philoſophus determinauerit in generali prius de potentijs. (videlicet diuiſiue) tamen quando de eis determinat in ſpeciali, prius determinat de obiectis, vt infra patebit. Circa prædicta dubitatur primo, vtrum potentia animæ realiter diſtinguatur ab eius eſſentia, & arguitur ꝙ non, quia potentia materiæ non diſtinguitur ab eius eſſentia, ergo à ſimili potentia animæ non diſtinguitur ab eius eſſentia. Præterea. Aug. 10. de trinitate ait, ꝙ mens intellectiua & voluntas ſunt ſub vna eſſentia animæ. ergo &c. Reſpondetur. Dicendum ad dubium, ꝙ neceſſe eſt dicere animam & eius potentiam diſtingui realiter, quod ſic patet. Nam potẽtia & actus cũ diuidant quodlibet genus entis, ſunt eiuſdem generis, ſed actus animæ ſunt de genere accidentis, ergo & eius potentiæ, cum ergo eſſentia animæ ſit de genere ſubſtantiæ, relinquitur quod eſſentia animæ & eius potentiæ diſtinguantur realiter, alioquin oporteret dicere quod ſubſtantia & accidens eſſent idem realiter. Tunc ad rationes. Ad primam dicendum negando conſequentiam & ratio eſt, quia potentia materię eſt ad actum primum, potentia vero formæ eſt ad actum ſecundum. vnde non eſt ſimile. Ad ſecundum rationem dubij dicendum ꝙ quando dicitur ꝙ mens intellectiua & voluntas ſunt vna eſſentia, ibi non eſt prædicatio eſſentialis, ſed

magis

magis materialis,& ſenſus ꝙ ſunt vna eſſentia,id eſt ſunt in vna eſſentia ſubiectiue. Dubitatur ſecundo, vtrũ omnes potentiæ animæ ſint ſubiectiue in anima. Et videtur quod ſic,quia omnes operationes animæ attribuuntur toti compoſito ratione animæ , ergo videtur quod potentiæ animæ omnes, quæ ſunt principia iſtarum operationum ſint ſubiectiue in anima. Dicendum breuiter ꝙ nõ omnes potentiæ animæ, ſed ſolum potentiæ intellectiuæ ſunt ſubiectiue in anima , quia non omnes operationes potentiarum animæ ſunt in anima ſicut in ſubiecto, licet omnes attribuantur animæ tãquam principio. Et inde eſt ꝙ omnes potentiæ ſunt in anima tanquam in principio,ſed nõ ſicut in ſubiecto, & per hoc patet ſolutio ad pubium. Dubitatur tertio vtrum potentiæ animæ fluant ab eius eſſentia. Et videtur quod non. Illud,à quo aliquid fluit eſt cauſa,ſed anima non eſt cauſa potentiarum,vt patet diſcurrendo per omnia genera cauſarum , ergo &c. Præterea. Id,quod fluit ab alio,ſequitur illud,ſed potentiæ animæ ſimul ſunt cum ipſa anima. ergo &c. Dicendum ad dubium quod omnes potentiæ animæ fluunt ab eius aſſentia . Quod ſic patet, quia ſubiectum eſt cauſa propriç paſsionis,ſed anima eſt ſubiectum,cuius propriç paſsiones ſunt ipſæ potentiæ,ergo &c. Ad primam rationem dubij dicendũ quod anima rationalis eſt cauſa materialis in quo potentiarum, & eſt cauſa efficiens earum, non quidem ꝙ agat per trãſmutationem realem, ſed per cõcomitantiam naturalem. Hæc omnia Doctor ſanctus in prima parte. q. 77. quaſi per totum . Et per hoc patet ſolutio ad dubium .

Sequitur in textu. ⸗ Quare primo de alimento &c. ⸗ Hæc eſt lectio ſeptima eiuſdem libri, & in commẽto S. Thomæ.

Tertium capitulum huius ſecundi Tractatus comprehendit duas lectiones commenti,ſcilicet ſeptimam & octauã huius libri, cuius octauæ textus eſt . ibi. ⸗ Empedocles autem &c. ⸗

ISTud eſt tertium capitulum,in quo Philoſophus determinando de operationibus animç vegetatiuç ſecundum ꝙ anima eſt principium earum ponit quinque concluſiones. Quarum prima eſt. Prius determinãdum eſt de potentia vegetatiua cum ſuis operationibus & obiectis,quam de alijs partibus animæ. Hæc concluſio probatur tali ratione. De communioribus prior eſt ſpeculatio, vt patet primo phyſi. ſed potentia vegetatiua eſt communior in omnibus viuentibus . Ipſa enim ſeparatur ab alijs partibus, ſed aliæ non ſeparantur ab ea , vt ſupra dictum eſt, ergo prius determinandum eſt da anima vegetatiua, cuius operationes ſunt augmentatio & nutritio . Contra hanc concluſionẽ breuiter arguitur . De prioribus prior eſt ſpeculatio,ſed potentia intellectiua prior eſt ipſa vegatatiua cum ſit perfectior,ergo prius videtur eſſe determinandum de potẽtia intellectiua. Præterea. Illud,ſine quo alia non poſſunt eſſe non eſt ſeparabile ab eis,ſed ſine potentia vegetatiua aliæ potentiæ eſſe non poſſunt , cum in eis concludatur ſicut trigonum in tetragono . ergo &c. Ad primũ dicendum ꝙ duplex eſt ordo,ſcilicet ordo generationis & ordo naturæ,qui eſt duplex,videlicet ordo naturæ generationis & ordo naturæ perfectionis. Perfectiora autem ſunt priora ordine naturæ perfectionis, nõ autem ordine naturç generationis ſeu cognitionis. Ad ſecundum dicendum quod aliquid poteſt dici ſeparabile ab alio dupliciter. Vno modo ꝙ alterum poſſet eſſe eo non exiſtente,ſicut accidens eſt ſeparabile à ſubiecto , & iſto modo potentia vegetatiua nõ eſt ſeparabilis ab alijs. Alio modo quia inuenitur in alijs omnibus , in quibus aliæ inueniuntur & non in quibuſdam alijs , ſicut genus dicitur ſeparabile à qualibet ſpecie eius ſeorſum ſumpta, & iſto modo potentia vegetatiua eſt ſeparabilis ab alijs. Secunda concluſio. Generatio quæ eſt operatio potentiæ vegetatiuæ,pertinet ad potentiam vegetatiuam. Hæc cõcluſio probatur tali ratione . Omnis operatio, quæ naturaliter inuenitur in omnibus viuentibus pertinet ad potentiam vegetatiuam,ſed generare inuenitur in omnibus viuentibus & ineſt eis naturaliter , ergo generare pertinet ad potentiam vegetatiuam . Probatio maioris , quia potentia vegetatiua eſt ſecundum quam primo viuere ineſt omnibus. Ex prædicta concluſione infert Philoſophus vnum corollarium, videlicet quod naturaliſsimum opus in viuentibus eſt generare ſibi ſimile . Cuius ratio eſt duplex . Prima quia in hoc conuenit cum alijs rebus animatis,quæ etiam generationem habent, licet alio modo vt infra patebit. Secunda,quia naturaliſsimum eſt viuentibus aſsimilari primo eſſe ſecundum poſſe, ſed primum eſſe,videlicet diuinum , eſt immobile & perpetuũ, ergo naturale eſt viuentibus appetere aſsimilari eſſe perpetuo,ſed non poſſunt perpetuari niſi generando ſibi ſimile ſecundum ſpeciem vnde naturaliſsimum eſt viuẽtibus facere alterum tale,qoale ipſum eſt,videlicet generare ſibi ſimile ſecundum ſpeciem . Conſiderandum eſt ſecundum Doctorem ſanctum ꝙ eſſe diuinum eſt , cuius cauſa naturalia agũt , quod poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quod ſit illud , cuius cauſa naturalis res directe agit,ſicut dicimus ꝙ ſanitas eſt , cuius cauſa medicus agit. Alio modo ꝙ ſit illud,quo aliquid agit, vel ſit illud, ſine quo res agere non poteſt,ſicut dicimus ꝙ ſine calefacere medicus ſanare non poteſt. Primo igitur,& ſecundo modis intelligitur ꝙ eſſe diuinũ eſt, cuius cauſa agens naturale agit . Contra prædictam concluſionem ſic arguitur. Illa operatio,quæ eſt operatio naturç non eſt operatio animæ , ſed generatio eſt operatio animæ , vt infra patebit , ergo generatio non eſt operatio naturæ , & per conſequens generare non conuenit naturaliter viuentibus. Præterea. Illa operatio , quæ reperitur in inanimatis nõ pertinet ad potentiam vegetatiuam, ſed generatio reperitur in inanimatis,ergo non pertinet ad potentiam vegetatiuam. Præterea. Generare non conuenit pueris,nec etiam animalibus imperfecti , ergo ſequitur quod generare non conuenit naturaliter viuẽtibus,quia illud,quod conuenit naturaliter alicui,ſemper ei conuenit . Ad primum dicendum ꝙ natura poteſt accipi dupliciter . Vno modo ſecundum quod diſtinguitur contra hoc eſſe quis eſt contra naoram & iſto modo generatio eſt operatio naturalis. Alio modo vt diſtinguitur contra principium naturale determinatũ,quod eſt anima , & iſto modo generatio non eſt naturalis. Ad ſecundum dicendum ꝙ generatio alio modo reperitur in inanimatis & inanimatis. Nam inanimata habent generationem ab extrinſeco generante , ſed viuentia habent generationem à principio extrinſeco inquantum generantur ex ſemine, vnde ratio non ſequitur. Ad tertium dicendum ꝙ à prædicta generatione viuentium excipiuntur tria ſecundum Philoſophum , quibus generare non conuenit . Primo illa , quæ ſunt imperfecta vt pueri qui non generant , quod enim

poteſt

poteſt alterum facere tale quale ipſum eſt, hoc in vnoquoque genere perfectum eſt. Secundo excipiuntur illa quæ patiuntur aliquem defectum alicuius principij naturalis, ſicut ſunt ſpadones & frigidi. Tertio excipiuntur animalia & plantę, quę generantur ſine ſemine ex putrefactione. In his enim propter ſui imperfectionem, ſufficit agens vniuerſale ſcilicet virtus corporis cœleſtis & natura diſpoſita, vt deducit Doctor ſanct. Licet ergo generare ſibi ſimile competat naturaliter omnibus viuentibus exceptis tribus prędictis, non tamen propter hoc ſequitur ꝙ conueniat omnibus ſimpliciter vel abſolute.

Tertia concluſio. Anima eſt cauſa viuentis corporis vt forma. Hæc concluſio probatur duplici ratione Philoſophi. Quarum prima eſt. Nam illud eſt cauſa alicuius vt forma, quo eſt cauſa eſſendi, quia per formam vnūquodque eſt actu, ſed anima eſt viuentibus cauſa eſſendi, ergo anima eſt cauſa viuentibus vt forma. Probatio minoris, quia per animam viuentia viuunt, ſed viuere viuentibus eſt eſſe, ergo per animam habet eſſe. Secunda ratio talis eſt. Illud, quod eſt actus alicuius eſt ratio, & forma eius, quod eſt in potentia, ſed anima eſt actus corporis viuētis, vt ex ſupradictis patet, ergo anima eſt cauſa viuentibus vt forma. Quę concluſio ſatis ſuperius declarata eſt.

Quarta concluſio. Anima eſt cauſa corporis viuentis vt finis. Hæc concluſio probatur tali ratione. Sicut intellectus operatur propter finem, ita & natura, vt patet ſecundo phyſi. ſed intellectus in his, quæ fiunt per artem, materiam ordinat & diſponit propter formam tanquā propter finem. ergo, & natura. Cum igitur anima ſit forma viuentis corporis, ſequitur ꝙ ſit finis eius. Si dicatur, finis & forma ſunt diuerſa genera cauſarum, ſed anima eſt forma viuentium, vt iam dictum eſt, ergo non eſt finis. Dicendum quod duplex eſt finis, videlicet finis generationis, & finis rei genitæ, verum eſt ꝙ forma & finis rei genitę non coincidunt, ſed tamē forma eſt finis generationis inquantum terminat eam. Ex hac concluſione infert Philoſophus vnum corollarium, videlicet quod anima non eſt ſolum finis corporum viuentium, ſed etiam omnium naturalium corporum in iſtis inferioribus, quę ſic probatur ſecundum Philoſophum. Nam inſtrumenta ordinantur ad cauſas principales tanquam ad finem, ſed omnia corpora animata ſunt inſtrumenta animatorum, & ſunt propter ipſa & etiam animata minus perfecta ſunt propter animata magis perfecta, ergo omnia corpora naturalia inferiora, tam inanimata quam animata ordinātur ad animam tanquam ad finem. Quinta concluſio.

Anima eſt cauſa viuētium ſicut principium vnde motus. Hæc concluſio probatur tali ratione. Omnis forma corporis naturalis eſt principium motus proprij illius corporis, ſed quidam motus ſunt proprij rebus viuentibus, videlicet, ſentire, moueri tamen, progreſsiue, augeri, & minui &c. ergo eſt principium vnde motus. Et ſi dicatur, principium vnde motus dicitur cauſa efficiens, ſed anima non eſt cauſa efficiens, ergo non eſt principium vnde motus. Dicendum ꝙ principium vnde motus poteſt accipi dupliciter. Vno modo proprie, pro eo quod eſt principium productiuum ipſius motus, & iſto modo principium vnde motus dicitur cauſa efficiens, ſecundo phyſi. Secundo modo accipitur communiter pro eo, quod eſt principiū actuale motus, ſiue tale ſit forma ſiue efficiens, & iſto modo forma dicitur principium vnde motus. Ex prædictis concluſionibus infertur vnum corollarium ſecundum Philoſophum quod eſt principale intentum in hoc capitulo, videlicet quod operationes, quæ attribuuntur potentiæ vegetatiuæ ſunt ab anima, quod patet tali ratione. Nam anima eſt principium, & cauſa viuentis corporis per tres prædictas cōcluſiones patet, ergo eſt principium operationum eiuſdem, cum igitur operationes, quæ attribuuntur potentiæ vegetatiuæ ſint operationes corporis viuentis, ſequitur quod ſint operationes animę. Contra prædictum corollarium ſic arguitur, primo ratione Empedoclis. Elementa ſunt cauſa augmentationis & diminutionis, ergo ſequitur quod anima non eſt principium augmentationis, & per conſequens operationes potentię vegetatiuę non ſunt ab anima. Pręterea. Quòd cōuenit alicui per ſe, eſt principium omnium illorum, quæ participant illud, ſicut ignis qui eſt calidus per ſe eſt cauſa caloris in rebus mixtis, ſed inter alia elementa ſolus ignis videtur augeri & nutriri, ergo videtur quod ſolus ignis eſt cauſa augmenti & nutrimenti, & non anima. Ad primum dicit Philoſophus deſtruendo opinionem Empedoclis ꝙ augmentum in ſurſum & deorſum in animatis procedit ab anima & nō ab elementis, quod patet dupliciter. Nam ſi procederet ab elemētis ſequeretur quod in omnibus viuentibus ſumeretur eodem modo ſurſum & deorſum & aliæ differentiæ poſitionis, ſequeretur etiā quod in quibus eſſent duæ differentiæ poſitionis ſecundum naturam diſtinctę, eſſent omnes ſecundum naturā diſtinctę, conſequens eſt manifeſte falſum. Nam in plantis ſurſum dicitur radix, & locatur circa terrā, ſed in hominibus ſurſum locatur circa cœlum, & dicitur caput, in brutis vero ſurſum locatur medio modo. Secundo illud eſt principium, & cauſa augmentì, quod continet elementa ne totaliter ſeparentur abinuicem, hoc autem eſt anima in rebus viuentibus, ergo anima eſt principium principale augmenti & non elementa, licet ad augmentum inſtrumentaliter concurrant. Ex quo patet quod primū argumentum ſoluitur negando antecedens. Pro ampliori tamen declaratione ſciendum eſt ſecundum Doctorem ſan. in pręſenti lectione quod differentiæ poſitionis, ſcilicet ſurſum & deorſum, ante retro, dextrum, & ſiniſtrum in aliquibus diſtinguuntur ſecundum naturam, in aliquibus vero diſtinguūtur ſolum poſitione quo ad nos. In illis autem, in quibus ſunt determinatæ partes, quæ ſunt naturaliter principia aliquorum motuum, diſtinguūtur prædictæ differentiæ ſecundum naturam in vniuerſo, ad cuius medium naturaliter feruntur grauia. Et ad cuius circunferentiam feruntur leuia. Similiter in viuentibus ſecundum motum augmenti & decrementi, diſtinguuntur ſurſum & deorſum. Nā ſurſum dicitur illa pars vnde viuentia alimentum accipiunt. deorſum autē pars alia, vnde ſuperfluitates emittuntur, ante vero, & retro, in quibuſdam determinantur ſecundum ſenſum, dextrum & ſiniſtrum determinantur ſecundum motum localem. In his vero, in quibus non eſt determinata pars aliqua, quæ eſt principium vel terminus alicuius motus, prædictæ differentiæ non diſtinguuntur ſecundum naturam, ſed ſolum poſitione quo ad nos vt in rebus inanimatis, vnde eadem columna dicitur ſiniſtra, & dextra ſecundū ꝙ eſt ad dextram noſtram vel ad ſiniſtram. Hæc omnia Doct. ſan. in lectione. Ad ſecundum dicendum. quod licet ignis ſit cauſa inſtrumētalis alimēti & nutritionis &c. tamen anima eſt cauſa principalis. Cuius ratio Philoſophi eſt, quia in vnoquoque viuente ſecundum naturam eſt certus terminus, ac determinata ratio augmēti & magnitudinis, ergo illud, quod eſt cauſa determinationis magnitudinis & augmenti, eſt cauſa principalis augmēti, hoc autem eſt anima & non ignis. Nam ignis in infinitū

poteſt

poteſt extendi ſi in infinitum ſit materia conbuſtibilis, aut inueniatur, ergo &c. Ex prædictis patet remotio duarum opinionum. Quarum prima eſt, quę attribuit operationem potentiæ vegetatiuæ ipſis elementis indifferenter ſecundum ꝙ, leuitas dicitur cauſa motus ſurſum, & grauitas motus deorſum. Secunda vero opinio attribuit prædictas operationes ipſi igni tantum & non cæteris elementis.

Sequitur in textu. ⸗ Quoniam eadem eſt potētia etc. ⸗ Hæc eſt lectio nona eiuſdem libri, & in commento S. Thomæ.

IStud eſt quartum capitulum ſecundi tractatus, in quo Philoſophus ponit duas concluſiones, quarum Prima eſt ꝙ Alimentum oportet eſſe contrarium ei, quod alitur. Hęc cōcluſio probatur duplici ratione, quarum prima eſt. Nam alimentum decoquitur, & mutatur in illud, quod alitur ſiue nutritur, ſed nil mutatur niſi in contrarium, ergo alimentum eſt contrarium ei, in quod mutatur. Præterea. Omne agens eſt contrarium patienti, nam ſimile a ſimili non patitur, ſed alimentum patitur ab eo, quod alitur, nam alteratur ab eo & digeritur, ergo &c. Contra hanc concluſionem arguitur primo ratione Philoſophi. Nam alimentum eſt cauſa augmenti, ſed oportet quòd ſimile ſimili augeatur, nam ſi aliquid diuerſum apponeretur, non eſſet eiuſdem augmentum, ſed eſſet naturæ extraneæ adiunctio, videtur ergo quòd oportet ſimile a ſimili ali, & per conſequens alimentum non debet eſſe contrarium ei quod alitur. Præterea, arguitur contra primam rationem. Nam aliquod mutatur in medium, vtputa de albo in pallidum, ergo falſum eſt dicere quòd nihil mutatur niſi in contrarium. Ad primum dicendum ſecundum Philoſophum quòd alimentum poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ante decoctionem, ſic eſt contrarium & diſsimile ei, quod alitur. Alio modo conſideratur alimentum ſecundum ꝙ iam decoctum eſt, ſecundum quòd conuertitur in ſubſtantiam aliti, & ſic eſt ſimile ei, quod alitur, vnde vno modo ſimile a ſimili alitur, & alio modo à ſuo contrario. Sed contra. In ſubſtantia nulla eſt contrarietas, ſed alimentum eſt ſubſtantia, ergo &c. Dicendum, quod licet in genere ſubſtantiæ non ſit contrarietas proprie dicta, ſcilicet phyſica, eſt tamen contrarietas largo modo ſumpta, videlicet pro quacunque diſsimilitudine. Vel dicendum, ꝙ licet in ſubſtantia non ſit contrarietas ſecundum formas ſubſtantiales, in ea tamen eſt contrarietas ſecundum formas accidentales, ſicut patet de elementis. Ad ſecundum dicendum quòd medium comparatum ad vnum extremorum, inquantum rationem habet alterius extremi eſt, quodammodo cōtrarium, ſicut pallidum albo comparatum, dicitur nigrum, nigro vero comparatum dicitur album, vnde ratio non ſequitur. Pro maiori declaratione præcedentium Philoſophus aſsignat tres conditiones in capite capituli quæ requiruntur ad hoc quòd aliquid ſit alimentum. Quarum prima eſt quòd alimentum videtur eſſe contrarium ei, quod alitur propter rationes ſupra aſsignatas, ſecunda eſt quòd non quodcunque contrarium ſufficit ad rationem alimenti, ſed oportet quod ſit de illis contrarijs, quæ habent generationem ex ſeinuicem, quia nutrimentum conueruertitur in ſubſtantiam nutriti, tertia conditio eſt quod ſit ex illis contrarijs, quę augmentum, ſuſcipiunt ex ſeiquicem, quia ex alimento ſequitur augmentum, vnde licet ex igne generetur aqua, non tamen dicitur quod ex igne nutritur aqua, ſed potius ecōuerſo. Secunda concluſio eſt quod tres ſunt partes potentiæ vegetatiuæ, videlicet potentia nutritiua, augmentatiua, & generatiua. Hæc concluſio probatur duabus rationibus, quæ eliciuntur ex Philoſopho. Quarum prima eſt. Nam alimentum eſt obiectum potentiæ vegetatiuæ, vel ergo eſt obiectum eius inquantum eſt in potentia per ſe ad corpus animatum, & ſic ſumitur potentia nutritiua, vel tale alimentum eſt in potentia ad corpus quantum, & ſic ſumitur potentia augmentatiua, vel tale alimentum eſt in potentia ſubſtantia generans, & ſic ſumitur potentia generatiua. Pro declaratione huius rationis, conſiderandum eſt ſecundum Doct. ſan. in lectione quod nihil, nutritur, niſi quod eſt participans vita, ſed omne participans vita eſt animatum, ergo corpus quod alitur eſt animatum, ſed alimentum eſt in potentia ad illud, quod alitur, conuertitur enim in ipſum, ex quo relinquitur quod alimentum inquantum eſt nutritionis obiectum, eſt aliquid exiſtens in potentia ad corpus animatum per ſe, non per accidens. Ex prædicta ratione infert Philoſophus definitionem potētiæ, nutritiuæ, videlicet quod potentia nutritiua eſt principium nutritionis mediante alimento ſaluans ſuum ſuſceptiuum. Et ſi dicatur. Alimentum eſt principium nutritionis, ergo non potentia nutritiua. Dicendum quod in nutritione, ſicut dicit Philoſophus hic, ſunt tria, videlicet quod alitur, quo alitur, & alens, quod eſt duplex ſcilicet primū & proximum. Alens primum eſt ipſa anima. Alens proximum eſt anima vegetatiua. Illud vero, quod alitur eſt corpus habens hanc animā, ſed illud, quod alitur inſtrumentaliter eſt alimentum. Ex quo patet quod alimentū & anima vegetatiua ſiue potentia eius diuerſimode ſunt principia nutritionis eius. Secunda ratio eſt. Tantū ſunt tres operationes potentiæ vegetatiuæ, videlicet nutritio, qua aliquis ſaluatur in eſſe indiuiduali, & augmentatio, qua aliquid proficit in maiore perfectionem ſm quātitatem & virtutem, & generatio, per quam aliquid quaſi in ſeipſo perfectum exiſtens, alteri eſſe & perfectionem tradit, ergo tantum ſunt tres potentiæ animæ vegetatiuę, cum potentię diſtinguantur per operationes. Ex hac ratione infertur ſm Philoſophum ꝙ inter prædictas operationes eſt ordo. Nā nutritio eſt prima. Secunda augmētatio. Tertia vero & perfectiſsima eſt generatio. Cuius ratio eſt, quia per nutritionem aliquid ſaluatur in eſſe, per augmentum vero ſuſcipit debitam quantitatem, & per generationem producit ſibi ſimile, ſed manifeſtum eſt quod primo oportet rem habere eſſe & cōſeruari in eſſe, quàm habere debitam quantitatem, & neceſſe eſt ꝙ habeat determinatam quantitatē antequàm poſsit generare, ergo inter prædictas operationes eſt ordo. Secūdo infert definitionem animæ vegetatiuæ, videlicet quod eſt generatiuę alterius, ſimilis ſibi ſm ſpeciem. Et ſi dicatur ipſius animę vegetatiuę ſunt alię perfectiones quàm generare, vt patet ex dictis quæ ſunt priores, ergo inconuenienter diffinitur anima per generari tantum. Dicendū ſm Philoſophum ꝙ quia omnia denominātur a fine, finis autem operationum animæ vegetatiuæ eſt generare alterum tale quale ipſum eſt, ideo ipſa prima anima eſt, videlicet vegetatiua, conuenienter diffinitur per hoc, quod eſt generatiua alterius &c. Contra prædictā cōcluſionē ſic primo arguit, potentia aīę eſt altior virtus quàm natura corporea, ſed natura corporea eadem virtute dat vni eſſe & determinatam, quantitatē, ergo à fortiori ipſa

anima eadem virtute dabit rei eſſe & determinatam quã titatem, & per conſequens potentia augmentatiua & generatiua non differunt. Præterea. Per generationem res acquirit eſſe, ſimiliter & per nutritionem, ergo potentia nutritiua & generatiua non differunt. Ad primum dicendum quod res corporea inanimata acquirit eſſe ab agente extrinſeco tantum, quod agit in materiam iam diſpoſitam, ideo dans eſſe dat & quantitatem debitam. Sed res animata in principio ſuæ generationis requirit paruam quantitatem, cum perducatur à principio intrinſeco, videlicet à principio ſeminis, vnde ratio non ſequitur. Ad ſecundum dicendum quod alimentum non eſt principium generationis eius quod alitur, ſed alterius quod eſt tale ſecundum ſpeciem, quale eſt quod alitur, quia ſubſtantia, quæ alitur iam eſt, & quod non generatur, quia nihil generat ſeipſum, quia quod generat iam eſt, & quod generatur non eſt. Ex quo patet quod aliud eſt quod acquirit eſſe per alimentum, & aliud per generationem. Circa prædicta dubitatur primo. Vtrum tantum corpus aoimatum nutriatur, & videtur quod oon. Nam ignis dicitur nutriri ex aqua, in quam, videlicet liquores humidi cedunt in ignis nutrimentum, ſed conſtat quod ignis non eſt corpus animatum, ergo non ſolũ corpus animatum, nutritur. In oppoſitũ eſt Philoſophus hic in litera. Dicendum ꝙ aliquid poteſt nutriri dupliciter. Vno modo proprie, & ſic ſolum corpora animata augentur & nutriuntur, quia dum corpus animatum augetur & nutritur, quælibet eius pars augetur & nutritur. Alio modo aliquid dicitur nutriri ſecundum quandam ſimilitudinem, & iſto modo corpora inanimata poſſunt dici nutriri. Ad rationem dubij dicendum, ꝙ licet ignis dicatur nutriri in proprie, nõ tamen dicitur nutriri proprie, quia illud dicitur nutriri proprie, quod in ſeipſo aliquid recipi ad ſuijpſius conſeruationem, quod non accidit in igne, licet videatur accidere, quia vt hic dicit Doctor ſanctus, dum in materia accenſa additur materia combuſtibilis, nouus ignis generatur, non autem ſic ꝙ illud combuſtibile additum cedat in conſeruationem ignis præcedentis in alia materia prius accenſa, puta ſi aliquod lignum de nouo ignitur per hanc ignitionem non conſeruatur ignitio alterius ligni prius igniti, totus enim ignis, qui eſt ex aggregatione multorum ignitorum, non eſt vnus ſimpliciter, ſed videtur vnus aggregatione, ſicut aceruus lapidum eſt vnus, & propter talem vnitatem, eſt ibi quædam ſimilitudo nutritionis. Dubitatur ſecundo. Vtrum alimentum ſit inſtrumentum oarrationis, & videtur quod non, Nam calor naturalis eſt inſtrumentum nutrionis, ergo non alimentum. In oppoſitum eſt Philoſophus in litera. Dicendum ad dubium ſecundum Philoſophum quod duplex eſt inſtrumentum nutritionis, videlicet coniunctum & ſeparatum, calor naturalis dicitur inſtrumentum coniunctum, alimentum vero dicitur ſeparatum inſtrumentum nutritionis. Dubitatur vltimo. Vtrum generatio ſolum reperiatur in animatis, & videtur quod nõ, quia ex aqua generatur ignis, ſed aqua & ignis non ſunt corpora animata, ergo &c. Pręterea. In diuinis reperitur generatio, & tamen Deus non dicitur animatus, præſertim anima vegetatiua, ergo idem, quod prius. In contrarium arguitur. Nam generatio eſt operatio potentiæ vegetatiuæ, ſed potentia vegetatiua ſolum reperitur in animatis, ergo & generatio. Dicendum quod generatio poteſt accipi tripliciter. Vno modo communiter, videlicet prout eſt progreſsio de non eſſe ad eſſe, & iſto modo generatio reperitur tam in animatis quam in inanimatis. Secundo modo accipitur proprie, videlicet vt eſt progreſsio alicuius viuentis ab aliquo viuente coniuncto ſecundum rationem ſimilitudinis in ſpecie. Et iſto modo generatio reperitur in animatis, & proprie vocatur natiuitas. Tertio modo accipitur generatio proprijſsime, videlicet vt eſt progreſsio alicuius viuentis ab aliquo viuente coniuncto ſecundum rationem identitatis in eſſe. Et iſto modo generatio non poteſt reperiri in creaturis, ſed ſolũ in Deo, quia in creaturis generans & genitum differunt ſecundũ eſſe, non autem in diuinis. Ex quo patet ſolutio ad rationem dubij.

Sequitur in textu. § Determinatis autẽ &c. §
Hæc eſt lectio decima eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTud eſt quintum capitulum præſentis tractatus, in quo Philoſophus determinando de parte ſenſitiua in communi ponit duas concluſiones, quarum prima eſt ꝙ ſenſus eſt potentia paſsiua. Hæc concluſio probatur tali ratione Philoſophi. Sentire eſt quoddam pati, ergo ſenſus eſt potentia paſsiua, aſſumptum patet, quia ſentire conſiſtit in motu, cum ſenſatio in actu ſit quædam alteratio, & vnumquodque ſecundum quod alteratur patitur, ergo ſentire eſt quoddam pati. Contra hanc concluſionem ſic arguitur. Senſus eſt quoddã ens in actu, vt in hoc capitulo cõcedit Philoſophus, ſed eſſe in actu magis pertinet ad agere quàm ad pati, cum vnumquodque agat ſecundum ꝙ eſt in actu, ergo ſenſus eſt potentia actiua. Præterea. Potentia paſsiua comparatur ad ſuum obiectum ſicut effectus ad ſuam cauſam, ſiue principium, ſicut ſupra conceſſum eſt, ſed ſenſus non comparatur ad ſuum obiectum ſicut ad ſuam cauſam, ergo idem quod ſupra. Probatio minoris, quia obiecto non exiſtente ſenſus exiſtit, ergo obiectum non eſt cauſa eius. Præterea. Illud quod eſt principium operationũ eſt potentia actiua, ſed ſenſus eſt principium operationis & agendi, ergo ſenſus eſt potentia actiua. Ad primum dicendum quod aliquid dicitur eſſe in actu dupliciter, vt dicit hic Docto. ſan. Vno modo in actu completo & perfecto, & iſto modo eſſe in actu pertinet ad agere magis quàm ad pati. Alio modo dicitur aliquid eſſe in actu incompleto & imperfecto, ſicut motus cum dicitur actus entis in potentia, & iſto modo eſſe in actu bene pertinet ad pati. Senſus autem eſt in actu ſecundo modo & non primo modo. Ad ſecundum dicendum quòd obiectum ſenſus eſt principium ipſius ſenſus non quantum ad eſſe naturæ abſolutæ, ſed quantum ad actum ſentiendi, & licet obiecto non exiſtente ſecundum actualem exiſtentiam remaneat ſenſus, non tamen poteſt remanere ſenſus, niſi remaneat naturalis habitudo ad ipſum obiectum, vt ſupra declaratum eſt. Ad tertium dicendum quod duplex eſt operatio, nam eſt quædam, qua aliquid producitur ab aliquo extrinſeco, quę dicitur operatio tranſiens, ſicut domificare vel verberare, alia eſt, operatio qua aliquid ſuſcipitur in operante, quæ vocatur operatio immanens. Illud autem, quod eſt principium operationis primo modo ſumptæ, bene eſt potentia actiua, non autẽ ſecundo modo. Senſus autem eſt principium operationis ſecundo modo dictę, vnde ratio nõ ſequitur. Secunda cõcluſio. Senſus in actu non eſt ipſa ſenſibilia, ita. ſ. quod ex eis componatur, vt antiqui voluerunt. Hęc concluſio probatur duabus rationibus Philoſophi, quarum Prima eſt. Nã ſi ſenſus eſſet ipſa ſenſibilia in actu, ſequeretur quod

ipſe

ipſe ſenſus poſſet ſentiri, conſequens eſt falſum, & contra experientiam, & conſequentia patet, quia ipſa ſenſibilia poſſunt ſentiri. Secunda ratio. Si ſic ſequeretur ꝙ ſenſus poſſet ſentire ſine exterioribus ſenſibilibus, conſequens eſt falſum, ergo &c. Patet ſequela. Senſus poteſt ſentire præſentibus ſenſibilibus, ergo ſi ſenſus eſſet ſenſibilia in actu ſequeretur quod poſſet ſentire, ſine ſenſibilibus exterioribus. Ex hac concluſione infertur vnum corollarium quod ſenſus non eſt in actu ſine ſenſibilibus exterioribus, ſed in potentia tãtum, ſicut combuſtibile, quod eſt potentia tantum ignitum, nõ comburitur à ſeipſo ſine exteriori combuſtione, nam ſi eſſet actu ignitum, cõbureret ſeipſum & non indigeret exteriori igne ad hoc quod combureretur. Ex prædictis etiam patet falſitas opinionum Empedoclis & illorum, qui poſuerunt ſenſum actu eſſe ſenſibilia ipſa, propter hoc quod ſimile ſimili cognoſcitur. Voluerunt enim quod anima ſenſitiua eſſet cõpoſita ex ſenſibilibus, vt cognoſceret omnia ſenſibilia. Contra prædictam concluſionem & eius corollariũ, ſic primo arguitur. Intellectus in actu eſt illud, quod intelligitur, quia ex intellectu & intellecto fit vnum, vt patet tertio huius, ergo à ſimili ſenſus in actu eſt ſenſibile in actu. Præterea. Illud, quod ſemper eſt in natura animali exiſtente, eſt in actu, ſed ſenſus eſt huiuſmodi ad minus ſenſus tactus, vt ſupra conceſſum eſt, ergo ſenſus eſt in actu & non tantum in potentia. Præterea. Illud, quod eſt coniunctum operationi, eſt ens in actu, ſed ſenſus eſt coniunctus operationi, vt viſus coniungitur ipſi videre, ergo &c. Ad primum dicendum quod dum dicitur quod intellectus in actu & intellectum ſunt vnum, ibi eſt prædicatio cauſalis & non eſſentialis, & eſt ſenſus quod ex intellectu & intellecto fit vnum. Vnde nõ oportet quod ipſe intellectus in actu ſit ipſum intelligibile, & ſimiliter dicendum eſt de ſenſu & ſenſibili. Ad ſecundũ dicendum, quod licet ſenſus quantum ad eſſe naturæ ſemper ſit animali exiſtente, non tamen ſemper eſt quantum ad actualem ſenſationem. vnde ſenſum eſſe in actu poteſt intelligi dupliciter. Vno modo præſentialiter & quãtum ad eſſe naturæ, & iſto modo conceditur argumentum. Alio modo quantum ad actũ ſentiendi, & iſto modo non oportet. Ad tertium dicendum ꝙ ipſe ſenſus dicitur aliquando eſſe in potentia coniuncta actui, videlicet quando actualiter ſentit per impreſsionem ſimilitudinis exteriori ſenſibilis. Aliquando vero dicit eſſe in potentia diſtante ab actu, vt patet in dormientibus ab actu ſcilicet ſenſationis, ſecus autem loquendo de actu actualis exiſtentiæ,

Sequitur in textu. § Dicendum autem &c. §
Hæc lectio vndecima eiuſdem libri, et
in commento Sancti Thomæ.

ISTud eſt ſextum capitulũ præſentis tractatus, in quo Philoſophus oſtendendo qualiter ſenſus reducatur de potentia ad actum, ponit duas concluſiones, quarum prima eſt ꝙ aliquis, qui reducitur de potentia ad actum ſcientiæ, dicitur pati. Hæc concluſio probatur tali ratione, quia paſsio importat quandam receptionem, ſed dum aliquis reducitur de potentia ad actum ſciendi, recipit aliquid, ergo &c. Pro declaratione huius concluſionis aduertendum eſt ſecundum Philoſophum in litera, ꝙ aliquis dicitur in potentia ſciens dupliciter. Vno modo, quia naturalem potentiam habet ad ſciendum, ſic ille dicitur de numero habentium ſcientium, qui habet naturam ad ſciendum. Secundo modo aliquis dicitur in potentia ad ſciendum, qui habet iam habitum ſcientiæ, non tamen actu conſiderat. Conſiderandum eſt ſecundo quod prædicti duo modi potentiæ differunt, quia ille, qui eſt in potentia primo modo non poteſt reduci ad actum ſine exteriori agente, ſed bene ſecundo modo. Ille enim, qui habet naturalem aptitudinem ad ſciẽdum & non habitum ſcientiæ, reducitur ad actum per doctorem, aut intrinſecum, aut extrinſecum & per acquiſitionem doctrinæ. Ille autem, qui habet habitum ſcientiæ, poteſt ſpeculari dum vult. Conſiderandum eſt tertio ꝙ ille, qui eſt in potentia primo modo, dum reducitur ad actum ſcientiæ alteratur per doctrinam, & multotiens talis mutatio eſt ex contrario habitu, videlicet ex ignorantia, ſed ille, qui eſt in potentia ſecundo modo, dum reducitur ad actum non alteratur, nec tranſit de contrario habitu. Conſiderandum eſt quia ſecundum Doctorem ſanctum ꝙ duplex eſt ignorantia. Quędam eſt ignorantia puræ negationis, quando ſcilicet aliquis veritatem non cognoſcit, neque contrario errore detinetur. Alia eſt ignorantia prauæ diſpoſitionis, vt quando aliquis detinetur errore contrario veritati, quando autem aliquis de ignorantia prima reducitur ad ſcientiam, fit actu ſciens, non quaſi mutatus de contrario habitu, ſed ſicut acquirens ſcientiam, qui vero de ignorantia ſecunda reducitur ad ſcientiam, reducitur ad actum quaſi de contrario habitu mutatus. Cõſiderandum eſt quinto duplex eſt paſſio, quædam eſt paſsio corruptiua, per quam ſcilicet aliquid remouetur à patiente. Alia eſt paſsio perfectiua, qua aliquid recipitur in patiente. Cum autem dicitur ꝙ ille, qui reducitur de potentia ad actum ſcientiæ, patitur, intelligendum eſt de paſsione perfectiua & non corruptiua. Cuius ratio eſt, quia quod eſt receptiuum alterius, comparatur ad ipſum ſicut potentia ad actum, actus autem eſt perfectio potentiæ, ideo dum aliquis reducitur ad actum ſcientiæ ſuſcipiendo ſcientiam, patitur paſsione perfectiua. Conſiderandum ſexto ꝙ paſsio accipitur dupliciter. Vno modo proprie ſecundum quod habet fieri cum quadam corruptione, quæ fit à contrario. Paſſio enim proprie dicta videtur importare quoddam detrimentum patientis, inquantum ab agente detrimentũ accidit patienti ſecundum quod aliquid à patiente abijcitur, quæ quidem abiectio eſt quædã corruptio, vel ſimpliciter, ſicut quãdo abijcitur forma ſubſtantialis, vel ſecundum quid, quando abijcitur forma accidentalis. Alio modo accipitur paſsio communiter & minus proprie ſecundum ꝙ importat quandam receptionem, & iſto modo accipitur hic. Conſiderandum vltimo ꝙ duplex eſt alteratio, quædam eſt proprie dicta, quæ ſcilicet eſt de contrario in contrarium & vocatur alteratio corruptiua. Alia eſt alteratio communiter ſumpta, quæ eſt mutatio in habitum & naturam ſecundum ꝙ in aliquo recipiuntur formæ & habitus ſiue perfectiones, & dicitur alteratio perfectiua. Quando autem habens habitum ſcientiæ reducitur ad actum conſiderandi, alteratur alteratione ſecundo modo dicta, & non primo modo. Quando vero reducitur de potentia ad habitũ ſcientiæ, alteratur etiam ſecundo modo, & non primo modo, ſm rei veritatem, licet ſit quædam ſimilitudo alterationis, quę eſt de contrario in contrariũ. Hæc oĩa Doct. ſan. in lectione. Contra prædictam concluſionẽ arguitur ſic. Vbicunq; eſt paſsio ibi eſt priuatio alicuius perfectionis ſed quando aliquid efficitur ſciens non eſt ibi in eo priuatio perfectionis, ſed magis perficitur, ergo non patitur.

Pręterea. Vbi eſt paſsio ibi eſt alteratio, ſed qui recipit ſciãm, non alteratur, cum alteratio ſit ſolum ad tertiam ſpẽm qualitatis. ergo &c. Præterea. Si eſſet ibi paſsio vel alteratio in receptione ſcientiæ, aut eſſet de contrario in contrarium, aut non ſi ſecundo modo, ſequitur quod ibi non eſſet alteratio, cum alteratio ſit de contrario in contrarium. ſi primo modo tunc in receptione ſcientiæ eſſet corruptio quædam, quod eſt falſum. ergo &c. Ad hæc argumenta patet ſolutio ex dictis, veruntamen conſiderãdum eſt hic ſecundum Doctorem ſanctum in lectione, quod quando aliquis ab ignorantia prauæ diſpoſitionis; videlicet ab errore reducitur ad viã veritatis, eſt ibi quędam ſimilitudo alterationis, quæ eſt de contrario in contrarium, non tamen vere eſt ibi talis alteratio: Nam alterationi, quæ eſt de contrario in contrarium vtrunque per ſe & eſſentialiter, & per conſequens ſemper ei competit, videlicet ꝙ ſit à contrario, & ꝙ ſit in contrarium, vt de albatio, ſicut non eſt niſi ad album, ita non eſt niſi à nigro vel à medio colore, quod reſpectu albi eſt quodãmodo nigrum, ſed in acquiſitione ſcientiæ, hæc non eſſentialiter & per ſe competunt, ſed accidit quod ille, qui acquirit ſcientiam veritatis in principio fuerit in errore, quia abſque hoc poteſt reduci ad ſcientiam veritatis, vnde non eſt vera alteratio de contrario in contrarium. Et ſi quæratur vtrum ille, qui accipit ſcientiam & fit actu ſciens, ſemper fiat actu ſciens à magiſtro, videtur quod non, quia multoties aliqui acquirunt ſcientiam abſque magiſtro per ſe inueniendo. Ad quod reſpõdet Doct. ſan. ꝙ cum aliquis eſt in potentia ſciens, ſi fiat actu ſciens, oportet ꝙ hoc fiat ab eo, quod eſt in actu ſed aliquando ille, qui eſt in potentia reducitur à principio extrinſeco, ſicut aer illuminatur ab eo, quod eſt actu lucidum quandoque autem reducitur ad actum à principio intrinſeco, ſicut aliquãdo homo ſanatur à natura, & iſto vltimo modo ſe habet in acquiſione ſcientiæ, homo enim acquirit ſcientiam à principio intrinſeco inueniendo, & à principio extrinſeco addiſcendo. Secunda concluſio. Quando aliquis reducitur de potentia ſentiendi ad actum dicitur pati modo ſupra poſito. Hæc concluſio probatur tali ratione. Sicut ſe habet potentia ſciendi ad actum ſciendi, ita ſe habet ratio ſentiendi ad actum eius, ſed dum aliquis reducitur de potentia ad actum ſciendi, patitur, ergo &c. Pro cuius declaratione conſiderandum eſt, ꝙ aliquid dicitur eſſe in potentia ſentienti duobus modis. Vno modo illud dicitur in potentia ſentiendi, quod nondum habet ſenſum, natum tamen eſt habere. Alio modo quod iam habet ſenſum & non ſentit, ſed eſt in potentia ſentiens, de prima autem potentia aliquis reducitur actum per generationem, quia ſenſus naturaliter eſt in animali, ſecus eſt de ſcientia, quæ non ineſt homini per naturam, ſed de ſecunda potentia aliquis reducitur ad actum per præſentiam obiecti & determinatam diſpoſitionem organi.

Conſiderandum vlterius ꝙ ſenſus non poteſt reduci de potentia ſecunda ad actum per ea, quæ intra ipſum ſunt, cuius ratio eſt ſecundum Doct. ſan. quia obiecta ſenſus ſunt extra animam, & per conſequens ſunt ſingulares, ſcientia vero eſt vniuerſalium, quę quodammodo ſunt in anima. Vnde ille, qui iam habet ſcientiam, non oportet ꝙ quærat exteriora ſua obiecta, ſed habet ea in ſe, & per conſequens poteſt conſiderare ea cum vult, niſi per accidens impediatur, ſed ſentire non poteſt aliquis cum vult, quia ſenſibilia non habet in ſe. Circa prædicta mouet Doctor ſanctus duas dubitationes, quarum Prima eſt vtrum ſenſus ſit ſingularium tamẽ, ſcientia vero vniuerſalium, & videtur ꝙ non. Quia illa potentia, cuius obiectum habet rationem communem & vniuerſalem, non dicitur eſſe ſingularium, ſed ſenſus eſt huiuſmodi, cum obiectum eius ſit color in communi, & non hic vel ille color. ergo &c. Pręterea. Quorum eſt ſcientia, eorum eſt ſenſus, cum nihil ſciatur quod non cadat ſub ſenſu, ſed ſcientia eſt vniuerſalium, ergo ſenſus ſimiliter erit vniuerſalium. Dicẽdum ꝙ ſenſum eſſe vniuerſalium poteſt intelligi dupliciter. Vno modo accipiendo ſenſum pro operatione ſentiendi, & iſto modo ſenſus eſt ſingulariũ, quia operationes ſunt ſingularium. Alio modo accipiendo ſenſum pro potentia ſenſitiua, & hoc dupliciter, vel ſubiectiue, vel obiectiue, ſi primo modo, ſic etiam ſenſus eſt ſingularium, ſi ſecundo modo, hoc iterum dupliciter, vel per ſe, vel per accidens, ſi ſecundo modo, ſic ſenſus eſt bene vniuerſalium, ſi primo modo, ſic ſenſus non eſt niſi ſingularium, cuius rationem aſsignat Doctor ſanctus in lectione. Nam ſenſus eſt virtus in organo corporali exiſtens, & vnumquodque recipitur in alio per modum ſui, ergo oportet quod ſenſus materialiter & corporaliter recipiat ſimilitudinem eius, quod incorporaliter intelligitur, & quia intellectus eſt virtus immaterialis, ideo oportet ꝙ recipiatur immaterialiter & incorporaliter illud, quod intelligitur. Illa autem, quæ ſunt materialia & corporalia, ſunt ſingularia. Illa autem, quæ ſunt immaterialia & incorporalia per abſtractionem ſunt vniuerſalia, ideo ſenſus dicitur eſſe ſingularium, ſcientia vero vniuerſalium. Ad rationem dubij dicendum ꝙ ſenſus non percipit vniuerſalitatem ratione ſui obiecti, ſed fertur immediate ad indiuiduũ vagum alicuius generis; vtputa ad aliquod corpus coloratum, & non ad hoc vel ad illud, ſecundum ꝙ huiuſmodi, vt ratio volebat. Ad ſecundum dicendum ꝙ, quorum eſt ſcientia, eorum eſt ſenſus, non tamen eodem modo, quia illa, quæ prius ſunt in ſenſu materialiter & corporaliter, intelliguntur poſtea ab intellectu immaterialiter abſque conditionibus indiuiduantibus. Dubitatur ſecundo, vtrum vniuerſale habeat eſſe in anima ſicut iam dictum eſt, & videtur quod non. Nam vniuerſale eſt in ſingularibus, ergo non eſt in intellectu. Præterea. Vniuerſale eſt in prædicamento & eſt eſſentia quædam, ergo eſt ens extra animam, patet conſequentia, quia nihil ponitur in prædicamento niſi ſit ens extra animam, vt vult Docto. ſan. Ad dubium dicendum ſecundum Doctorem ſanctum quòd vniuerſale accipitur dupliciter. Vno modo pro ipſa natura communi prout ſubiacet intentioni vniuerſalitatis. Alio modo poteſt conſiderari ſecundum ſe & abſolute. Et hoc dupliciter. Vno modo ſecundum eſſe materiale, quod eſt in materia naturali. Alio modo ſecundum eſſe immateriale ſecundum quod eſt in intellectu, ſi conſideretur ſecundum eſſe, quod habet in materia naturali, non poteſt ei aduenire intentio vniuerſalitatis, quia per materiam indiuiduatur, ſed ei aduenit intentio vniuerſalitatis ſecundum quòd abſtrahitur à materia naturali, non realiter ſed per abſtrationem intellectus per primã eius operationem, Intelligendo ſcilicet naturam non apprehendendo principia indiuiduantia. Patet ergo quod intentio vniuerſalitatis non poteſt attribui naturæ ſecundum eſſe, quod habet in indiuiduis, ſed ſecundum eſſe, quod habet in intellectu per reſpectum tamen ad ſingularia, & ſic vniuerſalia ſecundum intentionem vniuerſalitatis cõſiderata, ſunt in intellectu, de quo clarius in Metaphyſica habebitur, & diſputabitur. Et per hoc patet ſolutio ad rationes dubij.

Secunda eſt vniuerſaliũ, ſenſus vero ſingularium quomodo intelligatur.

Sequitur

Sequitur in textu. § Dicendum autem ſecundum vnumquodque &c. § Hic incipit lectio duodecima eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

IStud eſt ſeptimũ capitulum, in quo Philoſophus ponens differentiam inter ſenſibilia communia & propria ponit vnam concluſionem, videlicet quod ſenſibile bene diuiditur in ſenſibile per ſe, & ſenſibile per accidens. Senſibile autem per ſe bene ſubdiuiditur in ſenſibile proprium, & ſenſibile commune. Hęc concluſio probatur tali ratione ſecundum Doct. ſan. Nam, cum ſentire conſiſtat in quodam pati & alterari, vt ſupra dictum, eſt differẽtia ſenſibiliũ ſumenda eſt ſecundum differentiá ſenſibilium ſumenda eſt ſecundum differentiam immutationis. Vel ergo tale ſenſibile nil facit ad immutationem ſenſus, vel aliquid facit. Si primum, ſic eſt ſenſibile per accidens. Si ſecundum, ſic eſt ſenſibile per ſe, & hoc eſt dupliciter, vel quia immutatio attenditur quãtum ad ſpeciem agentem, ſic eſt ſenſibile per ſe propriũ, vel quantum ad modum actionis, ſic eſt ſenſibile per ſe commune. Pro huius concluſionis ampliori declaratione conſiderandum eſt, primo, quod ſenſibile per accidens dicitur illud, quod accidit ſenſibili per ſe, ſed ſenſibile per ſe dicitur illud, quod ratione ſui & non alterius aptum natum eſt percipi à ſenſu. Senſibile vero proprium dicitur illud quod aptum natum eſt percipi ab vno ſolo ſenſu tantum, & ſunt quinque videlicet, color, ſonus, ſapor, odor, & quatuor qualitates tangibiles, ſed ſenſibile commune dicitur illud, quod aptum natum eſt non ab vno ſolo ſenſu, ſed à pluribus percipi, ſicut iſta, motus, quies, numerus, figura, & magnitudo, quæ dicuntur ſenſibilia communia, non quia ab omnibus ſenſibilibus percipiantur, ſed quia apta nata ſunt percipi à pluribus ſenſibilibus quam ab vno. Conſiderandum vlterius quod ſenſus poteſt decipi circa ſenſibilia communia, nunquàm tamen poteſt decipi circa ſenſibilia propria, & hoc tribus conditionibus obſeruatis, quarum prima eſt quod ibi ſit debita diſpoſitio organi. Secunda quod ibi ſit debita diſpoſitio medij. Tertia quod ibi ſit determinata diſtantiam inter ſenſum & ſenſibile. Conſiderandum tertio, quod ad hoc quod aliquid ſit ſenſibile per accidens, duæ conditiones requiruntur, quarum prima eſt quod illud accidat ſenſibili per ſe. Secunda eſt quod illud percipiatur immediate ab aliqua alia potẽtia, percepto ſenſibili per ſe, & hoc ſit vel ab alio ſenſu, vel ab intellectu, vel à vi cogitatiua, vel à vi æſtimatiua. Exemplum primi vt dulce percipitur per accidens à viſu. Exemplum ſecundi, vt cum aliquis videt aliquem moueri percipit per intellectum quod habet vitã. Exemplum tertij, vt dum aliquis videt aliquem coloratum per vim cogitatiuam percipit Sortem vel Platonẽ. Exemplum quarti, vt dum ouis videt lupũ per vim eſtimatiuam percipit ipſum eſſe inimicum eius. Conſiderandum quarto quod vis cogitatiua pertinet ad partem ſenſitiuam, & dicitur alio nomine ratio particularis, quia ſicut ratio vniuerſalis eſt collatiua intentionum vniuerſalium, ita ratio particularis dicitur collatiua intentionum particularium, ſiue indiuidualium, & illa vis, quæ dicitur cogitatiua in homine dicitur eſtimatiua in brutis, quæ tamen differunt in hoc, quia vis cogitatiua apprehendit indiuiduum, vt exiſtens ſub natura communi, ſed eſtimatiua apprehendit indiuiduum ſecundum quod eſt terminus aut principium alicuius actionis. Contra prædictam cõcluſionem arguitur primo ſic. Numerus (cum ſit multitudo menſurata per vnum) ſolum apprehenditur per intellectum, cum ordinare & colligere ad intellectum pertineat, ergo numerus non eſt ſenſibile. Præterea. Numerus non percipitur ab omni ſenſu, ergo non eſt ſenſibile commune. Præterea. Animal eſt ſenſibile per ſe, per ſe enim competit ei quod ſit corpus animatum ſenſibile, & tamen non immutat ſenſum, ergo inſufficienter dictũ eſt ꝙ ſenſibile per ſe eſt illud, quod per ſe, & non ratione alterius immutat ſenſum. Ad primum dicendum ꝙ numerus poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo ſecundum ſuum eſſe eſſentiæ, ſic ſolum percipitur ab intellectu. Alio modo ſecundum ſuum eſſe materiale, ſic percipitur à ſenſu. Ad ſecundum dicendum ꝙ ſenſibile commune non dicitur commune, quia aptum natum ſit ſentiri ab omnibus ſenſibus, ſed à pluribus, vt dictum eſt. Ad tertium dicendum quod ſenſibile poteſt accipi dupliciter. Vno modo actiue ſecundum quod deſcendit à ſentio ſentis ſentit, & ſic anima dicitur ſenſibile per ſe. Alio modo paſsiue, vt quando deſcendit à ſentior, ris riri, & ſic accipitur in propoſito, & iſto modo animal non eſt ſenſibile per ſe, ſed per accidens. Circa prædicta dubitatur ſecundum Doct. ſan. in lectione, vtrum illa, quæ dicũtur ſenſibilia communia poſsint dici ſenſibilia per ſe & propria, & videtur ꝙ ſic rationibus aliquorum. Nam huiuſmodi ſenſibilia ſunt propria ſenſui cõmuni, ſicut alia ſenſibilia ſunt propria ſingulis ſenſibus, ergo videtur quod ſint ſenſibilia, per ſe & propria. Præterea ſenſibilia propria non poſſunt eſſe ſine communibus ſenſibilibus per ſe, & non per accidens. In contrarium arguitur. Nam ſicut ſenſibilia per accidens non apprehenduntur, niſi inquantum ſenſibilia propria apprehenduntur, ita nec ſenſibilia communia. Nunquã enim viſus apprehendit magnitudinem aut figuram, niſi inquantum apprehendit coloratum, cum ergo ex hoc dicantur alia eſſe ſenſibilia per accidens, ſequitur ꝙ ſenſibilia communia ſint ſenſibilia per accidens. Dicendum ꝙ aliquid dicitur per accidens dupliciter. Vno modo vt per accidens diſtinguitur contra per ſe, & iſto modo prædicta ſenſibilia dicuntur ſenſibilia per accidens. Alio modo vt diſtinguitur contra per ſe, & contra per alterum, & iſto modo dicuntur ſenſibilia per ſe, & non per accidens. Ad primam rationem dubij dicendum eſt negando aſſumptum, (quia vt dicit hic Doct. ſan.) falſum eſt ꝙ iſta ſenſibilia cõmunia ſint propria obiecta ſenſus communis. Nam ſenſus communis eſt quędam potentia, ad quam terminantur immutationem omnium ſenſuum, vnde circa ipſas immutationes propriorum ſenſuum à ſuis obiectis habet ſenſus cõmunis aliquas proprias operationes, quas ſenſus proprij habere nõ poſſunt, percipit enim immutationes ſenſuum & diſcernit inter eas, & inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum. Ad ſecundum dicendum eſt negando conſequentiam, quia non dicitur ſenſibile per ſe, ex eo ꝙ non poteſt eſſe ſine alio, ſed ex eo dicitur ſenſibile per ſe, quia aptum natum eſt percipi ratione ſui, & non ratione alterius. Ad rationem in contrarium negatur conſequentia.

Sequitur in textu. § Cuius quidem viſus hoc eſt viſibile etc. § Hæc eſt lectio quartadecima eiuſdem libri, & in cõmento S. Thomæ.

IStud eſt octauum capitulũ huius ſecundi tractatus, in quo Philoſophus determinando de colore, lumine & diaphano quantum ad quid ſunt, ponit duas concluſio-

cluſiones, quarum prima eſt. Color eſt viſibilis per ſe. Hæc concluſio probatur tali ratione. Illud, quod habet in ſe cauſam alicuius prædicati, tale prædicatum conuenit ſibi per ſe in ſecundo modo dicendi per ſe, vt patet primo Poſte. ſed color habet in ſe cauſam viſibilitatis, ergo ſequitur quod color eſt viſibilis per ſe. Probatio maioris, quia omnis color eſt motiuus diaphani ſecundum actum, ſed illud, quod mouet diaphanum, ſecũdum actũ eſt viſibile, ergo ſequitur quod color ſecundum ſui naturam eſt viſibilis. Pro huius concluſionis declaratione conſiderandum eſt ſecundum Philoſophum quod diaphanum eſt illud, quod non habet proprium colorem in actu, ſed eſt ſuſceptiuum extranei coloris. Et vocatur alio nomine corpus tranſparens vel perſpicuum, ſicut ſunt aer, aqua, & multa corpora ſolida, vt ſunt lapides quidam & aurum, nec iſta diaphaneitas conuenit corporibus prædictis ſecundum propriam naturam elementorum, ſed ſecundum quandam naturam communiorem, cum diaphaneitas reperiatur etiam in corporibus cœleſtibus.

Conſiderandum eſt ſecundo ꝙ lumen eſt actus diaphani ſecundum quod diaphanum eſt. Nam ſicut ſe habet color ad corpus terminatum, ita ſe habet lumen ad diaphanum, ſed manifeſtum eſt ꝙ color eſt actus corporis terminati, ergo lumen eſt actus diaphani ſecundum ꝙ huiuſmodi. Conſiderandum eſt tertio quod lux, lumen, radius, & ſplendor, ſic inter ſe differunt, quia lux eſt qualitas primi corporis alterantis, lumen vero eſt qualitas à corpore lucido ſuſcepta in alio, & ſi tale lumen per rectã lineam ad corpus lucidum perueniat, tunc vocatur radius, ſi vero cauſetur ex reuerberatione radij ad corpus lucens, vocatur ſplendor. Conſiderandũ eſt quarto quod aliqua ſunt corpora actu lucida, quædam diaphana, quędam opaca, quia, cum lux ſit qualitas primi alterantis, quod eſt maxime perfectũ, & formale, illa corpora, quę ſunt maxime nobilia ſunt lucida actu, quæ autem ſunt propinqua his, ſunt receptiua luminis, non tamen ſunt lucida ſicut ſunt corpora diaphana, quæ autem ſunt maxime materialia non ſunt lucida actu, nec ſunt ſuſceptiua luminis ſicut ſunt opaca. Contra prædictam concluſionem ſic primo arguitur. Illud, quod conuenit alicui per ſe, eſt de ratione eius, ſed viſibile non eſt de ratione coloris, vt dicit hic Philoſophus, ergo color per ſe non eſt viſibilis. Præterea. Color non eſt viſibilis ſine lumine, ergo non eſt viſibilis per ſe. Ad primum dicendum quod illud, quod conuenit alicui per ſe in primo modo dicendi per ſe, bene eſt de ratione eius, non autem illud, quod conuenit alicui per ſe in ſecundo modo dicendi per ſe.

Viſibile autem conuenit colori per ſe in ſecundo modo dicendi per ſe, vnde ratio non ſequitur. Ad ſecundum dicendum quod lumen non requiritur ad videndum propter colorem, ſed propter medium, vt infra patebit. Secunda concluſio. Lumen non eſt corpus, hæc concluſio probatur tali ratione Philoſophi. Impoſsibile eſt duo corpora ſimul in eodem eſſe, ſed lumen ſimul eſt cum diaphano, ergo ſi lumen eſſet corpus duo corpora eſſent ſimul. Probatio minoris. Nam contrariorum eſt idem ſubiectum, ſed lumen & tenebra ſunt contraria ſecundum modum, quo priuatio & habitus contrariantur, & ſubiectum tenebræ eſt diaphanum, ergo & luminis, & per cõſequens lumen erit ſimul cum diaphano. Pręterea. Si lumen eſſet corpus oporteret quod illuminatio eſſet motus localis, ſed illuminatio non eſt motus localis cum ſit in inſtanti, ergo lumen non eſt corpus. Pro huius concluſionis declaratione conſiderandum eſt quod aliqui antiqui Philoſophorum dicebant quòd lumen eſſet corpus. Alij dicebant ipſum eſſe naturam ſpiritualem. Alij autem dicebant ipſum eſſe euidentiam coloris. Alij vero dicebant ipſum eſſe formam ſubſtantialem ſolis. Sed primum ſtare non poteſt propter rationes prædictas. Neque ſecundum, quia ſi lumen eſt natura ſpiritualis, non caderet in comprehenſione ſenſus: conſequens eſt contra experientiam, ergo lumen non eſt natura ſpiritualis.

Et quod vtamur nomine luminis in ſpiritualibus, hoc eſt quia viſus eſt ſpiritualior & ſubtilior cæteris ſenſibus, quod patet primo ex parte obiecti, quia aliqua cadunt ſub viſu ſecundum proprietates, in quibus communicant inferiora corpora cum ſuperioribus. Patet etiam ratione immutationis, nam ſenſus viſus eſt ſpiritualior ex modo immutationis, nam in ſolo viſu eſt immutatio ſpiritualis abſque naturali. Pro quo notandum quod immutatio naturalis vocatur quando qualitas ſuſcipitur in patiente ſecundum eſſe naturæ, ſicut cum aliquis infrigidatur. Sed immutatio ſpiritualis eſt ſecundum quod ſpecies recipitur in organo ſenſus per modum intentionis & non per modum naturalem, neque tertium ſtare poteſt. Nam ſi lumen non eſſet niſi euidentia coloris, ſequeretur quod nulla eſſent, quæ lucerent de nocte, conſequens eſt falſum & contra experientiam, ergo &c. neque vltimum ſtare poteſt, quia nulla forma ſubſtantialis eſt per ſe ſenſibilis, ſed lumen per ſe eſt ſenſibile. ergo &c. Contra prædictam concluſionem ſic arguitur.

Illud, cui competunt proprietates corporis eſt corpus, ſed lumini competunt proprietates corporis, vtputa reuerberatio, ergo lumen eſt corpus. Dicendum quod reuerberatio non competit lumini niſi ſecundum quandã ſimilitudinem. Nam ſicut aliqua corpora reuerberantur & reuertuntur ad corpus, à quo exierunt, ita etiam & radij luminis reuerberantur à corpore opaco, & reflectuntur. Ideo ſimilitudinarie ei proprietates corporis competunt. Vtrũ autem lumen ſit qualitas aut aliquid, aliud inferius declarabitur. Circa prædicta dubitatur vtrum lumen requiratur ad videndum propter medium tantũ, & non propter colorem. Et arguitur quod non rationibus Alberti tenentis iſtam partem. Nam color non poteſt mouere diaphanum ſine lumine, ergo ſequitur quod lumen requiritur propter colorem & non propter medium tantum. Præterea. Vnius potentiæ debet eſſe vnũ obiectum, ſi ergo lumen requireretur propter medium, & non propter colorem, ipſius viſus eſſent duo obiecta, & ſic viſus non eſſet vna potentia. Præterea. Qui eſt in obſcuro videt ea, quæ ſunt in lumine, & non econuerſo, ergo ſignum eſt quod lumen requiratur propter colorem. Ad dubium dicendum eſt ſecundum Doctorẽ ſanctum, quod lumen requiritur propter medium tantum, & non propter colorem. Cuius rationem aſsignat, nam color eſt viſibilis per ſe, vt dicit hic Philoſophus, ergo habet in ſe cauſam vt poſsit videri, & per conſequens lumẽ non requiritur propter colorem vt videatur. Ad primam rationem dubij dicendum, ꝙ color ſecundum ſuam propriam naturam aptus natus eſt mouere diaphanum imperfectæ. Pro cuius euidentia conſiderandum eſt (vt dicit hic Doct. ſan.) ꝙ differentia eſt inter virtutem perfectam & imperfectam, nam forma, quę eſt virtutis perfectæ in agendo, non ſolum poteſt inducere ſuam ſimilitudinem in ſuſceptibili, ſed etiam poteſt diſponere patiens vt ſit proprium eius ſuſceptiuum, quod non poteſt facere ſi ſit imperfectæ virtutis, cum ergo virtus coloris in agendo ſit imperfecta reſpectu luminis, quia co-

lor

lor nihil aliud eſt quàm lux quædam quodammodo obſcurata ex admixtione corporis opaci, ideo non habet virtutem vt faciat medium in ſua diſpoſitione, qua ſit ſuſceptiuum coloris, quod tamen poteſt facere lux pura. Ad ſecundum dicendum quod vnius potẽtiæ poſſunt eſſe plura obiecta ſubordinata, ita ꝙ vnum ſit obiectum quod, & alius ſit obiectum quo, color autẽ dicitur obiectum quod, & materiale viſus, lumen vero extrinſecum dicitur obiectum quo, vnde non ſequitur ratio. Ad tertiam rationem patet ſolutio ex dictis. Nam quod aliquis in obſcuro exiſtens poſsit videre ea, quæ ſunt in lumine, hoc eſt, quia lumen requiritur propter medium & non propter colorẽ. Et ſi dicatur ratio formalis alicuius obiecti requiritur propter obiectum, ſed lumen eſt ratio formalis coloris, ergo &c. Dicendum quod duplex eſt, lumen, videlicet lumen extrinſecum, & lumen intrinſecũ, quod includitur in colore, lumen autem extrinſecum nõ eſt ratio formalis coloris, de quo dubium procedit, vnde ratio eſt nulla.

Sequitur in textu. § Eſt autem coloris ſuſceptiuum non color, &c. § Hic incipit lectio decimaquinta eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTud eſt nonum capitulum pręſentis tractatus in quo Philoſophus oſtendens qualiter diaphanum ſe habet ad colorem, habet quinque concluſiones. Quarum Prima eſt quod Diaphanum eſt ſine colore. Hæc concluſio probatur tali ratione Philoſophi. Nam illud, quod eſt ſuſceptiuum alicuius non habet illud, cum nihil ſuſcipiat, quod habet, ſed diaphanum eſt ſuſceptiuum coloris, vt ex ſupradictis patet, ergo diaphanum eſt ſine colore. Ex hac concluſione infertur primo ꝙ diaphanum ſecundum ſe non eſt viſibile, quia vnumquodque eſt viſibile ſecundum colorem, ſed diaphanum non habet in ſe colorem, ergo diaphanum ſecundum ſe non eſt viſibile. Secundo infertur ꝙ diaphanum eſt actu tenebroſum, quia diaphanum eſt aptum natum ſuſcipere colorem, & non habet in ſe colorem neque lumen, ergo diaphanum eſt etiam tenebroſum. Secunda concluſio. Aliqua ſunt viſibilia, quæ non ſolum videntur in lumine, ſed etiam in tenebris. Hæc concluſio patet ad ſenſum. Nam quędam ſunt animalia & alia quædam entia (quorum nõ eſt vnum nomen commune) quæ videntur in tenebris ignita, & in nocte lucentia, vt ſunt capita quorundam piſciũ & ſquammæ, & oculi quorundam animalium, quæ videntur de nocte, ergo aliqua ſunt viſibilia, quæ videntur in tenebris. Sed conſiderandum eſt ꝙ talia viſibilia videntur in lumine & in tenebris, ſed in lumine videntur vt colorata, & in tenebris vt lucentia. Cuius ratio eſt, quia in eorum compoſitione habet aliquid lucis inquantum lucidum ignis & diaphanum aeris & aquæ non eſt in eis totaliter comprehenſum per opacum terræ, ideo videntur in lumine & in tenebris. Et quia habent modicum, de luce, ideo per præſentiam maioris luminis talis lux offuſcatur, ideo in lumine ſiue in die non videntur vt lucentia, ſed vt colorata, quia etiam talis lux non poteſt immutare diaphanum ſicut color, ideo talia videntur in tenebris vt lucentia & non colorata. Tertia concluſio. Color non poteſt videri ſine lumine. Hæc concluſio probatur dupliciter. Primo ratione. Nam hoc eſt de ratione coloris, quod ſit quid motiuum diaphani ſecundum actum, ſed non poteſt mouere diaphanum, niſi mediante lumine, ergo color non eſt viſibilis ſine lumine. Secundo probatur à ſigno, quia ſi ponatur ſenſibile immediate ſupra viſum, non percipitur à viſu, nam ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſationem, ergo ſignum eſt quod color non poteſt videri ſine lumine. Quarta concluſio. Si inter oculum videntem, & rem viſam eſſet vacuum, non fieret viſio. Hæc concluſio probatur tali ratione Philoſophi. Nam ad hoc quod fiat viſio oportet quod organum viſus patiatur à viſibili, ſed non poteſt pati à viſibili niſi per aliquod medium, ſi autem eſſet vacuum non eſſet medium, ergo ſi eſſet vacuum non eſſet viſio. Ex quo patet falſitas opinionis Democriti, qui opinatus fuit quod ſi inter rem viſam, & oculum eſſet vacuũ quod poſſet aliquis quancunque rem paruam videre per quancunque diſtantiam. Quinta concluſio. Aliqua ſunt viſibilia, quæ videntur in tenebris non ſolum vt lucentia, ſed etiam vt colorata, & quæ videntur in lumine non ſolum vt colorata, ſed etiam vt lucentia. Hęc concluſio probatur etiam ad ſenſum. Nam ignis habet tantum de lumine quod poteſt facere omnino diaphanum in actu, ergo ignis videtur vt quid coloratum. Et quia ignis non habet ita debile lumen, quod ad præſentiam maioris luminis obumbretur, ideo videtur in lumine non ſolum vt quid coloratum, ſed vt lucidum. Circa prædicta dubitatur vtrum color ſit proprium obiectum viſus. Et videtur primo quod non. Nam proprium obiectum alicuius potentiæ poteſt mouere potentiam, ſed non poteſt mouere per ſe viſum, cum non poſsit mouere viſum ſine lumine, vt conceſſum eſt, ergo &c. Præterea. Non poteſt percipi ab aliqua potentia quod non contineatur ſub ſubiecto, ſed viſus poteſt percipere, quod non eſt coloratum, vt puta tenebras & ſtellas, ergo &c. Dicendum breuiter quod color eſt obiectum viſus comprehendẽdo ſub colore lumen, quod eſt proprium formale eius, quod ſic patet, quia illud eſt obiectum per ſe alicuius potentiæ, ſub cuius ratione formali comprehenduntur omnia, quæ apta nata ſunt apprehendi à tali potentia, ſed color eſt huiuſmodi reſpectu viſus, ergo &c. Ad primum dicendum ꝙ lumen requiritur propter medium, vt ſupra dictum eſt, & non propter colorem, vnde ratio nen ſequitur. Ad ſecundum dicendum quod viſus non percipit tenebras per ſe, ſed ſolum per accidens, & licet ſtellę non habeant materiale coloris, tamen in eis eſt formale, ſcilicet lumen.

Sequitur in textu. § Nunc autem primo de ſono & olfactus, &c. § Hæc eſt lectio decimaſexta eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTud eſt decimum capitulum præſentis tractatus in quo Philoſophus determinando de generatione ſoni ponit quatuor concluſiones. Quarum prima eſt, ꝙ ſonus quandoque eſt in actu quandoque in potentia. Hæc concluſio probatur tali ratione elicitiue ſecundum Philoſophum. Illud, quod quandoque eſt & quandoque non eſt aliquando eſt in actu, aliquando eſt in potentia, ſed ſonus quandoque eſt & quandoque non eſt, vt patet de campana, quæ quandoque ſonat quandoque nõ, ergo ſonus quandoque eſt in actu quandoq; in potentia. Contra hanc concluſionem arguitur. Illud, quod non eſt, non eſt in actu, ſed ſonus non eſt, ergo ſonus non eſt in actu. Probatio minoris, quia quod fit non eſt, ſed ſonus ſolum habet eſſe in fieri, ergo ſonus non eſt. Præterea.

Illud, quod eſt ſenſibile in actu habet propriam ſpeciem in re ſenſibili, per quam actu poteſt percipi, ſed ſonus nõ habet propriam ſpeciem in re ſonante, ergo non eſt actu. Pro declaratione horum conſiderandum eſt primo ꝙ corpora ſonantia ſunt in quadruplici differentia. Nam quædam ſunt ſecundum actum bene ſonantia, vt campana dum actu pulſatur, quædam vero ſunt bene ſonantia ſecundum potentiam, vtputa de campana, quæ non actu ſonat, ſed tamen habet potentiam bene ſonare, alia ſunt, quæ non ſunt bene ſonantia nec in actu nec in potentia, apta tamẽ nata eſſe ſonantia, vt patet de lana & ſimilibus, alia ſunt, quæ non ſunt apta nata bene ſonare, nec ſonare aliquo modo vt aer. Conſiderandum eſt ſecundo ꝙ aliquid dicitur in actu dupliciter. Vno modo in actu permanente & iſto modo color habet eſſe in actu. Alio modo in eſſe ſucceſsiuo, & iſto mõ ſonus habet eſſe in actu. Et per hoc patet ſolutio ad primum argumentum quia illa auctoritas, illud quod fit &c. habet intelligi de permanentibus, & non de ſucceſsiuis. Permanentia enim dũ fiunt non ſunt, ſucceſsiua vero dum fiunt ſunt, & dum facta ſunt non ſunt. Conſiderandum eſt tertio, ꝙ aliquid dicitur eſſe ſenſibile in actu dupliciter. Vno modo quia habet ſpeciem, per quam ſentitur extra medium & ſenſum. videlicet in re exteriore, & iſto modo color odor & ſapor ſunt in actu & non ſonus. Alio modo quia habet ſpeciem, per quam actu ſentitur in medio vel organo, & iſto modo ſonus dicitur eſſe in actu. Non eſt enim aliqua ſpecies ſoni in campana ſonante, formatur tamen ſpecies in aere & in organo auditus. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundũ. Secundo concluſio eſt. Tria requiruntur ad generationem ſoni, videlicet percutiens, percuſſum & medium. Hæc concluſio probatur tali ratione, quæ elicitur ex dictis Philoſophi. Nam ſonus cauſatur ex fractione aeris, quæ fit ex vehemẽti percuſsione, ſed in omni percuſsione requiritur percutiens & percuſſum, & requirit etiam tertio ictus percutientis, qui non poteſt fieri ſine motu locali, motus vero localis non poteſt fieri ſine medio, ergo in generatione ſoni requiritur percutiens, percuſſum, & medium. Vnde Philoſophus dicit in litera ꝙ ſonus eſt ſemper alicuius, id eſt percutiẽtis, ad aliquid, id eſt percuſſum, & in aliquo, id eſt in medio. Pro huius cõcluſionis declaratione eſt aduertendum ſecundum Philoſophum ꝙ ad hoc quod prædicta faciant ſonum, præſertim bonum, quatuor conditiones requiruntur. Quarum prima eſt, ꝙ talia corpora ſint dura. Secũda eſt quod ſint lenia. Tertia eſt quod ſint concaua. Quarta ꝙ ſint velociter mota ita quod motus percutientis præueniat diuiſionem aeris. Contra prædictam concluſionem ſic arguitur, & primo contra ſuppoſitum. Nam Philoſophus non determinat hic de generatione coloris, ergo non habet determinare hic de generatione ſoni. Præterea. Ad generationem ſoni requiruntur motus localis, & ictus verberantis, ergo non ſufficiunt prædicta tria. Ad primum dicendum negando conſequentiam, quia non eſt ſimilis ratio de ſono & colore & odore & ſapore. Nã color, odor, & ſapor & aliæ qualitates tangibiles (vt dicit hic Docto. ſan.) habent eſſe fixum & permanens in ſuo ſubiecto.

Vnde eſt alia ratio illorum ſenſibilium ſecundum ſe, & ſecundum quod immutant ſenſum. Sed ſonus cum cauſetur à motu non habet eſſe fixum, & quietum in ſubiecto, ſed in quadam immutatione cõſiſtit. Ideo cum Philoſophus in hoc libro intendat determinare de ſenſibilibus ſecundum quod habent immutare ſenſum, ſimul & ſemel determinat de immutatione ſoni & generatione eius. Ad ſecundum dicendum, ꝙ ictus percutientis, & motus localis comprehenduntur ſub percutiente & percuſsio concomitatiue. Tertia concluſio. Aer eſt proprium medium ſoni, Aqua vero minus proprium. Hæc concluſio probatur tali ratione. Illud eſt proprium medium ſoni, quod faciliter rareſit & condenſatur, & per quod ſonus faciliter poteſt diffundere ſuas ſpecies ad organum auditus, ſed aer eſt huiuſmodi, ergo &c. Ex hac concluſione ſequitur quod aer nõ eſt corpus ſonans, quia ſi eſſet corpus ſonans non ſuſciperet ſonum, cum intus exiſtens prohibeat extraneum. Contra hanc concluſionem ſic arguitur. Aeris ad ſonũ nulla eſt reſiſtentia, ergo ſi aer ſit proprium medium, ſequitur ꝙ ſonus fiat in inſtanti. Nam ratio quare viſio fiat in inſtanti eſt, quia aeris ad lumen nulla eſt reſiſtentia, cum aer ſit diſpoſitus vltima diſpoſitione ad ſuſceptionem luminis. Conſequens eſt falſum, ergo &c. Præterea. Illud, quod eſt ſubiectum alicuius quantitatis ſenſibilis non eſt medium eius, ſed aer eſt ſubiectum ſoni, ergo aer non eſt medium ſoni.

Præterea. Quantitas ſenſibilis habet eſſe intentionale in ſuo medio, ſed ſonus habet eſſe reale in aere cum nullibi habeat eſſe niſi in aere, ergo idem vt ſupra. Ad primum dicendũ ꝙ licet aeris ad ſonum nulla ſit reſiſtentia, quia tamen ſonus non poteſt fieri ſine motu locali, ideo non oportet ꝙ ſonus fiat in inſtanti, quia contradictionem implicat motum localem eſſe in inſtanti. Ad ſecundum dicendum quod ſonus eſt in aere propinquo corpori ſonanti ſubiectiue, in aere vero magis diſtanti eſt tanquam in medio, in quo habet eſſe intentionale. Et per hoc, patet ſolutio ad tertium. Quarta concluſio. In omni ſonatione fit repercuſsio ſoni à corpore oppoſito corpori ſonanti. Hæc concluſio probatur tali ratione. In omni illuminatione fit repercuſsio luminis, ergo à fortiori in omni ſonatione fit repercuſsio ſoni. Sed ſi arguatur contra hanc concluſionem, Si in omni ſonatione eſſet repercuſsio ſoni, ſequeretur ꝙ in omni ſonatione cauſaretur ſonus echon, conſequens eſt falſum, & contra omnem experientiam, ergo &c. Dicendum ꝙ in omni reuerberatione ſoni cauſatur ſonus echon, ſed talis ſonus non ſemper eſt manifeſtus, oportet enim ad hoc quod fiat manifeſtus (vt dicit hic Doctor ſanctus) ꝙ repercuſsio ſoni fiat ad corpus concauum, quo natus eſt multiplicari ſonus. Si autem fiat talis reuerberatio ad alia corpora, quæ non ſunt apta nata multiplicare ſonum, fiet quidem ſonus echon, ſed non manifeſtus. Pro ampliori declaratione huius ſoni echon, conſiderandum eſt ſecundum Doctorem ſanctum, quòd cum generatio ſoni ſequatur motum aeris, ſic contingit de immutatione aeris apud generationem ſoni, ſicut de immutatione aquæ, cum aliquid in aqua proijcitur. Manifeſtum eſt autem quod fiunt quædam regirationes in circuitu aquæ percuſſæ, quæ circa locum percuſsiunis ſunt paruæ & motus eſt fortis, vbi autem ſunt maiores regyrationes eſt motus debilior. Tandem motus totaliter deficit & regyrationes ceſſant, ſi autem antequàm motus ceſſet regyrationes illę aliquod obſtaculum inuenirent, fit motus & regyratio in contrarium, & tanto vehementius quanto propinquius fuerint primę percuſsioni. Pariformiter intelligendum eſt ꝙ ad percuſsionem corporum ſonantium aer in quodam gyro mouetur, & ſonus diffunditur circulariter, & in propinquo illæ gyratione ſunt minores, & motus eſt fortior, in remoto autem gyrationes ſunt maiores, & motus eſt debilior, & ſonus obſcurior auditur, tandem autem deficit totum, ſi autem antequàm

deficiant

deficiant huiuſmodi gyrationes, fiat reuerberatio aeris ſic moti, & ſonum deferentis ad aliquod corpus, illæ regyrationes reuertuntur in contrarium, & auditur ſonus quaſi ex aduerſo, qui dicitur echon & cætera.

Sequitur in textu. § Vacuum autem recte dicimus proprium audiendi, &c. § Hæc eſt lectio decimaſeptima eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

IStud eſt vndecimum capitulũ præſentis ſecundi tractatus, in quo Philoſophus determinans de immutatione auditus à ſono, ponit tres conditiones, quæ requiruntur ad hoc ꝙ auditus poſsit immutari à ſono, quarum prima eſt, ꝙ ibi ſit vnitas & continuitas aeris, & continuus motus ab aliquo corpore ſolido & firmo. Secunda conditio eſt quod in organo ſit aer intraneus incluſus in quadam pellicula. Tertia cõditio eſt quod talis aer ſit immobilis. Ex his conditionibus eliciuntur tria impedimenta ex oppoſito, per quæ impeditur talis immutatio. Primum eſt quando ille aer in organo corrumpitur. Secundum eſt quãdo illa pellicula circundans illum aerem corrumpitur vel læditur. Tertium eſt quando talis aer eſt mobilis. Conſiderandum eſt vlterius ſecundum Philoſophum in litera quòd duæ ſunt differentiæ ſoni, videlicet graue & acutum. Sonus enim acutus eſt, qui in pauco tempore multum mouet auditũ, ſed ſonus grauis eſt, quĩ in multo tempore parum mouet auditum. Et ſi dicatur eſt aliquis ſonus moderatus & circunflexus, ergo prædictæ differentiæ non bene aſsignantur. Dicendum quod ſonus circunflexus & ſonus moderatus continentur ſub prædictis. ſicut medij colores ſub extremis, quia participant aliquid de ſono acuto, & aliquid de ſono graui, vt patet in muſica Boetij. Si dicatur vlterius, ſonus acutus & ſonus grauis ſunt ſpecies ſoni, ergo acutũ & graue non ſunt differentiæ eius. Dicendum quòd graue & acutum poſſunt accipi dupliciter. Vno modo formaliter: Et ſic ſunt differẽtiæ ſoni. Alio modo materialiter pro ipſo ſono, qui eſt acutus, vel pro illo ſono, qui eſt grauis, & ſic ſunt ſpecies ſoni. Conſiderãdum vlterius quod acutum, & graue nõ ſunt idem quod tardum & velox, quia ſonus non eſt idem quod motus, ergo differentiæ ſoni non ſunt eędem cum differentijs motus, ſed acutum & graue ſunt differentiæ ſoni, vt ex dictis patet, & tardũ & velox ſunt differentiæ motus, ergo, &c. Veruntamen quia ſonus cauſatur à motu, ideo acutũ & graue in ſono cauſantur à velocitate & tarditate motus. Circa prædicta dubitatur primo, vtrũ tam percutiens quàm percuſſum ſint cauſa actiua ſoni. Et videtur quod non. Nam illud quod eſt cauſa actiua non eſt cauſa paſsiua reſpectu eiuſdem, ſed corpus percuſſum eſt cauſa paſsiua, ergo non videtur quòd ſit cauſa actiua ſoni. In contrarium arguitur per Philoſophum in litera. Dicendũ quod tam percutiẽs quàm percuſſum eſt cauſa actiua ſoni cuius ratio Philoſophi eſt, quia ſonus generatur ex fractione aeris, ſed corpus percutiens eſt cauſa actiua huius fractionis, ergo corpus percutiens cõcurrit actiue ad generationem ſoni, & quia ad talem fractionẽ aeris requiritur quod corpus percuſſum ſit durum & firmum, ideo facit illum aerem reſilire, ad quam reſilitionem corpus percuſſum concurrit actiue, ideo corpus percuſſum actiue ad generationem ſoni concurrit. Ad rationem dubij dicendum quòd licet corpus percuſſum paſsiue concurrat ad fractionem aeris actiue tamen concurrit ad prædictam reſilitionem quæ ad generationem ſoni concurrit. Dubitatur ſecundo, vtrum ſonus ſit propriũ obiectũ auditus, & videtur quod non. Nam nullum ſenſibile commune, eſt proprium obiectũ alicuius ſenſus, ſed ſonus eſt ſenſibile cõmune, ergo, &c. Probatio minoris, quia motus eſt ſenſibile cõmune, ſed ſonus non eſt niſi quidã motus aeris, vt hic conceditt Philoſophus, ergo ſonus eſt ſenſibile commune. Præterea. Illud, quod immutat auditum eſt obiectum auditus, ſed corpus percutiens ſiue ſonans immutat auditũ, ergo corpus percutiens ſiue ſonans eſt obiectum auditus, & per conſequens non ſonus, cũ tamen vnius potentiæ ſit vnũ obiectum. Dicendum quòd ſonus eſt proprium & per ſe obiectum auditus. Quod ſic patet. Nam illud eſt proprium & per ſe obiectum alicuius potentiæ, ſub cuius ratione formali omnia ſenſitiua illius potentiæ apprehenduntur ab illa potẽtia, ſed ſonus eſt huiuſmodi, ergo, &c. Ad primam rationem dubij dicendum quod ſonus non eſt motus eſſentialiter, ſed effectiue ſolum, quia cauſatur à motu & conſequitur ipſum. Ad ſecundum dicendum quòd corpus ſonans immutat per accidens auditum, & non per ſe, vnde ratio nulla.

Sequitur in textu. § Vox autem eſt ſonus quidam animati, &c. § Hic incipit lectio decima octaua eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

IStud eſt duodecimum capitulum prædicti tractatus in quo Philoſophus determinando de quadam ſpecie ſoni, videlicet de voce, ponit vnam cõcluſionem, videlicet quòd vox eſt repercuſsio aeris reſpirati ab anima ſecundum imaginationem, quæ eſt in his partibus ad arteriam vocalem. Hæc concluſio probatur quantum ad ſingulas partes. Et primo ꝙ vox ſit reuerberatio aeris. Nam omnis ſonus eſt reuerberatio aeris, i. ex reuerberatione aeris cauſatur, ſed omnis vox eſt ſonus, ergo omnis vox eſt ex reuerberatione aeris. Quod autem vox ſit reuerberatio aeris reſpirati, probat Philoſophus duobus ſignis. Quorum primũ eſt. Nam non poteſt formare vocem niſi expirando vel reſpirando retineat aerem, ergo ſignum eſt quòd vox eſt reuerberatio aeris reſpirati. Secundum ſignũ eſt, quia animalia nõ reſpirantia non poſſunt formare vocem, ergo, &c. Quod autem vox ſit reuerberatio aeris reſpirati ab anima ad arteriam vocalem patet. Nam ſicut in ſono, ita in voce reperitur corpus percuſſum, ſed vocalis arteria videtur corpus percuſſum in generatione vocis, ergo, &c. Ex hac concluſione infertur quòd inanimata non poſſunt formare vocem. Infertur ſecundo, quod animalia non reſpirantia non poſſunt formare vocem & per conſequens piſces non poſſunt formare vocem. Infertur tertio, quod animalia carentia ſanguine non poſſunt etiam formare vocem. Conſiderandũ eſt ſecundum Philoſophum in litera. Primo quod aer reſpiratus eſt medium vocis, cuius reſpirationis organum eſt vocalis arteria, quę eſt quędam vena procedens à pulmone ad guttur. Contra prædictã concluſionem ſic arguitur breuiter. Reuerberatio eſt quidã motus, ſed vox non eſt motus, ergo vox non eſt reuerberatio aeris. Præterea. Si vox eſſet reuerberatio aeris ab anima, ſequeretur quòd inſtrumenta muſicalia non formarent vocem, conſequens eſt falſum, & cõtra communem modum loquendi. ergo, &c. Præterea. Reſpiratio eſt naturalis animali, ergo ſi vox eſſet reuerberatio aeris reſpirati, ſequeretur quod quælibet vox eſſet naturalis & per cõſequens

ſignificatiua

ſignificatiua naturaliter. Ad primũ dicendũ quod dum dicitur vox eſt reuerberatio aeris eſt prædicatio cauſalis & non eſſentialis. Ad ſecundum dicendum quod inſtrumenta muſicalia, & alia inanimata dicuntur formare vocem ſimilitudinarie, cum primo propter continuitatem ſoni, tum ſecundo propter cõſonantiam, tum tertio propter interpretationem, non tamen dicuntur formare vocem proprie. Ad tertium dicendum quòd licet formare vocem in communi ſit naturale animali, conditionibus prædictis reſeruatis, tamen formare hanc vel illã vocem non eſt naturale animali, vnde non oportet quòd quælibet vox ſit naturali animali.

Sequitur in textu. § De odore autem & olfactu minus bene determinabile, &c. § Hæc eſt lectio decimanona eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTud eſt decimumtertium capitulũ huius tractatus, in quo Philoſophus determinãs de obiecto olfactus, ſcilicet de odore, ponit duas concluſiones, quarũ Prima eſt quod nos habemus peiorem olfactũ cæteris animalibus. Hæc concluſio probatur tali ratione Philoſophi. Nam inſtrumentum ſenſus debet eſſe proportionatum ſenſibili ſuo ſed ſenſibile olfactus, ſcilicet odor cauſatur ex calido & ſicco, ergo inſtrumentum, ſiue organũ olfactus debet eſſe compoſitum ex talibus, ſ. ex calido & ſicco, ſed cerebrum noſtrum, in quo conſiſtit inſtrumentum olfactus parũ habet de calido & ſicco, & ſuperabundat in humido & frigido, cum inter cætera animalia habeamus maius cerebrum, ergo inter cętera animalia pro maiori parte habemus peiorem olfactum. Ex quo infertur ſecundum Philoſophum quod difficile eſt determinare de odorabili & ſpeciebus eius, & ſi arguitur, homo eſt perfectiſſimũ animalium, ergo habet perfectiſſimas operationes, & per conſequens perfectiſſima inſtrumenta. Dicendũ quod licet homo abſolute & ſimpliciter loquendo ſit perfectiſſimum animalium, nõ tamen eſt inconueniens quod aliquod animal ſit perfectus homine quantum ad aliquid, ſicut quantum ad fortitudinem leo præcellit, & linx quantũ ad viſum, & ſic de alijs. Secunda concluſio eſt quod ſpecies & differentiæ odoris nobis ignotæ ſunt, ſed fiunt nobis notæ per cõparationem ad differentias ſaporis. Hęc concluſio probatur tali ratione. Quandocunq; aliqua duo habent proportionem adinuicem, & vnũ eſt notius altero, illud quod eſt minus notum habet cognoſci & notificari per illud, quod eſt notius, ſed ſpecies odoris & ſaporis proportionem habent adinuicem, cum olfactus proportionem habeat ad guſtum, & ſpecies ſaporis ſint nobis magis manifeſtæ, ergo relinquitur ꝙ ſpecies odoris nobis innoteſcãt per ſpecies ſaporis. Quòd autem ſpecies ſaporis ſint nobis magis manifeſte patet, quia nos habemus guſtũ certiorem cæteris animalibus, quia guſtus eſt quidã tactus, tactum autem habemus cæteris animalibus perfectionem, ergo ſpecies odoris ſumuntur à ſpeciebus ſaporis. Ex quo ſequitur ꝙ homo eſt prudentiſſimum animal, quia ex ſenſus tactus accipimus quod aliquid ſint ingenioſi vel non ingenioſi, non autem ſecundum alıud ſenſum. Vnde illi, qui ſunt duri carne, carẽt ingenio bono, & ſunt inepti ad ſcientias. Illi vero, qui ſunt molles carne ingenioſi ſunt & apti mente ad ſcientias & ad virtutes. Quòd autẽ illi, qui habent bonum tactũ habeant per ſe bonitatẽ mentis, patet dupliciter, cũ primo, quia tactus eſt fundamentum aliorum ſenſuum, tum ſecundo, quia bonitas tactus ſequitur bonitatem complexionis. Et ſi arguitur. Senſus viſus ſpiritualior eſt, & plures rerum differentias demonſtrat, vt patet in proœmio Metaphy. ergo ſenſus viſus magis denotat bonitatem mentis & ingenij, quã ſenſus tactus. Præterea. Si homo haberet certiſſimum tactum inter cætera animalia, ſequeretur ꝙ ſpecies odoris deberent ſumi à qualitatibus tangibilibus & nõ à ſpeciebus ſaporis, conſequens eſt cõtra Philoſophum hic: ergo, &c. Pręterea. Vulgo dicitur ꝙ aranea præcellit hominem tactu, vt patet per quendam metriſtam, qui ſic ait. Vultur odoratur, linx viſu, ſimia guſtu. Nos aper auditu, præcellit aranea tactu. Ergo ſequitur ꝙ homo cęteris animalibus non habeat certiſſimum tactum. Ad primũ dicendum quod viſus per accidens poteſt concurrere ad bonitatem & nobilitatem mentis, per ſe tamen ſenſus tactus valet ad probationem nobilitatis ipſius mentis. Ad ſecundũ dicendum ꝙ ſapor & odor cauſantur per commixtionem aliquarum primarum qualitatum ſenſibiliũ. Qualitates vero tangibiles ſunt ſimplices & non commixtę, vt hic dicit Doctor ſancti, ideo ſpecies odoris magis ſumuntur à ſpeciebus ſaporis quam à qualitatibus tangibilibus. Ad tertium dicendum negãdo aſſumptũ, quia prædicta metra de directo repugnant dictis Philoſophi & veritati. Pro maiori declaratione conſiderandum eſt ſecundum Philoſophũ in litera quòd ſpecies odoris, ſiue differẽtiæ ſunt dulce & amarum, quæ quidem in vno & eodem aliquãdo conueniunt cum differentijs ſaporis, & aliquando differunt, nam aliquando contingit ꝙ vbi eſt odor dulcis, ibi eſt ſapor dulcis, & vbi eſt odor amarus, ibi eſt ſapor amarus, aliquando vero contingit ꝙ vbi eſt odor dulcis, ibi eſt ſapor amarus, & vbi eſt ſapor dulcis, ibi eſt odor amarus. Cuius ratio eſt, quia odor conſiſtit in calido & ſicco temperato, ſapor vero conſiſtit in humido aqueo debite digeſto, vbi ergo illa duo ſimul reperiuntur, ibi reperitur odor eiuſdem qualitatis cum ſapore, ſi vero reperiatur vnum & non reliquum, ibi erit, differentia in qualitate vtriuſque. Circa prædicta dubitatur vtrum odor ſit proprium obiectum olfactus. Et arguitur ꝙ non quia illud eſt proprium obiectũ, quod eſt adæquatum alicui potentię, ſed odor non eſt obiectum adæquatum olfactui, ergo, &c. Probatio minoris, quia non odorabilia poſſunt percipi ab olfactu, vt cõcedit hic Philoſophus. Præterea. Odor eſt perceptibilis à guſtu, ergo non eſt proprium obiectum olfactus. Ad dubium dicendum ꝙ odor eſt proprium & adæquatum obiectum olfactus, quod probatur illa ratione, qua probatum eſt ſuperius de colore reſpectu viſus, & de ſono reſpectu auditus. Ad primam rationem dubij dicendũ quòd non odorabilia percipiuntur ab olfactu, non per ſe ſed per accidens. Ea ſimiliter dicendum eſt ad ſecundum.

Sequitur in textu. § Eſt autem, & olfactus per medium ut aerem & aquam, &c. § Hæc eſt lectio vigeſima eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTud eſt decimumquartum capitulum huius tractatus, in quo Philoſophus determinans de immutatione olfactus ab odore ponit tres concluſiones, quarum Prima eſt quod aer & aqua ſunt medium odoris. Probatur, quia ſpecies odoris diffunduntur per aerẽ & aquam, ergo, &c. Antecedens patet per ſenſum. Nam vulturea per magnum ſpatium veniunt ad cadauera mortuorum,

quòd

quòd non facerent niſi ſpecies odoris diffunderétur per aerem, & aquatica, vt piſces, odores ſentiunt, vt patet ad ſenſum. Secunda concluſio eſt. Idem ſenſus olfactus ſecundum ſpeciem eſt in omnibus animalibus, tam rationalibus, quã irrationalibus. Hæc concluſio probatur duabus rationibus Philoſophi, quarum prima eſt. Nam ſenſus diſtinguuntur pene ſenſibilia. ſed olfactus in omnibus animalibus ordinantur ad idem ſenſibile, videlicet ad odorem, ergo, &c. Præterea. Ille ſenſus eſt vnus, cuius ſunt eadẽ corruptiua, ſed tam olfactus hominis, quàm aliorũ animalium corrumpuntur propter excellentiam odoris, ergo idem vt ſupra. Contra hanc concluſionem arguitur tali ratione Philoſophi. Aliqua ſunt animalia, quæ odorant reſpirando, aliqua vero odorant non reſpirando, ergo videtur ꝙ non eſt idem olfactus in omnibus animalibus. Dicendum quod eſt idem olfactus ſecundũ eſſentiam, ſed eſt diuerſus modus odorandi, qui prouenit ex diuerſa diſpoſitione organi. Nam organum olfactus in homine differt ab organis aliorũ animalium, quia organum odoratus in homine eſt cum cooperculo, in alijs vero animalibus non reſpirantibus eſt ſine cooperculo. Ex quo infert Philoſophus quod reſpirantia nõ odorant in aquis. Tertia cõcluſio eſt, quod organum olfactus eſt in potentia ad odorẽ & ſiccitatem. Cuius ratio eſt, quia ſicut ſe habet organum viſus ad colorem, & lumen, ita ſe habet organum olfactus ad odorem & ſiccitatem, cum odor fundetur in ſicco, ſicut ſapor in humido, ſed organum viſus eſt in potentia ad colorem & lumen, ergo organum olfactus debet eſſe in potentia ad odorem & ſiccum. Circa prædicta dubitatur vtrum odor transfundat ſuas ſpecies in aere realiter vel intentionaliter. Et videtur quod realiter. Nam poma odorem emittentia deſiccantur, quod non fieret, niſi eſſet realis euaporatio, ergo odor realiter funditur in medio. Præterea. In omni euaporatione eſt fumalis euaporatio, ſed talis habet eſſe reale in medio, ergo idem vt ſupra. Præterea. Beſtiæ ſylueſtres dum volũt quieſcere in aliquo loco faciunt magnũ ſaltum ne canes ipſas percipiant per odorem, ſed hoc nõ eſſet niſi odor realiter eſſet in medio, ergo, &c. Dicendũ odor transfunditur realiter in medio quantum ad aliquã partem, non tamen quantum ad totum medium. Prima pars illius patet per argumenta iam facta. Secunda pars probatur, quia fertur quod vultures per quingentia miliaria & amplius ad cadauera mortuorum veniunt propter odorem, ſed impoſsibile eſt quod talis odor per tantum ſpatium poſsit diffundi realiter, cum vniuſcuiuſq; rei ſit determinatus terminus rarefactionis vel euaporationis. Ad argumenta omnia dubij patet ſolutio ex dictis.

Sequitur in textu. {Guſtabile autem, &c. }

Hæc eſt lectio vigeſimaprima eiuſdem libri, & in commento S. Thomæ.

ISTud eſt quintumdecimum capitulum præſentis tractatus, in quo Philoſophus determinans de guſtu ponit quatuor concluſiones, quarũ prima eſt, quod Guſtus percipit ſuum obiectum, ſcilicet ſaporem per mediũ intraneum. Hæc concluſio probatur tali ratione. Nam tactus percipit ſuum obiectum per medium intraneum, ſed guſtus eſt quidam tactus, & guſtabile eſt quoddam tangibile, ergo ſequitur quod guſtus percipit ſuum obiectum per mediũ intraneum. Pro cuius declaratione conſiderandum eſt ſecundũ Doct. ſan. quod duplex eſt medium ſenſus. Quoddam eſt mediũ intraneum, quod dicitur pars animalis de conſtitutione eius exiſtens, vtpute caro. Aliud eſt medium extraneum, quod. ſ. non eſt pars animalis, vtputa aer vel aqua. Guſtus ergo & tactus percipiunt ſua obiecta per mediũ intraneum. Alij vero ſenſus per medium extraneum, vt ex ſupradictis patet. Contra prædicta ſic primo arguitur. Si guſtus eſſet quidã tactus, ſequeretur quod non eſſent niſi quatuor ſenſus exteriores, conſequens eſt contra omnem doctrinam Philoſophorũ, ergo, &c. Præterea. Aliquis in aqua exiſtens, percipit ſaporem alicuius corporis diſtantis, ergo videtur ꝙ guſtus non ſemper percipiat ſuũ obiectum per medium intraneum. Ad primum dicendum ꝙ guſtum eſſe tactum poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad eſſentiam ſenſuum. Alio modo quantum ad modum ſentiendi. Guſtus ergo dicitur tactus ſecundo modo, nõ autẽ primo modo, quod patet tali ratione Doctoris ſancti. Nam ita ſe habet guſtum ad tactum, ſicut ſe habet obiectum guſtus. ſ. ſapor ad obiectum tactus, ſcilicet ad quatuor qualitates tangibiles, ſed manifeſtũ eſt quod ſapor nõ eſt eſſentialiter qualitas aliqua de qualitatibus tangibilibus, ergo eſſentialiter guſtus nõ eſt quidam tactus. Ad ſecundum dicendum ꝙ aliquis exiſtens in aqua non percipit ſaporem corporis diſtantis vt diſtans eſt, ſecundum ꝙ dicit hic Doct. ſan. ſed percipit ſaporem corporis, vt diſtans, ſecundum ꝙ admixtum eſt cum aqua. Secunda concluſio. Guſtabile nõ poteſt percipi à guſtu ſine humiditate. Hæc concluſio probatur tali ratione. Sicut ſe habet color ad lumen per reſpectum ad viſum, ita ſe habet ſapor ad humidum per reſpectum ad guſtum, ſed color nõ poteſt percipi à viſu ſine lumine, ergo ſapor non poteſt percipi à guſtu ſine humiditate. Ex quo infertur ꝙ guſtabile debet eſſe vel actu humidum, vel aptum natum humiditatem ſuſcipere. Tertia cõcluſio. Guſtus non ſolum percipit guſtabile, ſed etiam non guſtabile. Hæc concluſio probatur tali ratione. Nam ſicut ſe habet viſus ad viſibile & non viſibile, ita ſe habet guſtus ad guſtabile, & non guſtabile ſed manifeſtum eſt, quod viſus nõ ſolum percipit viſibile, ſed etiam non viſibile, vtputa tenebras, ergo, &c. Pro cuius declaratione conſiderandũ eſt ſecundum Doct. ſan. quod aliquid dicitur guſtabile tripliciter. Vno modo illud dicitur guſtabile, quod habet bonum guſtum. Secundo modo dicitur guſtabile, quod habet prauum guſtum. Tertio modo dicitur guſtabile, quod habet paruum guſtum. Et per oppoſitum aliquid dicitur non guſtabile tripliciter. Vno modo, quod nõ eſt aptum natũ aliquo modo immutare guſtum. Alio modo dicitur non guſtabile, quod non poteſt immutare guſtũ, niſi praue. Tertio modo dicitur non guſtabile, quod non poteſt immutare guſtum cum magna quantitate, licet bene poſſet immutare cum modica. Conſiderãdum eſt ſecundo quod guſtũ percipere nõ guſtabile poteſt intelligi dupliciter. Vno modo per ſe & poſitiue. Alio modo per accidens & priuatiue. Primo modo guſtus nõ poteſt percipere non guſtabile, ſed bene ſecundo modo. Quarta concluſio. Inſtrumentum ſiue organum guſtus non eſt humidũ actu ſecũdum ſeipſum, nec eſt tale quod non poſsit fieri humidum. Hæc concluſio probatur tali ratione. Nam ſicut ſe habet organum viſus ad lumen, ita ſe habet organum guſtus ad humidum, ſed organum viſus non habet in ſe lumen inquãtum huiuſmodi, nec eſt ſuſceptiuum coloris, ergo, &c. Idem patet à ſigno. Nam lingua exiſtens ſicca, aut valde humida non poteſt ſentire, ergo ſignum eſt quod organũ guſtus, quod eſt in lingua non eſt actu humidum. Circa prædicta primo dubitatur

tactu, ideo ratio non ſequitur præſertim cum guſtus non ſit tactus eſſentialiter, vt ſupra declaratum eſt. Ad quartum dicendum, quod licet ſint tantum quinq; ſenſus exteriores in genere, poſſunt tamẽ eſſe plures in ſpecie. Ad vltimum dicendum quòd accidentia materialia multiplicantur ad multiplicationem ſubiectorum, non autem ſpecifice, vnde tactus eſt bene vnus ſenſus materialiter & ſubiectiue, eſt tamen plures formaliter & obiectiue. Secunda concluſio. Caro nõ eſt organum tactus. Hæc concluſio probatur dupliciter. Primo ſicut ſe habet aer ad viſum, ita ſe habet caro ad tactum, ſed aer non eſt organum viſus, ergo caro non eſt organum tactus. Præterea. In lingua ſunt duo ſenſus, vtputa guſtus & tactus, ad quorum ſenſuum actionem concurrit caro, ergo ſignum eſt quòd caro nõ eſt organum tactus, quia pari ratione eſſet organum guſtus, & ſic guſtus & tactus non eſſent plures ſenſus, cum diuerſorum ſenſuum ſint diuerſa organa. Et ſi dicatur, ſtatim ad tactũ carnis ſentimus tangibilia, ergo videtur ꝙ caro eſt organũ tactus. Ad hoc reſpondet Philoſophus negando cõſequentiam, cuius ratio eſt, quia ſi aliqua pellicula extenderetur ſupra carnẽ ſtatim ad tactum illius pelliculæ ſentiretur tangibile, & tamen propter hoc non eſſet dicendum ꝙ talis pellicula eſſet organum tactus. Vnde licet ad tactũ carnis immediate ſentiatur tangibile, nõ ſequitur tñ quod caro ſit organũ tactus.

Sequitur in textu. § Dubitabit autem ſi omne corpus profundum habet, &c. § Hæc eſt lectio vigeſimatertia huius ſecundi libri, & in commento Sancti Thomæ.

Iſtud eſt decimumſeptimum capitulum huius ſecundi tractatus, in quo Philoſophus determinãdo de medio extraneo ipſius tactus ponit tres cõcluſiones, quarum prima eſt. Inter tangens & tactũ cadit medium extraneum. Hæc concluſio probatur tali ratione. Nam illud tangens aut eſt in aqua aut in aere, quodcunq; dicatur, ſemper inter tangens & tactũ mediat humiditas aut aerea, aut aquea, quæ cum ſit qualitas, nõ poteſt eſſe niſi in corpore ſubiecto, ergo inter tangens & tactum cadit medium extraneum, videlicet, aut aer aut aqua. Veruntamẽ quod aer mediet eſt nobis magis immanifeſtum & latens quam aqua, cum primo, quia continue ſumus in aere, ideo aer eſt minime perceptibilis à nobis, tum ſecundo, quia aer eſt ſpiritualior quam aqua. Contra prædictam cõcluſionem ſic arguitur. Si inter tangens & tactum caderet medium, ſequeretur quod in tangibilibus eſſet procedere in infinitum, conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. Patet ſequela, quia medium illud tangeret tactum. Si ergo inter tangens & tactum caderet medium, cum ipſum medium etiam ſit tactũ, inter tangens & ipſum medium caderet aliud medium tactum, & ſic eſſet procedere in infinitum. Præterea. Si aqua ponatur ſuper organũ tactus immediate perciperetur à tactu vt ad ſenſum patet, ergo inter tangens, & tactum non cadit medium. Præterea. Si inter tangens & tactum eſſet aliquod medium, maxime eſſet aer vel aqua, vt hic innuit Philoſophus, ſed aer vel aqua non poſſunt eſſe medium tactus, quod ſic patet, quia medium alicuius ſenſus nõ habet actu formaliter rationem ſui obiecti, ſicut diaphanũ non habet actu colorem aut lumen, ſed aer & aqua habent actu aliquas qualitates tangibiles, quę ſunt formaliter obiectum tactus. ergo, &c. Pręterea. Medium tactus eſt caro, vt in præcedenti capitulo declaratũ eſt, ſed caro non eſt aer aut aqua, ſed mixtum ex his, ergo aer & aqua non ſunt medium tactus, &c. Ad primum dicendũ quod inter tangens, & tactum cadere medium extraneum poteſt intelligi dupliciter, vel loquendo de corporibus tangibilibus ſiccis, vel humidis. Si loquamur de tangibilibus humidis, ſic inter tangens & tactum non cadit medium extraneum, vt voluit argumentum. Si vero loquamur de tangibilibus ſiccis, ſic inter tangens, & tactum cadit medium extraneum, vt voluit concluſio. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum. Ad tertium reſpondet Auerr. dicens, quod corpora noſtra non poſſunt pati ab elementis, niſi ratione alicuius admixtionis, tum elementa habeant ſe vt locantia, & corpora noſtra vt locata, nec elementa poſſunt alterari abinuicem, niſi ratione alicuius qualitatis admixtæ, ad quam quidem admixtionem aqua & aer ſunt in potentia. Sed hęc reſponſio ſtare non poteſt vt dicit hic Doct. ſan. cũ primo quia corpora noſtra ſe habent ad elementa in ratione locãtis, ſicut vnum elementum patitur ab alio, ſed vnum elementum eſt locans reſpectu alterius, ergo corpora noſtra poſſunt pati ab elementis, dato quod elementa ſint locantia. Tum ſecundo, quia elementa quantum ad aliquam eorum partem ſunt corruptibilia, ſed corruptio non fit ſine alteratione, ergo elementa poſſunt abinuicem alterari. Dicendũ ergo eſt primo quod elementa dupliciter poſſunt conſiderari. Vno modo quantũ ad qualitates actiuas & paſſiuas, & iſto modo corpora noſtra poſſunt pati ab elementis, & ipſa elemẽta poſſunt inuicem alterari, nec vt ſic elementa habent rationẽ locantis. Alio modo poſſunt conſiderari ſecundum ſuas formas ſubſtantiales, quas conſequuntur ex actione corporis cœleſtis, ſic habent rationem locantis, vnde corpora noſtra ab eis nõ poſſunt pati ſecundum quod huiuſmodi, vnde corpus locans eſt magis conſeruatiuum locati quam deſtructiuum. Dicendũ ſecundo quod licet aer & aqua habeant qualitates tangibiles & in actu completo, ſi ſecundum eorũ ſubſtantiam conſiderentur, ſi tamen conſiderentur vt mediũ tactus, ſic nõ habent illas qualitates tangibiles in actu completo, ſed eas habẽt in actu incompleto, qui comparatus ad actum completum habet rationem potentiæ. Ad quartum dicẽdum quod caro dicitur medium intraneum, & generale ipſius tactus, aer vero & aqua dicuntur eſſe medium extraneum & non generale, & licet etiam alij ſenſus, ſcilicet viſus & auditus habeant medium extraneum ſicut ſenſus tactus, tamen diuerſimode ſenſus tactus immutatur à tali medio quam alij ſenſus. Nam illud mediũ ſimul & ſemel immutatur à qualitatibus tangibilibus & immutat tactum, vt cum aliquis alium percutit per clipeum ſimul & ſemel immutat clipeum & organum tactus, ſic non eſt in alijs ſenſibilibus. Nam diaphanum, quod eſt mediũ viſus immutatur à lumine & ipſum immutatum immutat organum viſus. Et ſi dicatur immutatio viſus & diaphani fit in inſtanti, ergo ſimul & ſemel diaphanum immutatur à lumine & viſus à diaphano, & per conſequens non eſt differentia inter immutationem viſus & tactus à ſuis immutationibus medijs, dicendum quod ly ſimul, poteſt dicere ordinem temporis tantum, & ordinem temporis & cauſalitatem ſimul, ſi dicat ordinem temporis tantum, ſic medium viſus ſimul immutatur à lumine, & viſus à medio, ſi vero dicat ordinẽ temporis & cauſalitatem ſimul, ſic ſenſus viſus & diaphanũ, quod eſt medium eius non ſimul immutantur. Iſto autem vltimo modo tactus & medium eius ſimul immutatur.

titur. Ex prędictis maxime infertur ſecundum Philoſophum quòd caro oon poteſt eſſe organum tactus, quia ſenſibile poſitum ſupra ſenſum oõ facit ſenſationem, ſed tangibile & immediate ponitur ſupra carnem, & ſic poſitum ſentitur, ergo ſequitur quòd caro nõ eſt organum tactus. Secunda concluſio. Organum tactus nón habet in ſe qualitates tangibiles. Probatio Philoſophi. Sicut ſe habet organum viſus ad lumen & ad colorem, ita orgaoum tactus ad qualitates tangibiles, ſed organum viſus non habet in ſe actu lumen aut colorem. ergo, &c. Si dicatur. Mixtum habet io ſe qualitates tangibiles, ſed organum tactus eſt corpus mixtum, cũ ſit neruus quidam protenſus per totum corpus, ergo babet in ſe qualitates tangibiles. Dicendum quòd corpus mixtum oon habet in ſe qualitates tangibiles in actu completo, ſed ſolum in actu incompleto, qui habet ratiooem poteotiæ per comparationem ad actum, completum, vt dictum eſt ſupra. Tertia concluſio. Tactus eſt non ſolum ipſius tangibilis, ſed etiam non tangibilis. Probatio, quia viſus non ſolum eſt ipſius viſibilis, ſed etiam inuiſibilis, vt ex ſupradictis patet, ergo tactus non ſolum eſt tangibilis, quia de ſimilibus idem eſt iudicium. Conſiderandum tamen eſt quòd aliquid non tangibile poteſt conſiderari dupliciter ſecundum Philoſophum. Vno modo, quia parum habet de qualitate tangibili ſicut aer. Alio modo, quia habet aliquam qualitatem tangibilem in excellentia nimia. Diciiur autem vtrunque intangibile priuatiue quaſi male perceptibile ſenſu tactus, quia aptum natum eſt priuatiue immutare tactum.

Sequitur in textu. {Oportet autem uniuerſaliter de omni ſenſu accipere, &c.} Hæc eſt lectio vigeſimaquarta, & ultima eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

Iſtud eſt decimumoctauum & vltimũ capitulum huius ſecundi tractatus de anima, in quo Philoſophus determinando de ſenſu in communi, ponit tres concluſiones, quarum prima eſt. Senſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia. Hæc concluſio probatur per exemplum Pbiloſophi. Nam cæra recipit figuram anuli ſine materia, videlicet ſine metallo, aut ſine auro, ergo ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia. Ex quo patet quod formæ rei ſenſibilis aliter ſunt io re ſenſibili, & aliter ſunt io ſenſu, quia ſunt in re ſenſibili ſecundum eſſe materiale, & io ſenſu ſunt ſecundum eſſe ſpirituale ſiue intentionale. Contra hanc concluſionem ſic arguitur. Proprium eſt intellectus eſſe ſuſceptiuum ſpecierum ſine materia, ergo ſenſus non eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, præſertim cum ſit materialis potentia. Præterea. Senſus per excellentiam ſenſibilium corrumpitur, vt hic probat Philoſophus, ergo videtur quòd ſenſus ſuſcipiat ſpecies materialiter & realiter. Ad primum dicendum quod intellectus eſt ſuſceptiuus ſpecierum intelligibilium ſine materia & ſine conditionibus materialibus, abſtrahit enim intellectus ab hic & nunc, vt infra in tertio huius patebit, ſed ſenſus non eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine cõditionibus materialibus, licet ſuſcipiat eas ſine materia. Item ſenſus recipit illas ſpecies in aliquo organo corporali, intellectus autem ſuſcipit ſpecies ſine organo, ideo non eſt ſimile de ſenſu & intellectu. Ad ſecundũ negatur conſequeotia, quia licet excellentia ſenſibilium corrumpat ſenſum, quando videlicet corrumpit proportionem inter organum ſenſus & ſenſibilia, nõ tamen propter hoc oportet quòd ſenſibile ſuſcipiatur in ſeoſu ſecundum eſſe materiale. Secunda concluſio. Organum ſeoſus corrumpitur propter excellentiam ſenſibilium, hæc concluſio probatur tali ratione. Nam oportet inter organum ſenſus & ſenſibiles eſſe quandam proportionem, ergo dum iſta proportio corrumpitur, ipſum organũ corrumpitur, ſed propter excellentiam ſenſibilium corrumpitur talis proportio, ergo, &c. Ex hac ratione infertur ꝙ plantæ non babent ſenſum aliquem, quod ſic patet, quia non habent ſenſum tactus, ergo non habent aliquem ſenſum. Antecedens patet, quia ad ſenſum tactus requiritur determinata proportio, videlicet medietas ſecundum complexionem ad qualitates tangibiles, ſed plantæ non habent illam determinatam proportionem ſiue complexionem, ergo, &c. Contra prædicta ſic arguitur. Sicut ſe habet intellectus ad intelligibile, ita ſe habet ſenſus ad ſenſibile, ſed intellectus non corrumpitur propter excellentiam intelligibilium, ſed perficitur, ergo videtur quod ſenſus propter excellentiam ſenſibilium oon corrumpatur. Præterea. Propria paſſio non corrumpitur per ſuum proprium actum, ſicut nec perfectibile per ſuam perfectionem, ſed ſenſibile eſt propria paſſio ipſius ſenſus, ergo, &c. Præterea. Plantæ patiuntur à qualitatibus tangibilibus, ergo videtur quod habeant tactum, cum ſenſus conſiſtat in quodam pati, vt ſupra dictum eſt. Ad primum dicendum quod maior illa non eſt vera, ſi ly ſicut, dicat ſimilitudinem identitatis, ſiue adæquationis. Nam intellectus ſuſcipit intelligibile ſine organo corporali, ſenſus vero ſuſcipit mediante organo corporali vnde non eſt ſimile. Ad ſecundum dicendum quod proprium perfectibile non corrumpitur per ſe per propriam perfectionem, ſed per accidens, ſenſus vero corrumpitur per excellentiam ſenſibilium per ſe, videlicet ad corruptionem proportionis, quæ requiritur inter organum & ſenſibilem. Ad tertium dicendum quod plantæ licet patiantur à qualitatibus tangibilibus, non patiuntur tamen ab eis ſicut ſenſus à ſenſibili, & ideo non oportet quod habeant ſenſum. Tertia concluſio. Licet omoia inanimata corruptibilia patiantur à qualitatibus tangibilibus ipſius tactus, non tamen omnia patiuntur à qualitatibus ſenſibilibus aliorum ſenſuum, ſed ſolum aer & aqua, prima pars concluſionis patet tali ratione. Nam omnia inanimata prædicta, alterantur, cum ſint corruptibilia, ſed non videntur poſſe alterari, niſi à qualitatibus tangibilibus, ergo patiuntur ab eis, quia alterari eſt quoddam pati, ſecunda pars patet ad ſenſuum. Nam aer patitur ab odore, cum aliquando patiatur fœtorem, ergo aliqua inanimata patiuntur ab alijs ſenſibilibus. Et dicatur. Quicquid patitur ab odore habet olfactũ, ergo, &c. ſed aer non habet olfactum, ergo, &c. Dicendum quod quicquid patitur ab odore per ſenſationem quandam habet olfactum, non autem ſi patiatur ſimpliciter per modum actionis abſolute. Aer autem noo patitur per ſenſationem, ideo non oportet quod habeat olfactum. Item qui voluerit prædicta diffuſius perluſtrare videat commentum Sancti Thomæ in vltima lectione huius ſecuodi. Hæc autem ad præſens ſufficiant de ſecundo libro de anima ſecundum diuiſionem dicti Doctoris. Licet ſecundum alios diuerſos diuerſimode terminetur ſecundus liber de anima, vt patebit in capitulo ſequenti.

M. DOMI-

M. DOMINICI DE FLANDRIA
Super Tertium librum de Anima Tractatus Quatuor.

TRACTATVS PRIMVS in tria Capita diuiſus.

1 *Probat quinque tantum proprios eſſe ſenſus.*
2 *Oſtendit dari præter proprios ſenſus ſenſum cõmunem.*
3 *Oſtendit idem alio modo.*

Breuis recollecta ſuper tertium librum de anima Ariſt. ſecundum magiſtrum Dominicum de Flandria ordinis Prædicatorum.

Sequitur in textu. {Quod autem non ſint ſenſus præter quinque, &c.} Hæc eſt lectio prima huius tertij libri, & in commento Sancti Thomæ.

HIc incipit Tertius liber de Anima ſecundum Doct. ſan. vbi Philoſophus incipit determinare de potentia intellectiua per comparationem ad ſenſum. Antiqui enim Philoſophi non poſuerunt differentiam inter ſenſum, & intellectũ, ideo Philoſophus remouens iſtam opinionem oſtẽdit in principio huius Tertij libri, intellectum non eſſe ſenſum. Sed ſecundum Egidium & Albertũ. Tertius liber incipit. ibi. {Quoniam autem duabus differentijs.} Secundum autem modernos incipit. ibi. {De parte aũt animæ.} Diuiditur autẽ iſtæ liber in quatuor tractatus. In primo tractatu oſtendit Philoſophus ꝙ præter quinq; ſenſus particulares oportet ponere ſenſum communem. In ſecundo oſtendit intellectum non eſſe ſenſum ibi. {Quoniam autem duabus differẽtijs.} In tertio vero determinat de potentia intellectiua ſecundum ſe & de ſuis partibus, videlicet de intellectu poſsibili & de intellectu agẽte, ibi. {De parte aũt animæ.} In quarto determinat de potentia motiua. ibi. {Quoniam aũt anima.} Primus tractatus continet tria capitula. In primo capitulo oſtendit quod non eſt ponendus alius ſenſus proprius præter quinq; prædictos. In ſecundo capitulo oſtendit Philoſophus ꝙ neceſſe eſt ponere aliquem ſenſum communem pręter quinq; ſenſus ꝓprios ex hoc quòd ſenſus percipit ſe ſentire. ibi. {Quoniam autem ſentimus.} In tertio capitulo oſtendit idem etiam ex hoc ꝙ ſenſus diſcernit inter ſenſibilia propria. ibi. {Vnuſquiſq; quidem igitur ſenſus, &c.} In primo capitulo ponuntur duæ concluſiones, quarum prima eſt. Quia non eſt ponendus alius ſenſus proprius præter quinq; ſuperius enumeratos. Hæc cõcluſio probatur tali ratione Philoſophi. Nam animalia perfecta habent omnes ſenſus, ſed non habent niſi quinq; ſenſus exteriores, ergo præter illos quinque ſenſus non eſt ponendus alius. Probatio maioris. Nam quicunq; habet aliquod organũ ſenſus, per quod nata ſunt aliqua ſenſibilia cognoſci, ille poteſt cognoſcere omnia ſenſibilia, quæ nata ſunt cõgnoſci per illud organum, vt patet inductiue per ſingula organa ſenſus, ſed animalia perfecta habent omnia organa ſenſus, ergo cognoſcere poſſunt omnia ſenſibilia, & per conſequens habent omnes ſenſus, cum igitur nõ habeant niſi quinq; ſenſus non erit alius ſenſus reſpectu propriorum ſenſibilium præter quinq;. Ex quo patet quod tantum ſunt quinq; ſenſus exteriores & proprij, videlicet viſus, auditus, olfactus, guſtus, & tactus. Quorum ſic poteſt formari ſufficientia. Nam ſenſus eſt quædam potentia paſsiua, quæ apta nata eſt immutari à ſenſibili exteriori, vel ergo immutatur ſecundum immutationem ſpiritualem tantum, & ſic eſt viſus, vel immutatur cũ immutatione ſpirituali etiam immutatione naturali, & hoc dupliciter, quia vel talis immutatio naturalis eſt ſolũ ex parte obiecti, vel ex parte organi. Si primum, hoc eſt dupliciter, quia vel talis immutatio fit per motum localem & ſic eſt auditus, nam obiectum eius. ſ. locus transfunditur per motũ localem, vel fit per alterationem, & ſic eſt olfactus. Nam odor per quandã tranſmutationem transfertur per medium, ſi vero talis immutatio fiat ex parte organi hoc eſt dupliciter, vel tale organũ eſt diffuſum per totum corpus, & ſic eſt tactus, vel eſt in determinata parte corporis, & ſic eſt guſtus. Ex prædictis poteſt hic clare elici quod viſus ſit primus ſenſus, cũ ſit magis immaterialis quàm alij ſenſus. Secundus eſt auditus. Tertius eſt olfactus. Quartus guſtus. Quintus tactus. Contra prędictam concluſionem arguitur ſic. Sicut ſe habet intellectus ad intelligibilia, ita ſe habet ſenſus ad ſenſibilia, ſed ad intelligendũ omnia intelligibilia ponitur vnus intellectus, ergo ad ſentiendum oĩa ſenſibilia ſufficit vnus ſenſus, & ſic non erunt quinq; ſenſus exteriores, ſed vnus tantum. Pręterea. Senſus tactus nõ diuiditur contra guſtum, vt ſupra dictum eſt, quia guſtus eſt ſenſus ipſius tactus, ergo idẽ vt ſupra. Pręterea. Senſus exteriores ſunt ſuſceptiui accidentium, ſed plura ſunt accidentia in genere diſtincta quam quinq;, ergo videtur ꝙ ſint plures ſenſus quam quinq;, cum diſtinctio potentiarum ſumatur à diſtinctione obiectorum. Ad primum dicendum negando conſequẽtiam, & ſimilitudinem, quia intellectus eſt potentia ſpiritualis, ſenſus vero eſt potentia organiçata, ideo licet ponatur tantum vnus intellectus ad intelligendum omnia intelligibilia, non tamen propter hoc oportet ꝙ ponatur ſolum vnus ſenſus. Ad ſecundum dicendum quod tactus poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo in cõmuni, videlicet pro omni potentia, quæ immutatur immutatione ſpirituali & immutatione organi, & iſto modo guſtus dicitur ſenſus ipſius tactus, & ſic tactus non dicitur proprius ſenſus. Alio modo accipitur tactus in ſpeciali & proprie, videlicet, pro illa potentia, quæ apta nata eſt immutatione naturali ex parte organi, quod quidem organum eſt diffuſum per totum corpus, & iſto modo guſtus non eſt ſenſus tactus, ſed diuiditur contra ipſum. Ad tertium dicendum quod ſenſus exteriores non ſunt ſuſceptiui per ſe primo omnium accidentium, ſed ſolum ſunt ſuſceptiui prædictorum quinque, à quorum diſtinctione formali ſumitur diſtinctio ſenſuũ. Secunda concluſio. Non eſt ponendus alius ſenſus proprius propter ſenſibilia communia. Hæc concluſio probatur tali ratione philoſophi. Quicquid cognoſcitur ab vno ſenſu, vt proprium ſenſibile eius, nõ cognoſcitur ab alio ſenſu per ſe, ſed ſolũ per accidens, ſed ſenſibilia communia per ſe cognoſcuntur non ſolum ab vno ſenſu, ſed

à pluribus,

à pluribus,vt ſupra in ſecundo declaratum eſt,ergo ſenſibilia cómunia non ſunt proprium obiectum alicuius ſenſus,& per conſequens nó eſt ponendus aliquis ſenſus proprius præter quinque propter ſenſibilia communia. Et ſi quæratur quare ponantur plures ſenſus exteriores in animalibus perfectis propter ſenſibilia propria. Ad hoc reſpondetur ſecundum Philoſophum quod ratio huius eſt vt nos non lateant ea,quæ cóſequuntur ad ſenſibilia propria. quæ, videlicet, ſunt communia diuerſis ſenſibus, vt motus, figura, magnitudo, &c.

Sequitur in textu. § Quoniam autem ſentimus quod uidemus & audimus,&c.§ Hæc eſt lectio ſecunda huius tertij, & in commento Sancti Thomæ.

Istud eſt ſecundum capitulum huius tractatus in quo Philoſophus volens cócludere preter ſenſus exteriores vnum communem ſenſum eſſe ponédum,mouet tres dubitationes,quarum prima eſt. Vtrum viſus percipiat ſe videre, & arguo quod ſic. Nam homo ſentit ſe videre, vel ergo ſentit ſe videre ſenſu viſus,vel alio ſenſu. Si primum habetur intentum, ſi ſecundum, aut ille alius ſenſus percipit colorem & ipſum videre, vel percipit ipſum videre,ſed non colorem, nó poteſt dici ſecundum, quia videre non eſt niſi colorem percipere. Non ergo poteſt ſe percipere videre non percipiendo colorem,neque primum poteſt dici quia ſic vnius obiecti,videlicet coloris,eſſent duo ſenſus diſtincti,vtputa viſus,& ille alius ſenſus. Præterea. Si alio ſenſu perciperet homo colorem,& alio ſenſu perciperet ipſum videre,vel ille ſenſus qui percipit ipſum videre percipit ipſum colorem, vel non,non poteſt dici ſecundum,quia ſic eſſet proceſſus in infinitú, ſi dicatur primum ſequitur quod eadem ratione ſtandú erat in primo, videlicet quod viſus percipit ſe videre, ſicut ille alius ſenſus percipit ſe ſentire. Præterea. Eiuſdem potentię eſt percipere colorem & viſionem ipſam vt innuit hic Philoſophus,ſed manifeſtú eſt quod viſus percipit colorem,ergo viſus percipit ſuam viſionem. In contrarium arguit Philoſophus. Nam nihil videtur niſi color & habens colorem,ſed viſio ſiue videre non eſt color, neq; habens colorem,ergo viſus non videt ſuum videre. Ad hanc dubitationem Philoſopbus adducit tres ſolutiones,quarú prima eſt. Actio ipſius viſus eſt duplex. Quędam eſt conſiſtens in mutatione ipſius viſus ab exteriori ſenſibili, & tali actione quicquid videtur eſt color vel coloratum,nec tali actione viſus percipit ſe videre. Alia eſt actio viſus,quæ attribuitur viſui, ſecundum quam, poſt immutationé actualem ipſius organi iudicat de ipſa immutatione vel perceptione organi à ſenſibili,etiá abſente ſenſibili,& ſic viſus non videt ſolum colorem vel ſentit,ſed ſentit etiam viſionem coloris,& tali actione,viſus percipit ſe videre, Alia ſolutio eſt quod licet videre non ſit color vel coloratú,tamen in ipſo videre eſt ſimilitudo coloris inquantum videns eſt quaſi coloratú ex eo quod organú viſus eſt aptum natú ſuſcipere ſpecies coloris,propter quod ipſum videre poteſt percipi à viſu. Tertia ſolutio. Idem eſt actus viſibilis & actus ipſius viſus,idē dico ſubiecto, licet differát ratione, ſicut idem eſt actus ſoni, videlicet ſonatio, & actus auditus, videlicet auditio, ſed manifeſtum eſt quod actio viſibilis attribuitur viſui,ergo actus ipſius viſus, vtputa viſio, attribuitur ipſi viſui, & per cóſequens eiuſdem potentiæ eſt percipere viſibile & ipſam viſionem, quod autem actus ſenſibilis & ipſius ſenſus ſint idem ſubiecto patet tali ratione, quia actio & paſſio,cum ſint quidam motus ſunt ſubiectiue in patiente,ergo actus ipſius ſenſibilis, qui dicitur quædam actio & actus ipſius ſenſus,qui cóſiſtit in quodam pati vt ſupra dictum eſt, ſunt ſubiectiue in viſu, & illi duo actus ſunt idem ſubiecto. Duæ autem rationes in principio dubij. adductæ admittuntur ſecundú Philoſophum. Sed contra primam ſolutionem ſic primo arguitur. Nulla potentia materialis poteſt reflecti ſupra ſeipſam & ſupra ſuum actum,ſed viſus eſt potentia materialis, ergo viſus non. poteſt habere reflexionem ſupra ſeipſam & ſupra ſuum actum,& per conſequens viſus nó poteſt percipere ſe videre,nec pôt percipere ſeipſum. Probatio maioris, quia vel iſta reflexio fieret ſecundú partem,ita quòd vna pars reflecteretur ſuper aliam vel ſecundum totum, nó poteſt dici primum quia ſic totum ſituaretur in minima particula, aut in puncto, nec poteſt dici ſecundum, quia ſic idem non reflectitur ſupra ſeipſum. Dicendum quòd viſus & quilibet ſenſus particularis poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo proprie prout eſt ſenſus particulariter diſtinctus contra cómunem, & iſto modo viſus nulla actione percipit ſe videre. Alio modo accipitur viſus, pro ſenſu communi,inquantum,videlicet eadem immutatione,qua immutatur viſus, immutatur ſenſus communis, & iſto modo viſus percipit ſuum videre quia ipſius ſenſus communis eſt iudicare de proprijs ſenſibilibus ſenſuum particularium. Cuius ratio eſt, quia ſicut ſe habet centrum circuli ad circunferentias & ad lineas procedentes à circunferentia ad centrum, ita ſe habet ſenſus communis ad ſenſus particulares & ad actus eorundem, ſed nulla linea poteſt pertingere ad centrú, niſi tranſeat per circunferétiam, ergo nulla ſenſatio poteſt pertingere ad ſenſationem niſi mediantibus ſenſibus particularibus, & per cóſequens ſenſus communis habet particulares ſenſationes ſpecierum ſenſuú. Sed quia duæ rationes in principio dubij videntur concludere ꝙ viſus percipiat ſuum videre, etiam accipiendo viſum proprie vt diſtinguitur contra ſenſum communem,ideo ſoluendę ſunt. Vnde ad primum dicendum quòd alio ſenſu homo percipit colorem, & alio ſenſu vtputa ſenſu communi percipit ſe videre,& iſte ſenſus communis non ſolum percipit videre, ſed etiam percipit ipſum colorem, non ſub propria ratione coloris inquantum ſenſibilis eſt, non eſt enim inconueniens quod vnius obiecti materialiter ſumpti ſint plures potentię ſecundum diuerſas rationes formales. Ad ſecundum dicendum ꝙ iſte ſenſus,qui percipit viſionem, percipit ſe ſentire, nec eſt ſimile de viſu, quia ſenſus ille communis eſt, qui dicitur communis cómunitate cognitionis,& eſt alterius virtutis quam ſit potētia viſiua. Ad tertium patet ſolutio ex dictis. Ex iſtis infertur vna concluſio tacite, principaliter tamen intēta in hoc capitulo, videlicet quòd præter ſenſus exteriores neceſſe eſt ponere ſenſuum communem. Hæc cóncluſio patet tali ratione. Nam animal percipit actiones ſenſuum exteriorum, ſed non percipit illas actiones per proprios ſenſus exteriores (vt declaratum eſt) ergo neceſſe eſt ponere vnum alium ſenſum communem,qui habeat illas actiones percipere & de eis iudicare. Secunda dubitatio eſt vtrú ſenſibile & ſenſus ſimul generentur & ſimul corrumpátur, videtur quod non. Nam ſenſibile non dependet in eſſe à ſenſu nec realiter nec formaliter,ergo videtur ꝙ ſenſibile & ſenſus non ſimul generentur & corrumpantur. Dicendum Philoſophum quòd ſenſibile in actu ſecundum

rationem

rationem ſenſibilitatis conſideratum, & ſenſus in actu ſimul ſunt. Cuius ratio ex præcedentibus elicitur. Nam actus ſenſibilis & actus ſenſus ſunt vnus actus ſubiecto, ergo ſenſibile in actu, & ſenſus in actu ſimul ſunt, & ſimul non ſunt, ſed ſenſibile in potentia, & ſenſus in potentia non ſimul generantur & corrumpuntur. Et per hoc patet ſolutio ad rationem dubij. Tertia dubitatio. Quare eſt quòd aliqua ſenſibilia corrumpunt ſenſum, & aliqua inferunt, delectationem ſenſibus. Ad hoc dicēdum ſecundum Philoſophum quòd organum ſenſus conſiſtit in debita proportione qualitatū ſenſibilium. Vnde quando iſta ſenſibilia ſunt excellētia, tunc corrumpunt illam proportionem, & etiam ſenſum. Quando vero non corrumpunt illam proportionem, inferunt delectationem ſenſui. Dubitatur extra literam circa dictum Philoſophi, & Doct. ſan. vtrum actio ſit ſubiectiue in patiente. Videtur quod non. Nam perfectio eſt ſubiectiue in eo, cuius eſt perfectio, ſed actio quęcunque (ſiue immanens ſiue tranſiens) eſt perfectio agentis, ergo actio eſt ſubiectiua in agente. In contrariū arguitur tali ratione Doct. ſan. Nam actio eſt quidam motus ergo ſi actio eſſet ſubiectiue in agente, ſequeretur quod omne agens in agendo moueretur, ergo, &c. Dicendum quod duplex eſt actio, quædam eſt actio immanens, & talis eſt ſubiectiue in agente. Alia eſt actio tranſiens, & illa poteſt dupliciter cōſiderari, vno modo materialiter, videlicet pro eo, quod introducitur ab agente in paſſum, & iſto modo dicitur eſſe ſubiectiue in patiente quia, videlicet forma, quæ introducitur ab agente per ſuam actionem, ſuſcipitur in patiente, alio modo accipitur actio formaliter pro ipſa introductione actiua formæ, & talis actio eſt ſubiectivæ in agente, & eſt perfectio eius, vt voluit argumentum dubij, de quo ad longum tertio phyſicorum dubitabitur.

Sequitur in textu. § Vnuſquiſque quidem igitur ſenſus, &c. § Hæc eſt lectio tertia huius tertij libri, & in commento Sancti Thomæ.

Iſtud eſt capitulum huius tractatus, in quo Philoſophus cōcludens ſenſum communem eſſe ponendum ad diſcernendum inter diuerſa ſenſibilia diuerſorum ſenſuum ponit duas concluſiones, quarum prima eſt pręter quinq; ſenſus exteriores neceſſe eſt ponere vnum ſenſum communem ad diſcernendum inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum. Et hæc concluſio probatur tali ratione. Nam nos percipimus differentiam & conueniētiam ſenſibilium diuerſorum ſenſuum inquantum ſenſibilia ſunt, ſed cognoſcere ſenſibilia inquantum ſenſibilia ſunt pertinet ad ſenſum, ergo percipere differentias diuerſorum ſenſibilium, inquantum huiuſmodi, pertinet ad ſenſum, non autem ad ſenſum particularem, ergo pertinet ad ſenſum communem. Quia autem diſcernere inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum non pertineat ad ſenſum particularem exteriorem patet, quia vel pertinet ad vnum ſenſum, vel ad diuerſos, non primum, quia ille ſenſus non cognoſcit differentiam diuerſorum ſenſibilium, ſicut viſus non cognoſcit colorem & ſonū per ſe loquendo, ergo diſcernere inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum non pertinet ad vnum ſenſum particularem, nec poteſt dici ſecundum, quia vnus homo cognoſcit differentias ſenſibilium diuerſorum, ergo eſt in vna potentia, qua illa diuerſa ſenſibilia cognoſcuntur. Contra prędictam concluſionem ſic arguitur. Nam diſcernere inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum Philoſophus attribuit tactui, ergo ad diſcernendum prædicta ſenſibilia non eſt neceſſe ponere ſenſum communem. Præterea. Senſus particularis diſcernit inter diuerſas ſenſibilia vtputa viſus inter albedinem & nigredinem, & ſonus inter acutum & graue, ergo idem vt ſupra. Præterea. Omnia ſenſibilia debite cognoſcuntur per quinque ſenſus exteriores, ergo non eſt neceſſe ponere ſenſum communem. Præterea. Intellectus determinatum differentiam cognoſcit inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum, ergo non eſt neceſſe ponere aliquem ſenſum præter quinque ſenſus exteriores, qui cognoſcat differentiam inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum particularium. Præterea. Illa potentia, quæ diſcernit diuerſa, componit & diuidit, ſed componere & diuidere pertinet ad intellectum & non ad ſenſum, ergo, &c. Ad primum dicendum quod Philoſophus attribuit actui diſcernere inter diuerſa ſenſibilia diuerſorum ſenſuum non principaliter, ſed participatiue, inquantum videlicet tactus eſt propinquior ſenſui cōmuni cæteris ſenſibus. Ad ſecundum dicendum quod vnus ſenſus exterior diſcernit inter diuerſa ſenſibilia ſui proprij obiecti, vt voluit argumentum tamen vnus proprius ſenſus non diſcernit inter diuerſa ſenſibilia diuerſorum ſenſuum, ſicut viſus non ponit differentiam inter colorem & ſonum. Ad tertium dicendum quod licet omnia ſenſibilia cognoſcantur à ſenſibilibus exterioribus quātum ad eſſe, non tamen cognoſcuntur quantum ad differentiam & conuenientiam eorum, niſi à ſenſu communi. Ad quartum dicendum quòd intellectus cognoſcit differentiam diuerſorum ſenſuum quantum ad quid eſt non inquantu ſenſibilia ſunt, ſed hoc pertinet ad ſenſum communem, vt dictum eſt. Ad quintū dicendum quòd percipere differentiam & cōuenientiam colorum poteſt intelligi dupliciter. Vno modo affirmando vel negando, & qui iſto modo percipit differentiam & cōuenientiam, diuidit & componit. Alio modo cognoſcendo tantum, & iſto modo non oportet quòd ille, qui cognoſcit differentiam colorum componat & diuidat. Secunda concluſio. Senſus communis ponens differentiam inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum ſimul cognoſcit diuerſa ſenſibilia: Hæc concluſio probatur tali ratione. Nam nullus poteſt ponere differētiam inter aliqua, niſi cognoſcat illa, quæ differunt dum eorum differentiam percipi, ſed ſenſus communis percipit differentiam diuerſorum ſenſuum, vt patet per præcedentem concluſionem, ergo ſequitur quòd ſimul cognoſcit illa diuerſa ſenſibilia. Contra hanc concluſionem arguitur ſic tali ratione Philoſophi. Nam impoſſibile eſt idem moueri diuerſis motibus ſimul, ſed ſenſus in cognoſcendo mouetur (cum ſentire ſit quoddam pati) & ſenſibilia diuerſorum ſenſuum ſint cōtraria, ergo ſequitur quòd impoſſibile eſt quòd ſenſus communis ſimul cognoſcat diuerſa ſenſibilia. Ad hoc reſpondent aliqui, dicentes, quòd idem ſubiecto diuerſum tamen ratione poteſt moueri motibus contrarijs. Senſus autem communis licet ſit idem ſubiecto. eſt tamen plures ſecundum rationem, igitur poteſt moueri diuerſis motibus. Sed hanc reſponſionem remouet Philoſophus. Nam licet idem ſubiecto, diuerſum tamen ratione contrarijs motibus poſſit moueri in potentia, non tamen in actu. Ideo aliter dicendum eſt ſecundū Philoſophum quòd ſenſus communis ſe habet vt punctus, qui eſt centrum circuli. qui quidem punctus cōſideratur vt vnum, & vt duo, vt vnum, inquantum ab eo procedunt

omnes lineæ ad circunferentiam. vt duo vero inquantū ad principium vnius lineæ & finis alterius ſimiliter ſenſus communis eſt vnus & duo vnus, inquantum eſt radix omnium ſenſuum exteriorū inquantum à ſenſu communi procedunt virtutes ſenſitiuæ ad organa exteriora. & conſideratur vt duo, inquantum immutat ſecundum diuerſas immutationes ſenſuum exteriorum, vnde non eſt inconueniens quòd moueatur ſimul motibus cōtrarijs inquātum eſt principium immutationum prędictarum. Circa prędicta dubitatur primo, vtrum ſenſus exterior ſit perfectior ſenſu communi. & videtur quòd ſic. Nam mouens eſt nobilius & præſtantius moto, ſed ſenſus extērior mouet ſenſum communem. vt patet ex dictis. ergo ſenſus exterior eſt perfectior. Dicendum ſecundum Philoſophum quòd ſenſus communis ſimpliciter eſt perfectior, tum primo, quia immaterialiter ſuſcipit ſpecies ſenſibiles, tum ſecundo, quia eſt radix & fundamentum omnium ſenſuum exteriorum, ſenſus vero exterior dicitur perfectior ſecundū quid & quantum ad aliquid, inquantum, videlicet habet mouere ſenſum communem non tamen eſt perfectior ſimpliciter, & per hoc patet ſolutio ad rationem dubij. Dubitatur ſecundo vtrū præter ſenſum communem & ſenſus exteriores ſint ponendi alij ſenſus in tertio res & videtur quòd non. Nam communem non diſtinguitur contra proprium, ſed ſenſus exteriores dicuntur ſenſus proprij, ergo præter ſenſus exteriores eſt ponendus ſenſus communis ab eis diſtinctus. Præterea. Phantaſticum & memoratiuum dicuntur paſsiones primi ſenſitiui, videlicet ſenſus communis, ſed paſsio nō diuiditur contra proprium ſubiectum, ergo præter ſenſum cōmunem non eſt ponenda memoria & phantaſia. Dicendum quod præter ſenſus exteriores ponūtur quatuor ſenſus interiores qui ſunt ſenſus communis, vis imaginatiua, quæ dicitur phantaſia in brutis, & æſtimatiua, quæ dicitur vis cogitatiua, vel ratio particularis in homine, & memoria. Quorum ſic poteſt formari ſufficientia. Nam ſenſus eſt perceptiuus ſenſibiliū. aut ergo eſt perceptiuus ſpecierum ſenſatarum aut intentionum, quæ non percipiuntur à ſenſu exteriori. Si primum, hoc eſt dupliciter. aut talis ſenſus ordinatur ad accipiendum illas ſpecies, & ſic eſt ſenſus communis. vel ad retinendum & conſeruandum eas & ſic eſt vis imaginatiua. quæ dicitur theſaurus ſpecierum ſenſatarum. Si ſecundum, hoc eſt dupliciter. vel ordinatur ad recipiendum tales intentiones, & ſic eſt æſtimatiua in brutis, & cogitatiua ſiue ratio particularis in hominibus. vel ordinatur ad retinendum & conſeruandum illas intentiones, & ſic eſt memoria ſenſitiua. Et licet accipere & retinere in ſpiritualibus non pertineant ad diuerſas potentias, tamen in corporalibus ad aliam potentiam pertinet recipere, & ad aliam retinere. Videmus enim quòd illa, quæ bene recipiunt male retinent, & illa, quæ male recipiunt bene retinent. Ad primum dicendum quòd licet commune per prędicationem non diſtinguantur contra proprium, commune tamen per cognoſcibilitatem & cauſalitatem diſtinguitur contra proprium, vt in propoſito. Ad ſecundū dicendum quòd memoria & phantaſia dicuntur paſsiones primi ſenſitiui non tanquam ſubiecti, ſed tanquam cauſę. inquantum vna potentia fluit ab anima mediante alia, vt ſupra declaratum eſt.

TRACTATVS SECVNDVS in tria Capita diuiſus.

1 *Oſtendit eſſe diuerſa ſapere intelligere, & ſapere, & ſentire.*
2 *Diſtinguit phantaſiam à potentijs veri & falſi cognoſcitiuis.*
3 *Diffinit phantaſiam.*

Sequitur in textu. { *Quoniam autem duabus differentijs, &c.* } *Hic eſt ſecundus tractatus huius tertij libri, de anima, & eſt lectio quarta eiuſdem libri, & in commento S. Tho.*

ISTE eſt ſecundus tractatus huius tertij, in quo Philoſophus oſtendit intellectum non eſſe idem cum ſenſu, & cōtinet tria capitula. In primo capitulo Philoſophus oſtendit quòd intelligere & ſapere non ſunt idem cum ſapere & ſentire, & quòd opinio & phantaſia non ſunt idem. In ſecundo capitulo oſtendit quòd phantaſia non eſt aliqua potentiarum vel habituum, quibus diſcernitur aliquid eſſe verum vel falſum. ibi { De eo quod eſt } In tertio capitulo oſtendit quid eſt phantaſia. ibi { Sed quoniam eſt motus } In primo capitulo ponuntur duæ concluſiones. quarum prima eſt. Sapere & intelligere non ſunt idem cum ſentire. Prima pars huius concluſionis, ſcilicet quòd ſentire non ſit idem quòd ſapere, probatur vna ratione Philoſophi, quæ talis eſt. Sentire competit omnibus animalibus, ſapere vero paucis, ergo ſapere & ſentire non ſunt idem. Secunda pars eiuſdem concluſionis, ſcilicet quòd intelligere non ſit idem quod ſentire, probatur duabus rationibus. quarum prima eſt. Contingit recte & non recte intelligere. recte quidem per veram ſcientiam, & per veram prudentiam, & veram opinionem. non recte autem per contrarium, ſcilicet per falſam ſcientiam & per falſam opinionem. ſed non contingit ſentire non recte, ſed ſolum recte quia ſenſus circa proprium ſenſibile non decipitur. ergo intelligere & ſentire non ſunt idem. Secunda ratio. Sentire competit omnibus animalibus, intelligere vero ſoli rationali creaturæ, ergo idem vt ſupra. Contra prædictam concluſionem arguitur primo ſic rationibus antiquorum oppoſitam partem tenentium. Nam virtus corporea non poteſt agere in rem incorpoream, cum ſuper agens ſit nobilius & altius paſſo. ſed virtus cœleſtis agit in virtutē intellectiuam, ergo virtus intellectiua eſt virtus corporea, & per conſequens intelligere eſt quoddam corporeum. & ſic intelligere eſt idem cum ſentire, quia quando ab aliquibus remouetur id, per quod indifferunt: tunc remanent idem, ſed intelligere differt à ſentire per hoc quòd intelligere eſt quoddam incorporeum, ergo ſi remoueatur incorporeum ab intelligere relinquitur quod intelligere erit quoddam ſentire. Pręterea, Omnis apprehenſio ſeu cognitio fit ratione ſimilitudinis, ſed intellectus cognoſcit res corporeas, ergo intellectus etiā eſt corporeus, & per conſequens idem vt ſupra. Præterea arguitur contra probationes. Nam prudentia eſt in animalibus rationalibus ex procemio metaphyſicæ, ſed ſapere pertinet ad prudentiam, ergo videtur quòd ſapere non competit paucis, ſed multis animalibus. Pręterea.

Sicut

Sicut ſenſus nõ decipitur circa proprium ſenſibile, ita intellectus nõ decipitur circa proprium intelligibile, ergo ſi non contingeret non recte ſentire non contingit non recte intelligere. Ad primum dicendũ quod virtus cœleſtis nõ agit in virtutem intellectiuam per ſe, ſed ſolum per accidens, ideo ratio non ſequitur. Ad ſecundum dicendum quòd non omnimoda ſimilitudo requiritur ad cognitionem, ſed ſufficit ſimilitudo proportionis, quæ eſt inter actum & potentiam: vnde non oportet quòd ſi res ſit corporea quòd propter hoc ſit etiã intellectus corporeus. Ad tertium dicendum quòd prudentia competit alicui dupliciter, ſimiliter & ſapere. Vno modo eſſentialiter, ſic ſolum competit rationali creaturæ. Alio modo participatiue, ſic competit animalibus quibuſdã brutis, inquantum per naturalem æſtimationem prouident de futuris, vt patet de formicis. Ad quartum dicendum quòd licet intellectus quantum ad primam eius operationem, non decipiatur per ſe circa proprium intelligibile, tamen quantum ad eius ſecundam operationem poteſt decipi falſe. videlicet diuidendo vel componendo. Secunda concluſio. Opinio non eſt eadem cum phantaſia. Hæc concluſio probatur tribus rationibus Philoſophi. quarũ prima eſt. Opinio ſequitur intellectum, phantaſia ſenſum, ſed ſenſus & intellectus non ſunt idem, ergo opinio & phantaſia non ſunt idem. Secunda ratio. Phantaſticare eſt in poteſtate noſtra, ſed opinari non eſt in poteſtate noſtra, ſed requiritur ratio, per quam opinamur verum vel falſum. ergo, &c. Præterea. Ex opinione ſequitur immediate paſsio in appetitu, ſed ex phantaſia non ſequitur immediate paſsio in appetitu, ergo opinio & phantaſia non ſunt idem. Et ſi dicatur, non poſſumus opinari niſi phantaſticando, ergo opinio, & phantaſia ſunt idem. Dicendum negando conſequentiam quia ſicut nos non poſſumus intelligere niſi ſentiendo, & tamen intellectus non eſt idem cũ ſenſu, ita licet non poſſumus opinari ſine phantaſia, tamen non ſequitur quòd opinio ſit idem cum phantaſia.

Sequitur in textu. {De eo autem, &c.} Hæc eſt lectio quinta eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

Istud eſt ſecũdum capitulũ ſecundi tractatus, in quo Philoſophus determinãdo de phantaſia per reſpectũ ad alias potentias cognoſcitiuas, ponit tres concluſiones inferendo vnum corollarium. Quarum prima eſt ꝙ phantaſia non eſt ſenſus in actu, nec ſenſus in potentia. Hanc concluſionem probat Philoſophus primo in generali tali ratione. quia dormiens phantaſticatur non ſecundum ſenſum in potentia, quia ſenſui in potentia nihil apparet. neque ſecundum ſenſum in actu, quia in ſomno nõ eſt ſenſus in actu. Hinc probat Philoſophus eandem concluſionem in ſpeciali, & primo quod nõ ſit ſenſus in potentia vna ratione. Nam ſenſus in potentia ſemper ineſt animali, ſed phantaſia non ſemper conuenit animali, ergo phantaſia non eſt ſenſus in potentia. Deinde probat eandem concluſionem quantum ad ſecundam partem, videlicet quòd phantaſia non eſt ſenſus in actu, quatuor rationibus, quarum prima eſt. Senſus in actu competit omnibus animalibus, ſed phantaſia non competit omnibus animalibus, vtputa formicis & cæteris animalibus imperfectis. ergo, &c. Et ſi dicatur contra. Cuicunque ineſt ſenſus, eidem ineſt phantaſia, vt ſupra in ſecundo conceſſum eſt. ergo ſicut ſenſus competit omnibus animalibus, ita & phantaſia. Dicẽdum quòd duplex eſt phantaſia. quędam eſt determinata, quę habet determinatum organum, & talis non ineſt omnibus animalibus. alia eſt phantaſia indeterminata & imperfecta & talis bene cõpetit omnibus animalibus. de qua non eſt hic ad propoſitum. Secunda ratio. Senſus ſecundum actum per ſe ſemper eſt verus, ſed viſiones phantaſticæ nõ ſemper ſunt veræ. Tertia ratio. Per ſenſum certitudinaliter iudicamus de re, ſed per phantaſiam non certitudinaliter iudicamus, dicendo hoc eſt hoc, ſed dicimus quòd hoc apparet nobis hoc, ergo, &c. Quarta ratio. Phantaſia ineſt dormientibus, vt dictũ eſt. ſed ſenſus non competit dormientibus, in actu, ergo phantaſia non eſt ſenſus in actu. Et ſi arguatur contra. Iſta phantaſia eſt quædam potentia. vel ergo eſt potentia ſenſitiua, vel intellectiua, vel vegetatiua, vel appetitiua, vel motiua, ſecundum locum, ſed manifeſtum eſt quòd phantaſia non eſt intellectus, nec potentia vegetatiua, nec motiua ſecundũ locum, nec appetitiua, ergo eſt ſenſitiua. Dicendũ quòd ſenſus poteſt accipi dupliciter. Vno modo vt ſe extendit ad omnes ſenſus interiores & exteriores. & iſto modo bene phantaſia pertinet ad ſenſum, cum ſit ſenſus interior, vt ſupra dictum eſt. Alio modo accipitur proprie videlicet pro potentia, qua anima aliquid apprehendit determinate cum quadã determinatione, & iſto modo phantaſia non eſt ſenſus, Secunda concluſio. Phantaſia nõ eſt intellectus, nec ſcientia. Hæc concluſio probatur vna ratione Philoſophi. Nam intellectus eſt primorum principiorum verorum. ſcientia eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus, qui eſt ſemper verus, ſed phantaſia nõ eſt ſemper verorum, ergo phantaſia non eſt intellectus, neque ſcientia. Secunda concluſio. Phantaſia non eſt opinio. Hæc concluſio probatur duabus rationibus Philoſophi. quarum prima eſt. Ad opinionem, ſequitur fides, ſed fides non eſt in animalibus brutis, ergo nec opinio, ſed phantaſia eſt in animalibus brutis quibuſdam, ergo phantaſia nõ eſt opinio. Secunda ratio ad opinionem (vt dictum eſt) ſequitur fides, ad fidem ſequitur perſuaſio, ad perſuaſionẽ ſequitur ratio, ergo opinio inuenitur ſolum in illis, in quibus inuenitur ratio, ſed phantaſia nõ ſolum reperitur in animalibus habentibus rationem, ergo idem vt ſupra. Ex prædictis infert Philoſophus vnum corollarium. videlicet quòd phantaſia non eſt quid compoſitum ex ſenſu & opinione.

Sequitur in textu. {Quoniam autem audit, &c.} Hæc eſt lectio ſexta huius tertij libri, & in commento Sancti Thomæ.

Istud eſt vltimũ capitulũ huius tractatus, in quo Philoſophus determinando de phantaſia quiditatiue ponit vnam cõcluſionem duntaxat, videlicet Phantaſia eſt quidam motus factus à ſenſu ſecundum actum. Hæc cõcluſio probatur tali ratione. Nam ab eo, quod eſt motum contingit aliud moueri, cum aliquãdo aliud ſit mouens & motum, vt patet in octauo Phyſ. ſed ſenſus mouetur à ſenſu, ergo à ſenſu ſecũdum actũ poteſt fieri motus. talis aũt motus eſt phantaſia, ergo phantaſia eſt motus factus à ſenſu ſecundum actum. Conſiderandum eſt hic ſecundum Philoſophũ quòd phantaſia eſt aliquando falſorum, cuius ratio eſt, quia ſenſus, licet circa proprium ſenſibile vt in paucioribus decipiatur, tamẽ circa ſenſi-

b lia per accidens decipitur, non vt in paucioribus, ſed vt ſæpe, & magis circa ſenſibilia communia, ergo à fortiori phantaſia circa phantaſmata decipitur cum magis recedat à radice virtutis cognoſcitiue. Conſiderandum eſt ſecundum eundem quòd phos græce eſt lux latine, à quo phanos venit, id eſt apparitio, ſiue illuminatio. à quo vlterius deriuatur phantaſia.

TRACTATVS TERTIVS in ſex Capita diuiſus.

1 *Determinat de poſſibili intellectu abſolute.*
2 *Determinat de illius obiecto.*
3 *Nonnullas mouet & ſoluit dubitationes circa hoc contingentes.*
4 *Agit de intellectu agente, & intellectu in actu.*
5 *Tractat et diſtinguit intellectus, poſſibilis operationes.*
6 *Tractat de intellectu comparatiue ad ſenſum.*

Sequitur in textu. {De parte autem animæ qua ſapit & intelligit, &c.} Hic eſt tertius tractatus huius tertij libri, & eſt lectio ſeptima commenti Sancti Thomæ.

ISTE eſt tertius tractatus huius libri, in quo Philoſophus determinat de parte intellectiua, & continet in ſe ſex capitula. In primo capitulo Philoſophus determinat de intellectu poſsibili ſecundũ ſe. In ſecundo vero oſtendendo qualiter intellectus poſsibilis reducitur in actu determinat de obiecto eius. ibi. {Cum autem ſic ſingula fiant} In tertio mouet quaſdã dubitationes circa pręcedentia, & ſoluit eas. ibi. {Dubitabit autem vtique aliquis.} In quarto capitulo determinat de intellectu agente & intellectu in actu ibi. {Quoniam autem in omni natura.} In quinto determinat de operationibus intellectus poſsibilis. ibi {Indiuiſibilium quidem igitur.} In ſexto capitulo determinat de intellectu per reſpectum ad ſenſum. ibi. {Videtur autem ſenſibile.} In primo capitulo ponitur vna concluſio quæ talis eſt. quòd Intellectus poſsibilis eſt potentia paſsiua. Hęc concluſio probatur tali ratione Philoſophi. Nam ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſibile, ita ſe habet intellectus ad intelligibile, ſed ſenſus eſt potẽtia paſsiua, & ſentire eſt quoddã pati. vt ex ſupradictis patet, ergo intellectus poſsibilis eſt potentia paſsiua, accipiendo, videlicet pati pro quocunq; recipere. Ex hac concluſione infert Philoſophus duo corollaria quarum primum eſt, ꝙ intellectus nõ eſt compoſitus ex naturis diuerſarum rerum naturalium vt antiqui voluerunt. Cuius ratio eſt. Nam illud, quod eſt in potentia ad aliquid & eſt receptiuum illius caret illo, ſed intellectus poſsibilis eſt in potentia ad omnia intelligibilia, & eſt receptiuus illorũ, ergo non eſt compoſitus actu ex illis. Secundum corollarium eſt. quòd intellectus non eſt affixus organo corporali. quia ſi eſſet affixus organo corporali eſſet compoſitus ex naturis corporalibus, quia actus alicuius potentiæ organicæ, non ſolum attribuitur ipſi potentiæ, ſed etiam toti compoſito ex potentia & organo. Pro declaratione huius cõcluſionis conſiderandum eſt ſecundum Philoſophum quòd diuerſimode ſenſus dicitur potẽtia paſsiua, & intellectus ipſe. Nam ſenſus, licet non patiatur paſsione proprie dicta, patitur tamen per accidens ratione organi, ſed intellectus, neque per ſe, neque per accidens poteſt pati paſsione propria dicta, cum non ſit affixus organo corporali. Et ſi dicatur. Ad intellectum requiritur cognitio ſenſitiua, ergo intellectus poteſt pati per accidens, videlicet ad paſsionem organorum ſenſuum, quæ patiuntur paſsione proprie dicta. Dicendum quòd aliquid poteſt cõpetere alicui per accidens dupliciter. Vno modo, quia aliquid cõiungitur ei per ſe, & iſto modo intellectus poteſt pati paſsione proprie dicta per accidens, ratione organi & non ratione intellectus. Alio modo aliquid competit alicui per accidens, videlicet ratione alicuius extrinſeci. & iſto modo poſſumus cõcedere quòd etiam patitur paſsione proprie dicta. Contra pędictam cõcluſionem ſic arguitur, nam intellectus eſt ipſa mens, ſed ſecundum Auguſtinum nono de trinitate, mens non relatiue dicitur, ſed ipſam eſſentiam demõſtrat, ergo intellectus eſt ipſa eſſentia animæ & non potentia eius, & per conſequens non eſt potentia paſsiua. Præterea. Homo conuenit cum angelis in natura intellectuali, ſed angelus dicitur intellectualis & mens, ergo & homo. & ſic idem, vt ſupra. Pręterea. Vnumquodq; patitur per materiam, ſed intellectus non eſt potentia materialis, vt conceſſum eſt, ergo intellectus non patitur. Pręterea. Quicquid dicitur paſsibile eſt corruptibile, vt concedit Philoſophus in iſto tertio, & etiam in primo de cęlo, ſed intellectus nõ eſt corruptibilis, ergo non eſt paſsibilis. Pręterea. Agens eſt præſtantius paſſo, ſed potentia vegetatiua, quę eſt inferior potentia intellectiua eſt potentia actiua, ergo à fortiori potẽtia intellectiua erit potentia actiua. Ad primum dicendũ quòd intellectus accipitur quatuor modis. Aliquando accipitur pro eſſentia animæ vt in auctoritate Auguſtini adducta. Aliquando accipitur pro potentia intellectiua, vt in propoſito. Aliquãdo accipitur pro habitu, cũ dicimus quòd intellectus eſt habitus principiorum. Aliquando vero ſumitur pro operatione ipſius intellectus. vnde argumentum laborat in ęquiuoco. Ad ſecundum dicendum quod Angelus non dicitur intellectus eſſentialiter, ſed ſolum dicitur intellectus & voluntas ad denotandum, quòd in eo non ſunt niſi illæ duæ potentię. & ideo appropriatiue. Angelus dicitur intellectus, non autem eſſentialiter. Ad tertium dicendum quòd pati accipitur tripliciter. proprijſsime, videlicet pro receptione alicuius formæ cum ablatione alterius, quod conuenit ſecundum naturam. vel ſecundũ aliquid, ad quod habet naturalem inclinationem. Et iſto modo intelligere non eſt quoddam pati. Et iſto modo qui infirmatur patitur. Alio modo dicitur pati minus proprie. videlicet pro receptione alicuius cum ablatione alterius, ſiue illud alterum ſit naturale, ſiue pręter naturam, & illo modo, qui ſanatur dicitur pati, quia ab eo remouetur infirmitas. tertio modo dicitur pati communiſsime. videlicet pro quacunque receptione alicuius, ſiue talis receptio fiat cum ablatione alterius, ſiue non. Et iſto modo intelligere eſt quoddam pati, & potentia intellectiua dicitur potentia paſsiua. Argumentum autem procedebat de paſsione quantum ad primum vel ſecundum eius modum. Et per hoc patet ſolutio ad quartum. Ad quintum dicendum quòd reſpectu eiuſdem obiecti agens eſt nobilius paſſo, non autem ſi referantur ad diuerſa. Intellectus autem eſt vis paſsiua reſpectu totius entis vniuerſalis, vegetatiuum autem eſt actiuum reſpectu eiuſdem entis particularis, ſcilicet corporis coniuncti. vnde nihil prohibet tale paſsiuum eſſe nobilius huiuſmodi

An poſsibili intellectus ſi ſubſtãcia ſeparata.

iuſmodi actiuo. Circa prædicta dubitetur vtrum intellectus poſsibilis ſit ſubſtantia ſeparata. Et videtur ꝙ ſic. Nam ſubſtantia immaterialis dicitur ſubſtantia ſeparata, cum quælibet talis ſit per ſe ſubſiſtens. ſed intellectus poſsibilis eſt immaterialis, ergo eſt ſubſtantia ſeparata. Dicendum eſt ſecundum Doctorem ſanctũ in præſenti lectione quòd intellectum eſſe ſubſtantiam ſeparatam eſt impoſsibile. Quod probat tali ratione. Nam hic homo intelligit. ergo intelligit aliquo formaliter. ſed nõ intelligit aliquo formaliter niſi ipſo intellectu. ſed illud, quo aliquid operatur formaliter nõ eſt ſeparatum ab eo, ergo intellectus poſsibilis non eſt ſeparatus ab homine. vel oportebit dicere quòd hic homo nõ intelligit aliquo formaliter. Sed forſitan diceretur ad hoc quod licet intellectus ſit ſeparatus ab homine, vnitur tamen ipſi mediante ſpecie intelligibili. Sed hæc ſolutio non euacuat rationem prædictam. quia dato quòd intellectus poſsibilis vniatur homini per ſpeciem intelligibilem, non tamen ſequitur quòd hoc homo per illam ſpeciem intelligibilem intelligat, ſed magis quòd ille intellectus eſt, qui intelligit, & illud, quod vnitur animæ per ſpeciem intelligibilem eſt quoddam intellectum. vnde adhuc ratio eſt aſsignanda propter quid hic homo formaliter intelligat.

Nota diligenter contra Auicen.

Ad rationem dubij dicendũ quòd tripliciter aliquid poteſt dici immateriale. Vno modo obiectiue, & illo modo intellectus non eſt immaterialis. Alio modo organice & inſtrumentaliter, & iſto modo eſt immaterialis. Tertio modo ſecundum eſſe, videlicet quòd non exiſtat in materia, nec in qua nec ex qua, & iſto modo intellectus dicitur materialis & immaterialis. Subſtantiæ vero ſeparatę ſunt immateriales tertio modo vnde non oportet quòd intellectus ſit ſeparatus ab homine. ergò & ipſe intellectus erit in homine.

Sequitur in textu. {Cum autem ſic ſingula, &c.} Hæc eſt lectio octaua eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

Iſtud eſt ſecundum capitulum huius tertij tractatus, in quo Philoſophus determinando de obiecto intellectus poſsibilis ponit vnam concluſionem, quę talis. Singularia nõ intelliguntur directe, ſed reflexe. Hęc concluſio probatur tali ratione. Nam intellectus primo & per ſe intelligit naturam & quiditatem rei, vt hic ſupponitur. ſed in omnibus materialibus ipſum quodquid eſt, differens eſt ab eo cuius eſt. nam aliud eſt magnitudo & magnitudinis eſſe, & aqua & aquæ eſſe. ergo ſequitur ꝙ quiditas, & illud, cuius eſt quiditas, ſcilicet ſingulare cognoſcuntur diuerſis potentijs vel ab eadem diuerſimode. cum ergo intellectus primo & per ſe & directe quiditatem cognoſcat, neceſſe eſt dicere ꝙ intellectus non cognoſcat ſingularia primo & per ſe & directe, ſed alia potentia, videlicet ſenſus. Quod autem ſingularia poſſint indirecte & reflexe intelligi. probatur ſic extra literam. quia illa potentia, quæ comparat vnum alteri cognoſcit comparabilia, quia ordinare ſiue comparare neſcit, qui rationes comparabilium ignorat. ſed intellectus comparat vniuerſale ad ſingulare, ergo cognoſcit vtrunque. Confirmatur. quia nullus poteſt cognoſcere differentiam aliquorum, niſi cognoſcat extrema, ſed intellectus ponit differentiam inter vniuerſale & ſingulare, ergo idem. vt ſupra, Ex hac concluſione infertur ſecundũ Philoſophum quòd quiditas rei materialis eſt proprium & per ſe obiectũ intellectus. Hoc corollarium patet tali ratione. Nam intellectus primo & per ſe intelligit quiditatem, non autem quiditatem ſeparatam. vt voluerunt Platonici, ergo intelligit quiditatem exiſtentem in rebus materialibus. ſed illud, quod primo & per ſe intelligitur ab aliqua potẽtia eſt obiectum eius, ergo relinquitur quòd quiditas rei materialis eſt obiectum intellectus noſtri. Et ſi quæratur quomodo intellectus exit de potentia ad actum intelligendo obiectum illud. Dicẽdum ſecundum Philoſophum quòd intellectus habens habitum ſcientiæ reducitur ad actũ dum vult, quia habet ſpecies intelligibiles apud ſe. quod eſt contra Auicenn. ſed dum intellectus nondum habet ſcientiam, non reducitur ad actum dum vult, ſed quæritur virtus docentis ſiue intrinſeci (vt ipſius intellectus agentis) ſiue extrinſeci, vt ipſius magiſtri. Contra prædictam concluſionem ſic arguitur probando quòd ſingularia intelliguntur rationibus antiquorum Philoſophorum illam partem tenentium. Nam actio & paſsio ſunt ſingularium & ſuppoſitorum vt patet in procemio metaphyſ. ergo vniuerſale non eſt id, quod intelligitur, ſed ſingulare. Præterea. Quiditas ſiue natura rei, quæ eſt id, quod intelligitur, eſt res ſignificata extrà animam, ergo eſt res ſingularis, ſic idem, vt ſupra. Præterea. Illa potentia, quę per ſe fertur ad aliquod obiectum etiam per ſe fertur in quamlibet partem ſubiectiuam eius, licet non primo ſicut viſus qui per ſe primo fertur in colorem, etiam per ſe fertur in albedinem & nigredinem, licet non primo. ſed ſingularia ſunt partes ſubiectiue vniuerſalis, ergo ſi per ſe intelliguntur. ſequitur quòd ſingularia per ſe intelliguntur. Prӕterea. arguitur probando quòd ſingularia nullo modo intelliguntur. Nam vniuerſale eſt dum intelligitur, ſingulare vero dum ſentitur, vt patet in hoc tertio. ergo ſingulare non intelligitur. Præterea. Sicut ſe habet ſenſus ad ſenſibile. ita intellectus ad intelligibile, ergo per locum à tranſmutata proportionem, ſicut ſe habet intelligibile (vtputa ſingulare) ad ſenſum, ita ſe habet ſenſibile (vtputa ſingulare) ad intellectum. ſed vniuerſale non ſentitur, ergo ſingulare non intelligitur. Prӕterea. arguitur contra maiorem probationis, probando quòd quiditas & illud, cuius eſt in materialibus non diſtinguantur realiter. Nam idem eſt caro & carnis eſſe, vt hic dicit Philoſophus ſed caro pertinet ad res nimis materiales, ergo in materialibus idem eſt quid eſt, & illud, cuius eſt. Præterea. Definitio & definitum ſunt idem eſſentialiter, ergo quodquid eſt ſignificatũ definitionis eſt idem cum eo, cuius eſt, quod eſt ipſum definitum. Præterea. Quando aliquid prædicatur de alio prædicatione eſſentiali in primo modo dicendi per ſe, illud prædicatum nõ diuiditur realiter à tali ſubiecto, ſed natura ſiue quiditas concretiuæ deſignata prædicatur in primo modo dicendi per ſe, dicendo Socrates eſt homo, & Socrates eſt animal metaphorice loquendo, ergo Socrat. & homo ſunt idem realiter, & per conſequens natura & ſuppoſitum. Præterea. arguitur contra corollarium probando quòd quiditas rei materialis non ſit obiectum intellectus noſtri. Nam illud eſt obiectũ alicuius potentiæ, quod primo apprehenditur ab illa potentia, ſed ens inter prædicata omnia primo intelligitur ab intellectu, vt dicit Auicen. in primo ſuæ metaphy. ergo ens erit obiectum intellectus noſtri & non quiditas. Si dicatur ꝙ ens eſt primum obiectum intellectus adęquatum, non autem proprium. Contra. Idem eſt primũ & adæquatũ, primo poſteriorum, ergo ſi ens eſſet primũ obiectum intellectus, erit obiectum adæquatum & per conſequens proprium.

Preterea nihil apprehenditur ab aliqua potētia niſi quod continetur ſub illius potentiæ obiecto, ſed multa apprehenduntur ab intellectu, quæ non cadunt ſub quiditate rei materialis, vt ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. ergo, &c. Preterea illud eſt obiectum intellectus, ſub cuius ratione omnia intelliguntur, ſed Deus eſt huiuſmodi, cum nihil ſit intelligibile, quod non participet aliquid ab eo, ergo idē vt ſupra. Ad primum dicendum quòd duplex eſt actio. Quædam eſt actio corporalis. Alia eſt actio ſpiritualis. verum eſt ꝙ actio & paſsio corporalis ſunt ſuppoſitorū. actio tamen ſpiritualis non ſemper eſt ſuppoſitorū. Obiectum autem intellectus nō agit in intellectum actione corporali, ideo ratio non ſequitur. Ad ſecundum dicendum quòd natura ſiue quiditas rei materialis, ſecundum ꝙ eſt in re materialis ſignificata intelligitur ſine cōditionibus ſingularium per primam operationem intellectus. vnde non oportet ꝙ ſingulare ſit illud quod primo intelligitur, nec propter hoc intellectus eſt falſus. vt dicit Doctor ſanctus quia illa quæ ſunt coniuncta ſecundum eſſe poſſunt ſeparatim intelligi per primam operationem intellectus, nō autem per ſecundam. Et ſi arguatur. Illud, à quo aliquid abſtrahitur ab intellectu prius intelligitur, ſed à phantaſmatibus & ſingularibus abſtrahitur ſpecies intelligibilis, ergo ſingulare prius intelligitur Dicēdum ꝙ dupliciter contingit abſtrahere. vno modo poſitiue, alio modo priuatiue. Intellectus enim dū abſtrahit vniuerſale à particulari abſtrahit priuatiue. nihil enim aliud eſt intellectū abſtrahere vniuerſale à ſingulari quam intelligere vniuerſale nō intelligendo ſingulare, vt infra patebit. Ad tertiū dicendum ꝙ duplices ſunt partes ſubiectiuæ alicuius totius vniuerſalis. Nam quædam ſunt partes ſubiectiue, quę nō includunt aliquid reale, ſecluſa quacunque operatione intellectus, quod nō includat ipſum totum, & tales partes ab eadem potētia intelliguntur, ſicut & totum, licet non primo vt voluit argumētum. aliæ ſunt partes quæ includunt aliquid realiter quod eſt extra eſſentiam totius, etiam ſecluſa quacunq; operatione intellectus, ſed non oportet ꝙ iſte apprehendantur ab illa potentia per ſe, à qua totum intelligitur. Cum igitur ſingularia aliquid includant realiter, quod non includit natura vniuerſalis, non oportet ꝙ ſingularia, per ſe intelligantur ab intellectu, licet ab eo intelligātur per ſe vniuerſalia. Ad quartum & quintū dicendum ꝙ procedunt de intellectione directa. non autem reflexa. Ad ſextum dicendum ꝙ quia ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt nobis immanifeſte, Philoſophus de eis exemplificat per exemplū naturale per carnem & carnis eſſe. vnde ipſe dat intelligere ꝙ illud exemplum in ſubſtantijs ſeparatis idem eſt quodquid eſt & illud cuius eſt. Ad ſeptimū dicendum quòd quodquid eſt poteſt ad duo cōparari, tanquam ad illud, cuius eſt. Vno modo tanquam ad definitum & ſic quodquid eſt, eſt idem cum eo, cuius eſt quibuſcunque rebus. Alio modo poteſt comparari ad ſuppoſita naturæ. & illo modo in ſubſtantijs materialibus quod quid eſt non eſt idem cū eo, cuius eſt. Ad oct auū dicendum quod quando aliquid prædicatur de aliquo ſubiecto prædicatione eſſentiali, illud prædicatum eſt idem cum eodem ſubiecto, dummodo ſubiectum ipſum nō includat aliquid in ſua ratione, quod ſit extra intellectū ipſius quiditatis. ſecus autem ſi includat aliquid extraneū realiter, vt in propoſito. Ad nonum dicendū quod ens quod apprehenditur ab intellectu noſtro eſt obiectum commune, non autem obiectum adęquatū alicuius potētię, quod poteſt apprehendi ab illa potētia ſpetie diſtincta, ſed ens non ſolum poteſt apprehendi ab intellectu humano, ſed etiam ab angelico ſecūdum cōmunem rationem eius, ideo ens non eſt obiectum adæquatū intellectus noſtri accipiendo intellectum vt ſe extendit ad intellectum D. Angelicum, & humanum. Ad decimum dicendum quod primum accipitur dupliciter. Vno modo accipitur primum à prioritate prædicationis. Alio modo pro prioritate adæquationis. Illud enim quod eſt primū obiectum prioritate adæquationis eſt proprium obiectum, nō autem eſt primum obiectum quod eſt primum prioritate prædicationis. Ad vndecimum dicendum ꝙ nihil apprehenditur ab intellectu noſtro corpori coniuncto, niſi illud quod cadit ſub quiditate rei materialis, aut per ſe, aut per accidens. Ad duodecimum dicendum ꝙ omnia ſub ratione deitatis effectiue intelliguntur, non autem formaliter & obiectiue. Circa prędicta dubitatur primo, vtrum ſpecies intelligibiles remaneant in intellectu poſt actualem conſiderationem, & arguitur breuiter ꝙ non rationibus Auicennæ. Nam recipere & retinere nō pertinent ad eandem potentiā, ſed intellectus poſsibilis recipit illas ſpecies intelligibiles, ergo non retinet eas. Præterea. Sicut ſe habet diaphanū ad ſuſceptionem luminis, ita ſe habet intellectus poſsibilis ad ſuſceptionem ſpecierum intelligibilium, ſed diaphanū poſt actualem ſuſceptionem luminis (vt poſtquam nō informatur lumine actualiter) non retinet lumen, ergo intellectus poſsibilis poſt actualem conſiderationem non retinet ſpecies intelligibiles. Præterea. Duo accidentia eiuſdem generis non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſimul, ſed omnes ſpecies intelligibiles ſunt eiuſdem generis, ergo non poſſunt eſſe ſimul in intellectu poſsibili, & per conſequens poſt actualem conſiderationem corrumpuntur. In oppoſitum arguitur per Philoſophum hic in litera. Dicendum ꝙ poſt actualem conſiderationē remanent ſpecies intelligibiles in intellectu poſsibili. Cuius ratio eſt. quia maioris virtutis eſt intellectus poſsibilis quā ſenſus, ſed in ſenſu poſt actualem ſenſationem remanent ſpecies ſenſatæ, quæ in imagine retinentur, ergo à fortiori poſt actualem conſiderationem remanent ſpecies intelligibiles in intellectu inquantū in memoria intellectiua retinentur & conſeruantur. Præterea. Si non ſequeretur ꝙ nunquam homo haberet ſcientiam nec in actu completo nec in potentia tantum. ſequeretur etiam ꝙ vanum eſſet ſtudere & addiſcere. Ad primū dicendum ꝙ licet in materialibus ad eandem potentiam nō pertineat retinere & recipere, tamen in potentijs immaterialibus ad eandem potentiam pertinet retinere & recipere. ad eandem dico ſecundū eſſentiam diuerſam, tamen ſecūdum diuerſa officia actuum, vt infra patebit. Vnde intellectus, qui recipit ſpecies, & memoria quę retinet non ſunt duæ potentię eſſentialiter diſtinctæ ſed ſunt vna potentia, cui ſecundū diuerſa officia actus attribuuntur diuerſi. Ad ſecundum dicendum ꝙ non eſt ſimile de lumine ſuſcepto in aere & de ſpeciebus ſuſceptis in intellectu. quia lumen quod ſuſcipitur in aere dependet à corpore illuminante quantum ad eſſe & quantū ad fieri & conſeruari, ſic non eſt de ſpeciebus intelligibilibus reſpectu obiectorum. Ad tertiū dicendum ꝙ licet diuerſa accidentia eiuſdem generis ſecūdum actū completum non poſsint eſſe in eodem ſubiecto ſimul, tamen ſecundum actum incompletū, qui mediat inter puram potētiam & actum perfectum, poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto. Species autem intelligibiles poſt actualem conſiderationem habent eſſe ſolū in potentia ſecundum actum non perfectū, ſed imperfectū. Secundo dubitatur

tatur vtrum ſpecies intelligibilis ſit id, quod intelligitur. Et arguitur quòd ſic. Nam intellectus & intelligibile ſunt idem, vt conceditur in iſto tertio. ſed res extra animam non eſt eadem cũ intellectu, ergo ſequitur ꝙ ſpecies intelligibilis eſt idem cũ intelligibili, & ſic eſt id quod intelligitur. Præterea. Quælibet qualitas poteſt eſſe res intellecta, ſed ſpecies intelligibilis eſt qualitas quædam. ergo ſpecies intelligibilis eſt res intellecta. Præterea. Illud eſt res intellecta quod primo apprehenditur ab intellectu, ſed ſpecies intelligibilis eſt huiuſmodi, ergo, &c. In oppoſitum arguitur ex his, quę dicta ſunt. Nam obiectũ intellectus eſt illud, quod intelligitur, ſed ſpecies intelligibilis non eſt obiectum intellectus, ſed quiditas rei materialis, vt dictum eſt. ergo, &c. Dicendum ꝙ ſpecies intelligibilis nõ eſt illud, quod intelligitur ſed illud quo aliquid intelligitur. cuius ratio eſt. quia illud eſt quod intelligitur, quod affirmat vel negat intellectus, & eſt extra animam vel aliquid de re extra animam, ergo res extra animam eſt illud, quod intelligitur, & ſpecies intelligibilis eſt illud, quo aliquid intelligitur. Ad primum dicendum quòd intellectus in actu eſt, idem cũ intelligibili in actu non ſecundum ſe totum, ſed ſecundũ ſuam ſimilitudinem, quæ ſuſcipitur in intellectu, & eſt eadem cũ intellectu, non quidem eſſentia iter, ſed ſubiectiue. Ad ſecundum ꝙ ſpecies intelligibilis poteſt cõſiderari dupliciter. Vno modo vt eſt natura quędam de genere qualitatis, & iſto modo poſſet eſſe res intellecta. alio modo illud, quo res intelligitur vt dictũ eſt, & illo modo ſuſcipitur in intellectu formaliter & tanquam quo, nõ autem obiectiue & tanquam quod. Et per hoc patet ſolutio ad tertium.

Sequitur in textu. § Dubitabit autem utique aliquis, &c. § Hæc eſt lectio nona huius tertij libri, & in commento Sancti Thomæ.

Stud eſt tertium capitulum præcedentis tractatus, in quo Philoſophus ſoluendo duas dubitationes ponit duas concluſiones. quarũ prima eſt quòd intellectus poſſibilis poteſt intelligere. Hęc concluſio probatur tali ratione. Nam illud, quod eſt in potentia ad intelligibilia ſuſcipiẽda poteſt intelligere, ſed intellectus poſſibilis eſt in potẽtia ad intelligibilia ſuſcipienda, cum ſit tanquam tabula raſa in qua nihil depictum eſt. depingibilis tamen ſcientijs & virtutibus. ergo ſequitur ꝙ intellectus poſſibilis poteſt intelligere. Contra hanc cõcluſionem arguit Philoſophus. Nam agens & patiens habent aliquod commune, ſed intellectus poſſibilis cum ſit ſimplex non videtur habere aliquod cõmune cum re intellecta, ergo videtur ꝙ intellectus poſſibilis non poteſt intelligere. Dicendum ꝙ intellectus poſſibilis habet aliquod commune, in quo conuenit cum alijs patientibus. cõuenit enim cum alijs in hoc, quod eſt recipere. Secunda concluſio. Intellectus poſſibilis intelligit ſeipſum, non per ſuam eſſentiam, ſed per ſuam ſpeciem intelligibilem. Hæc concluſio probatur tali ratione. Quia intellectus ſeipſum intelligendo intelligit ſe intelligere, ſed intellectus nõ intelligit ſe intelligere per ſuam eſſentiam, ſed per ſuã ſpeciem intelligibilem. Contra hanc concluſionem arguitur ſic. Vnumquodq; eſt intelligibile ſecũdum ꝙ eſt in actu, ſed intellectus poſſibilis nõ eſt in actu (cũ ſit in potentia ad omnia intelligibilia) ergo intellectus poſſibilis nõ poteſt intelligi. Pręterea. Si intellectus poſſibilis intelligeretur à ſeipſo. ſequeretur ꝙ idem eſſet mouens & motũ reſpectu eiuſdem, & per cõſequens illud eſſet in actu & in potẽtia reſpectu eiuſdem, conſequens eſt falſum, ergo, &c. Sequela patet. quia intellectus intelligẽdo mouetur à re intellecta, ergo ſi intellectus poſſibilis intelligeret ſeipſum moueretur à ſeipſo. Præterea. Angelus cognoſcit ſeipſum per ſuam eſſentiam, ergo pari ratione intellectus noſter intelligit ſeipſum per ſuam eſſentiam, cum ſit immaterialis. Præterea. Si Intellectus intelligeret ſeipſum per ſpeciem, vel intelligeret ſeipſum & ſuam ſpeciem & ſuũ obiectum ſemper vnico actu, vel alio & alio actu. Non ſecundũ, quia impoſsibile eſt ꝙ intellectus ſimul diuerſis actibus intelligat. Neq; etiam primum, quia dum intelligit rem intellectã intelligit ſeipſum. Pręterea. Si ſic, ſequeretur ꝙ intellectus ſemper intelligeret, quia intellectus eſt ſibijpſi præſens. Ad primum & ad ſecundũ dicendum ꝙ iſta duo argumẽta probant quòd intellectus non intelligit ſeipſum per ſuam eſſentiam, non autem ꝙ non intelligat ſeipſum per ſpeciem intelligibilium? Ad tertium dicendum negando ſequelam. quia intellectus angelicus eſt in actu, ſed intellectus noſter eſt in potentia. Et licet ſit immaterialis quantum ad organum. eſt tamen materialis quantum ad eſſe. Ad quartum dicendum quod Doctor ſanctus in prima parte cõcedit quod intellectus intelligit ſe & ſuum intelligere & ſuum obiectum diuerſis actibus. Sed in primo ſentẽtiarum concedit quod vnico actu omnia illa intelligit. Pro cuius concluſionis declaratione, conſiderandum eſt ꝙ ſpecies intelligibilis & intellectus poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo ſunt quædam res veræ inter ſe diſtinctæ, & iſto modo alio actu intellectus poteſt intelligere ſuã ſpeciem, & alio actu ſeipſum & intelligere ſuum. Alio modo poſſunt cõſiderari vt ſunt principia intelligẽdi, & illo modo vnico actu omnia intelliguntur. Ad quintũ dicendum negãdo ſequelam. quia illę ſpecies intelligibiles nõ ſemper ſunt in actu, vnde nõ oportet ꝙ intellectus intelligẽs ſeipſum per ſpeciem intelligibilẽ ſemper intelligat.

Sequitur textus. § Quoniam autem in omni natura § Hæc eſt lectio decima huius tertij libri & in commento Sancti Thomæ.

Stud eſt quartum capitulũ in quo Philoſophus determinando de intellectu agente in actu, ponit vnã concluſionem, quæ talis eſt, ꝙ per intellectũ poſſibilem neceſſe eſt ponere intellectum agentem. Hæc concluſio probatur tali ratione Philoſophi & exemplo. Primo ſic. Nam in omni natura, quæ quandoque eſt in potentia & quandoq; in actu, neceſſe eſt ponere aliquid vt materiam in illo genere, per quod eſt in potẽtia ad omnia quæ ſunt illius generis, & aliquid in actu, quod ſe hẽt vt ars reſpectu artificiorum, per quod poteſt facere illa oĩa actu ſed anima intellectiua, ſecundum potentiam intellectiuam quandoque eſt in potentia, quandoque in actu, ergo neceſſe eſt ponere in anima intellectiua vnã potentiam, per quam eſt in potẽtia vt omnia intelligibilia ſuſcipiat, quæ dicitur intellectus poſsibilis, & in aliam potentiam, per quam apta nata eſt facere illa intelligibilia in actu, quæ dicitur quidam habitus, vt dicit Philoſophus. Exemplo idem probatur. Nam ad videndũ colores requiritur lumen, ſed intellectus agens ſe habet vt lumen per reſpectũ ad intelligibilia, ergo ad intelligendum requiritur intellectus agens. Pro ampliori declaratione conſiderandum eſt ſecundum Philoſophũ primo quod quatuor ſunt conditiones intellectus agentis, & iſtarũ primę tres ſunt communes intellectui poſsibili & agenti, quarum prima eſt. Intelle-

Intellectus agens eſt ſeparabilis. Secunda eſt, intellectus agens eſt impaſsibilis. Tertia eſt, intellectus agens eſt immixtus non cōpoſitus ex diuerſis naturis rerū. Quarta eſt, intellectus agens ſecundum ſuam ſubſtantiam eſt in actu. Et per hanc conditionem intellectus agens differt ab intellectu poſsibili, qui ſecundū ſuam ſubſtantiā eſt in potētia. Has cōditiones ponit Philoſophus in eſſe, intellectui agenti tali ratione, quia omne agens præſtantius eſt & nobilius paſſo, ſed intellectus poſsibilis, qui ſe habet vt patiens, eſt ſeparabilis & impaſsibilis & immixtus, ergo à fortiori intellectus agens eſt ſeparabilis, impaſsibilis, & immixtus. Quod autem intellectus agens ſit in actu ſecundum ſuam ſubſtantiam patet. quia agens eſt nobilius paſſo, nō ſecundum naturam, ſed ſecundum quod eſt in actu, cum ergo intellectus agens ſe habeat ad intellectum poſsibilem ſicut agens ad patiens, & cum intellectus poſsibilis ſit in potentia, ſequitur quod intellectus agens ſit in actu. Conſiderandum eſt vlterius ſecundum Philoſophum quod tres ſunt conditiones intellectus in actu, per quas differt intellectus in actu, ab intellectu in potentia. quarum prima eſt quod intellectus in actu eſt idem cum re intellecta, non autem intellectus in potentia. quod intelligendum eſt non eſſentialiter, ſed participatiue aut ſubiectiue. Secunda conditio eſt quod intellectus in actu ſimpliciter & vniuerſaliter præcedit intellectum in potentia, licet intellectus in potentia in vno & eodem quod mouetur de potentia ad actum pręcedat intellectum in actu. Tertia conditio eſt quod intellectus in actu ſemper intelligit quod non competit intellectui in habitu vel in potentia. Ex prædictis elicitur quod quadruplex eſt intellectus videlicet intellectus agens, intellectus poſsibilis, intellectus in actu, intellectus in potentia. Conſiderandum eſt vlterius quod duæ ſunt conditiones partis intellectiuæ in communi. quarum prima eſt quod pars intellectiua eſt ſeparabilis, ſed non quidem ſecundum eſſe in præſenti ſtatu, ſed ſecundum operationem, eo modo, quo ſupra declaratum eſt. Secunda conditio eſt, quæ ſequitur ex prima, quod ſola anima intellectiua in homine eſt perpetua & incorruptibilis. perpetua dico à parte poſt, non à parte ante, cum habeat principium. Et ſi dicatur. poſtquam pars intellectiua eſt ſeparata ab homine in ea non eſt reminiſcentia. ergo videtur quod nō poteſt ſeparari. Dicendum, quòd reminiſcentia non ſolum pertinet ad partem intellectiuam, ſed pertinet ad eam ſolum ſecundum eſſe, quod habet in corpore. & hoc potiſsime quo ad eundem modū. Contra prædictam concluſionem ſic arguitur. Præſenti obiecti ſufficit ad immutationem potentiæ. ergo videtur ꝙ non neceſſario requiratur intellectus agens ad intelligendum. Præterea. Non eſt ponendus ſenſus agens. ergo nō eſt ponendus intellectus agens. Patet conſequentia. quia ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſibilia, ita ſe habet intellectus ad intelligibilia. Præiera. Intellectus agens ſe habet ſicut lumen, vt dicit Philoſophus. ſed lumen non requiritur ad videndum niſi propter medium, ſecūdum Doct. ſan. vt ex ſupra dictis patet. ergo ad intelligendū non requiritur intellectus agens. Præterea. Si poneretur intellectus agens, eius eſſet aliqua operatio, ſed ipſius nō ponitur aliqua operatio, ergo videtur, &c. Probatio minoris, quia ſi ipſius eſſet operatio maxime eſſet illuſtrare phantaſmata, ſed intellectus agens nō illuminat phantaſmata. cum non agat in ea, neque aliquid imprimat in eis, ergo, &c. Ad primū dicendum ꝙ præſentia obiecti ſufficit ad immutationē potentię, dummodo idem obiectū ſit in actu. obiectum aūt intellectus ſecundum eſſe, quod habet extra animam nō eſt actu intelligibile ſecundū ſui naturam, ſed ſit actu intelligibile per virtutē intellectus agentis, vnde ratio non ſequitur. Ad ſecundum ſimiliter dicendum ꝙ ſenſibile ſecundum ſui naturam actu poteſt immutare ſenſum, ideo non ponitur ſenſus agens ſed intelligibile ſecundū ſui naturā non poteſt immutare intellectum. ideo neceſſario ponitur intellectus agens. Ad tertium dicendum ꝙ intellectus ſe habet ſicut lumen nō omnibus modis ſimilitudinis, ſed quantum ad aliquid. Nam ſicut lumen requiritur ad vidēdum, ita intellectus agens ad intelligendū. Sed diſsimilitudo eſt in hoc. quia lumen requiritur propter medium & non propter obiectum. Sed intellectus agens requiritur propter obiectum & non propter medium. Ad quartū dicendum quod intellectus agentis triplex eſt operatio. Prima eſt illuſtrare phantaſmata. Secunda eſt ex phantaſmatibus illuſtratis ſpeciem intelligibilē abſtrahere. Tertia eſt per ſpeciem intelligibilem abſtractam intellectum poſsibilem determinare, qui eſt ſecundum ſe indeterminatus. Et dum dicebatur, Intellectus agens non imprimit aliquid in phantaſmatibus. ergo non illuminat. Dicendū quod non illuminat phantaſmata aliquid imprimēdo phantaſmatibus, ſed magis abſtrahendo, & confortando intellectum poſsibilem ad ſuſceptionem ſpecierum intelligibilium. Circa prędicta primo dubitatur vtrum intellectus agens ſit habitus. Et arguitur ꝙ non ratione Doctor ſan. Nam omnis habitus præſupponit cognitionem terminorum, ſi ergo intellectus agens eſſet habitus, ſequeretur quod non faceret omnia intelligibilia in actu. quod eſt contra ſententiam Philoſophi. In oppoſitum arguitur per Philoſophum in litera. Dicendū breuiter quod habitus poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo proprie vt diſtinguitur contra potentiam, & iſto modo intellectus agens non dicitur habitus, vt voluit argumentum dubij. Alio modo accipitur habitus communiter pro quacunq; forma ſecundū quod habitus diſtinguitur contra priuationem, & iſto modo intellectus agens dicitur habitus. Vnde Philoſophus non dicit ꝙ intellectus agens ſit habitus ſimpliciter ſed eſt tanquam habitus. Secundo dubitatur vtrum intellectus agens ſit ſeparatus ab anima, vel vtrū ſit aliquid ipſius animæ. Et videtur ꝙ non ſit aliquid ipſius animæ. Nam ad intellectum agentem pertinet illuminare, ſed illuminare pertinet ad altiorem virtutem, videlicet ad primam cauſam, ergo intellectus agens nō eſt aliquid ipſius animæ. Præterea. Intellectus agens, vt videtur hic dicere Philoſophus, ſemper eſt in actu. ergo ſi intellectus agens, eſſet aliquid ipſius animæ, ſequeretur ꝙ homo ſemper actu intelligeret. cōſequens eſt falſum, ergo, &c. Præterea prima cōditio intellectus agentis eſt ꝙ ſit ſeparabilis. ergo nō videtur quòd ſit aliquid ipſius animę. Dicendum ꝙ intellectus agens non eſt ſeparatus ab ipſa anima, ſed eſt aliquid ipſius animæ. Quod patet tali ratione Doct. ſan. in præſenti lectione. Nam in omni, quod eſt conſtitutum à natura ſunt principia ſufficientia ad complexionem proprie operationis, ſed intelligere eſt propria operatio hominis (intelligere dico per phantaſmata) ergo in homine ſunt principia requiſita ad talē intellectionem, ſed homo non poteſt intelligere niſi per virtutem intellectus agentis, cuius eſt illuminare phantaſmata, & ab eis ſpeciem intelligibilem abſtrahere, ergo intellectus agens eſt aliquid in anima exiſtens. Pręterea. Si intellectus agens non eſſet in homine exiſtens, ſequeretur ꝙ homo nō intelligeret per intellectum agentem,

cum

cum nihil operetur niſi per aliquid in eo formaliter exiſtens, conſequens eſt falſum, ergo &c. Ad primum dicendum ꝙ vniuerſaliter illuminare omnem creaturam pertinet ad primã cauſam, ſed illuminare phantaſmata pertinet ad intellectum agentem tanquam ad cauſam particularem. Ad ſecundum dicendum ad rationem illam ꝙ Philoſophus ſemper eſſe in actu nõ attribuit intellectui agẽti, ſed intellectui in actu, vt ſupra dictum eſt. Ad tertium dicendum quod intellectus agens dicitur ſeparabilis eſſe non ſecundũ eſſe à materia, ſed ſm operationem. & ideo non indiget organo corporali. Dubitatur tertio, vtrum intellectus agens ſit perpetuus & incorruptibilis, & videtur ꝙ non. quia illud, quod habet principiũ non eſt perpetuum, ſed intellectus agens habet principium, ergo nõ eſt perpetuus. Præterea. Illud, quod eſt ex nihilo eſt vertibile in nihil, ſed intellectus eſt ex nihilo, ergo eſt vertibilis in nihil: & per conſequens nõ erit perpetuus. Prӕterea. Nihil eſt ſine ſua propria operatiõe, ſed intellectus nõ poteſt intelligere poteſt corruptionem totius coniuncti cũ propria eius operatio ſit intelligere per phantaſmata. ergo &c. Ad primum dicendum ꝙ dupliciter aliquid dicitur perpetuum. Vno modo propriӕ, pro eo, quod caret principio, & fine, quod dicitur perpetuum à parte ante & à parte poſt. & iſto modo intellectus non dicitur perpetuus. Alio modo accipitur perpetuum pro eo, ꝙ caret fine, quod dicitur perpetuum à parte poſt & iſto modo intellectus dicitur perpetuus. Ad ſecundum dicendum ꝙ intellectus bene eſt vertibilis in nihil per potentiam creãtis, non autem per aliquam potentiam in eo exiſtentem. vnde non eſt corruptibilis, ſed bene eſt annihilabilis. Ad tertium dicendum ꝙ intelligere per phantaſmata eſt propria operatio intellectus coniuncti ſecundũ ꝙ huiuſmodi, non autem ipſius intellectus abſolute conſiderati. Vnde ratio nulla. Dubitatur quarto vtrum intellectus agens ſit vnus in omnibus hominibus, & videtur ꝙ ſic. Nã intellectus agens eſt immaterialis. ergo non multiplicatur ad multiplicationem ſingularium, ſiue ſuppoſitorũ materialium, & ſic erit vnus in omnibus. Præterea. Si eſſent tot intellectus agentes quot ſunt homines, ſequeretur ꝙ iam eſſent infiniti intellectu, actu ſtante ſecundum Philoſophum perpetuitate mundi. conſequens eſt impoſſibili ergo &c. Dicendum ꝙ non eſt vnus intellectus agẽs in omnibus hominibus ſecundum numerũ, licet ſit vnus ſecundum ſpeciem. Quod ſic patet. quia ad multiplicationem ſubiectorum ſequitur multiplicatio accidentiũ. ſed intellectus agens eſt accidens, quod eſt ſubiectiue in anima, ergo & multiplicationem animarũ ſequitur multiplicatio intellectus agentis, ſed manifeſtum eſt ꝙ non eſt vna anima numero in omnibus hominibus. ergo in eis non eſt vnus intellectus agens. Ad primum dicendum ꝙ intellectus agens dicitur immaterialis, quia non eſt ex materia compoſitus dicitur tamen materialis, quia eſt in materia ſcilicet in eſſentia animæ ſubiectiue, vnde habet materiam in qua licet non habeat materiam ex qua. Ad ſecundum dicendum ꝙ etiam ſtante perpetuitate mundi non ſequitur ꝙ eſſent infinitæ animæ in actu, & per conſequens ſequitur ꝙ non eſſent infiniti intellectus agentes. Et ſi dicatur ꝙ in qualibet circulatione Deus creaſſet vnam animam, ſequitur ꝙ cum fuiſſent infinitæ circulationes ſtante perpetuitate mundi, eſſent animæ infinitæ actu. Dicendum negando ſuppoſitum. quia in infinito non eſt dabile primũ, id eſt non aſſignabilis quęlibet pars. vnde falſum ſupponitur cum dicitur in qualibet circulatione Deus creaſſet animam.

Sequitur in textu. § Indiuiſibilium quidem igitur &c. Hæc eſt lectio vndecima eiuſdem libri, & in commento S. Thomæ.

Istud eſt quintum capitulũ, in quo Philoſophus determinando de operationibus intellectus poſſibilis ponit duas concluſiones. Quarum prima eſt. Tantũ ſunt duæ operationes intellectus, videlicet indiuiſibiliũ, id eſt terminorum incomplexorum intelligentia, & cõpoſitio & diuiſio eorundem. Hęc concluſio probatur tali ratione. Nã in omni operatione intellectus aut eſt veritas, aut falſitas, aut non, ſi ſecundum, ſic eſt prima operatio, ſi primum ſic eſt ſecunda. Contra prædictam concluſionem, ſic arguitur primo. Nam ratio, & intellectus ſunt idem, ſed indiuiſibilium intelligentia non attribuitur rationi cum propri rationium ſit diſcurrere. ergo non debet attribui intellectui. Præterea. Diſcurrere à notis ad ignota, eſt operatio intellectus, & tñ non eſt aliqua prædictarũ ergo non ſunt tñ duę operationes intellectus. Prępterea. Compoſitio & diuiſio non eſt niſi reſpectu multorum, ſed intellectus non poteſt multa intelligere ſimul, ergo compoſitio non eſt operatio intellectus. Præterea. Intellectio fit per aſſimilationem rei intellectæ ad intellectum ſed in re extra animam non eſt compoſitio realis, quæ per compoſitionem ſignificetur, cum ibi non ſit prædicatum vel ſubiectum, ergo &c. Ad primum dicendum ꝙ licet ratio & intellectus ſint idem ſecundum rẽ differunt tamen ſecundum rationem. vnde indiuiſibiliũ intelligentia non attribuitur rationi proprie loquendo, attribuitur tamen intellectui. Ad ſecũdum dicendum ꝙ diſcurrere ab vno in aliud cõtinetur ſub ſecunda operatione intellectus, videlicet ſub compoſitione & diuiſione. Ad tertium dicendum ꝙ licet intellectus non poſſit multa intelligere ſimul per modum multorũ, poteſt tamen bene per modum vnius, inquantum iſta multa in aliquo conueniunt. Ad quartum dicendum ꝙ licet compoſitio intellectus non ſit in re extra animam ſecundũ ſubſtantiam eſt tamen in re extra animam ſecũdum correſpondentiam. Nam in rebus eſt compoſitio, quæ correſpondet compoſitioni intellectus. Pro cuius declarationem conſiderãdum eſt quoniam in rebus inuenitur duplex cõpoſitio, vna formę cum materia, talis correſpondet compoſitioni intellectus, cum intellectus componit, ſuperius cum inferiori, alia eſt compoſitio accidentis cũ ſubſtantia, & talis correſpõdet compoſitioni intellectus, qua intellectus componit accidens cum ſubiecto. Secunda concluſio. Solum in ſecunda operatione intellectus eſt veritas vel falſitas. Hæc concluſio probatur tali ratione. Nam veritas & falſitas conſiſtunt in comparatione vnius ad alterum, ſed talis operatio non eſt niſi ſecũdum compoſitionem vel diuiſionem intellectus eſt veritas aut falſitas. Ex hac concluſione infert Philoſophus ꝙ licet in his, quæ apprehenduntur per primam operationem intellectus non ſit veritas vel falſitas, tamen intellectus circa talia intelligibilia diuiſibilia ſemper eſt verus, cuius ratio eſt. Nam ſicut ſenſus non decipitur circa proprium ſenſibile, ita intellectus nõ decipitur circa quod quid eſt intelligibile. ergo intellectus ſemper eſt verus. Contra hoc corollarium ſic arguitur. Nam ſenſus circa propriũ ſenſibile poteſt decipi vt patet in collo columbæ. ergo intellectus circa quod quid eſt poteſt decipi. Præterea. Opinio & ratiocinatio attribuitur intellectui, & in vtroque poteſt eſſe veritas. & falſitas, ergo intellectus non ſemper eſt verus. Ad primum dicendum ꝙ ſenſus non decipitur

decipitur circa proprium ſenſibile per ſe,ſed bene per accidens,inquantum iudicat de his,quæ ſunt adiuncta pro prio obiecto. Ita inrellectus poteſt decipi diuerſimode circa quod quid eſt per accidens ratione compoſitionis & diuiſionis. Et hoc dupliciter. Vno modo attribuendo definitioně,ſiue quod qnid eſt vnius alteri. Secundo modo ponendo aliquas partes in definitione, quæ ſint impoſsibiles adinuicem,& tunc definitio eſt falſa ſimpliciter. Exemplum primi. vt ſi definitio circuli attribuatur triangulo eſſet falſa definitio. Exemplū ſecundi, vt ſi aliquis ponat in definitione alicuius inſenſibile. In illis vero in quorum definitione nulla eſt compoſitio non contingit eſſe deceptionem,ſed oportet illa vel intelligere vere, vel nullo modo,vt dicitur.9.metaphy. Ad ſecundum dicendum quod ratiocinatio & opinio attribuuntur intellectui quantum ad ſecundam eius operationem, in qua bene eſt veritas aut falſitas, non autem quantum ad primam eius operationem. Circa prædicta dubitatur vtrū indiuiſibile ſit prius intelligibile à nobis quam diuiſibile & videtur quod ſic. Quia ex cognitione principiorum & elementorum deuenimus in cognitionem principiatorū vt patet in primo phyſico,ſed indiuiſibile eſt principium & elementum diuiſibilis,ſicut vnum eſt principium numeri,& pũctus eſt principium lineæ,ergo ſequitur quod indiuiſibile prius cognoſcatur à nobis quam diuiſibile. In contrarium arguitur,quia habitus prius cognoſcitur à nobis quam priuatio, ſed indiuiſibile dicit priuationem, diuiſibile autem habitum, ergo &c. Dicendum ſecundū Philoſophum in litera ꝙ tripliciter aliquid dicitur indiuiſibile. Nā aliquid dicitur indiuiſibile ſecundum actū, quod tamen eſt diuiſibile in potentia, ſicut continuum, vtputa linea dicitur indiuiſibilis ſecundum actum, tamē eſt diuiſibilis ſecundum potentiam. Secundo modo aliquid dicitur indiuiſibile ſecundum ſpeciem, & iſtis duobus modis indiuiſibile cognoſcitur prius à nobis quàm diuiſibile,tum primo, quia cognitio conſuſa & indeterminata præcedit cognitioně determinatum. tum ſecundo, quia prima operatio intellectus præcedit ſecundam. Tertio modo dicitur indiuiſibile tam ſecundum actum quàm ſecundum potentiam. ſicur punctus dicitur indiuiſibilis,& iſto modo indiuiſibile non prius cognoſcitur à nobis quàm diuiſibile, vt voluit ratio in contrarium adducta. Ad argumentum dubij dicendum ꝙ in acquiſitione ſcientiæ non ſemper prius cognoſcimus principia, ſed aliquādo ex cognitione effectuum deuenimus in cognitionem cauſarum & principiorum, licet in complemento ſcientiæ procedamus à principijs ad effectum.

Sequitur in textu. {Videtur aūt ſenſibile etc.}
Hæc eſt lectio duodecima huius tertij libri, et in commento S.Thomæ.

Iſtud ſextum & vltimum capitulū tertij tractatus huius tertij de anima comprehendit ſimul duas lectiones commenti S.Thomę videlicet duodecimam,quæ incipit {Videtur &c.} & tertiam decimam, quæ incipit {Nunc autem de anima &c.}

IStud eſt ſextum & vltimum capitulum tertij tractatus, in quo Philoſophus determinando de parte intellectiua per reſpectum ad ſenſum,ponit tres concluſiones, inſerendo tria corollaria. Prima concluſio eſt ꝙ intellectus mouetur ab intelligibili. Hæc concluſio probatur tali ratione Philoſophi. Sicut ſe habet ſenſus ad ſenſibile, ita ſe habet intellectus ad intelligibile: ſed ſenſus mouetur à intelligibili,vt ſupra conceſſum eſt, ergo intellectus mouetur ab intelligibili. Contra hanc concluſionem ſic arguitur. Nam motus eſt actus exiſtentis in potentia ſecundum ꝙ huiuſmodi, vt patet tertio phyſic. ſed intelligere non eſt actus exiſtentis in potentia, alias non attribueretur Deo. ergo intelligere non eſt moueri,& ſic nō mouetur intellectus ab intelligibili. Præterea per motum, ſubiectum aliquid amittit, ſed anima intellectiua per intellectionem nihil amittit,ſed magis perficitur,ergo intellectus non patitur neque mouetur. Ad primum dicēdum,ꝙ duplex eſt motus, quidam eſt motus phyſicus & proprie dictus, qui eſt de contrario in contrarīū, & iſto modo intellectus non mouet ab intelligibili,alius eſt motus metaphoricus,qui videlicet eſt actus entis perfecti ſecundum ꝙ huiuſmodi, & iſto modo intellectus dicitur moueri. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum. Secunda concluſio. Intellectus non poteſt intelligere niſi per phantaſmata. Hęc concluſio probatur tali ratione. Nā ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſibile & viſus ad colorem, ita ſe habet intellectus ad phantaſmata, ſed ſenſus nō poteſt ſentire ſine ſenſibili,neque viſus poteſt videre ſine colore, ergo intellectus non pōt intelligere ſine phantaſmatibus. videlicet. conuertendo ſe ad phantaſmata. Ex quo infertur ꝙ neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari. Contra prædictam concluſionem arguitur primo. Nam intellectus intelligit mathematicalia, quæ ſunt abſtracta à materia, ergo intellectus non ſemper indiget phantaſmatibus. Præterea. Intellectus intelligit Deum & ſubſtantias ſeparatas,ſed talia non cadunt ſub phantaſmatibus. ergo idem vt ſupra. Pręterea. Intellectus eſt in actu per ſpeciem intelligibilem. ergo intellectus dum habet apud ſe ſpeciem intelligibilē poteſt intelligere: quia intelligere nihil aliud eſt quàm intellectum actu informari per ſpeciem intelligibilem. Ad primum dicendum ꝙ licet mathematicalia ſint abſtracta à materia ſenſibili tam communi quam indiuiduali,tamen non ſunt abſtracta à materia intelligibili id eſt phantaſiabili. Ad ſecundum dicendum ꝙ licet ſubſtantiæ ſeparatæ (accipiendo intellectum pro phantaſia) non cadant ſub phantaſmatibus per ſe,tamen cadūt ſub eis per accidēs, videlicet per ſuos effectus. Vnde illa ratio nihil aliud concludit quàm ꝙ ſubſtantiæ ſeparatæ non ſunt intelligibiles quantum ad earum quiditates in præſenti ſtatu & à priori, ſed ſolum quantum ad quia eſt & à poſteriori. Ad tertium dicendū ꝙ intellectus eſt in actu per ſpeciē intelligibilem actualiter exiſtentem in eo. ſpecies autem intelligibilis poteſt actualem conſiderationem non eſt in intellectu in actu ſed in habitu ſolum, vnde ratio nulla. Tertia concluſio. Intellectus practicus & intellectus ſpeculatiuus non ſunt duæ potentiæ animę realiter diſtinctę. ſed ratione tantū. Hæc cōcluſio probatur tali ratione Philoſophi elicitiue. Nam intelligere cum actione, id eſt cum extenſione ad opus,& intelligere ſine actione aliquod vnum abſolutæ, pertinet ad idem genus cognoſcibilitatis: ſed intellectus ſpeculatiuus intelligit verum ſine actione, id eſt ſine extenſione ad opus, intellectus vero practicus intelligit cū actione, ergo intellectus ſpeculatiuus & intellectus practicus pertinent ad idem genus potentiæ. Contra hanc concluſionem ſic arguitur. Potentiæ diſtinguuntur per obiecta,ſed obiectum intellectus ſpeculatiui eſt verum, obiectum autem intellectus practici eſt bonum. ergo videtur ꝙ intellectus practicus & intellectus ſpeculatiuus

ſint

ſint diuerſæ potentiæ. Præterea. Habitus practicus & habitus ſpeculatiuus ſpecies diſtinguuntur propter diſtinctionem obiectorũ, ergo intellectus ſpeculatiuus & intellectus practicus ſpeciem diſtinguuntur. Ad primũ dicendum ꝙ non quælibet diſtinctio obiectorum ſufficit ad diſtinctionem potentiarũ, ſed requiritur ꝙ talia obiecta ſint diſtincta genere. non quidem genere naturę, aut genere logico, ſed genere cognoſcibilitatis, vt ſupra determinatum eſt in ſecundo. Veruntamen bonũ in ſe conſideratum non eſt obiectum intellectus practici, ſed verum extenſum ad opus dicitur obiectum intellectus practici. Verum autem abſolutæ conſideratũ dicitur obiectum intellectus ſpeculatiui. Ad ſecundum dicendũ negando conſequentiam. quia maior diſtinctio obiectorum requiritur ad diſtinctionem potentiarum, quàm ad diſtinctionem habituum, vt etiam ſupra declaratũ eſt. Vnde ratio nõ ſequitur. Ex prędictis in hoc tractatu infert Philoſophus primo ꝙ non poteſt fieri intellectio ſine ſenſu. quia vt dictum eſt intellectus non poteſt intelligere ſine phantaſmatibus, phantaſmata autem nõ ſunt ſine ſenſu, ergo non poteſt fieri intellectio niſi mediante ſenſu. Ex quo patet falſitas opinionis Auic. qui dicit ꝙ poſt actualem conſiderationem intellectus poteſt intelligere non conuertendo ſe ad phantaſmata. Hoc aũt patet eſſe falſum ad ſenſum. Nam ille, qui habet habitũ ſcientiarum, poſt actualem conſiderationem, non poteſt actu per illos habitus cõſiderare ſed ſi lędatur organum corporale, vt patet de freneticis, ergo ſignum eſt manifeſtũ ꝙ in qualibet intellectione requiruntur vires ſenſitiuæ. Infertur ſecũdo ꝙ intellectus eſt quodammodo omnia. Cuius ratio eſt. quia omnia, quæ ſunt aut ſunt ſenſibilia aut intelligibilia ſed in anima eſt ſenſus & intellectus, ſenſus autem eſt quodammodo omnia ſenſibilia, & intellectus eſt quoddammodo omnia intelligibilia cum ex intellecto & intellectu fiat quodammodo vnum. ergo anima noſtra intellectiua eſt quodãmodo omnia, nõ autem per complexionem vt antiqui voluerunt, ſed per apprehenſionem. Infertur tertio ꝙ intellectus non eſt idem, quod phantaſia, quia proprium ipſius intellectus eſt affirmare vel negare, ſed hoc non competit proprie phantaſiæ. ergo, &c. Circa prędicta dubitatur primo. Vtrum intellectus eodem modo moueatur ab intelligibili, ſicut ſenſus à ſenſibili. Dicendũ breuiter ꝙ non quia dum ſenſus mouetur à ſenſibili attenditur triplex gradus. Nam primo ſenſus apprehendit aliquod ſenſibile tanquã conueniens vel nociuũ. Secundo ex hoc ſequitur in ſenſu delectatio vel triſtitia. Tertio vero illud proſequitur ſi ſit delectabile aut fugit ſi ſit nociuum. Intellectus aũt poſtquam apprehendit intelligibile, tunc immediate proſequitur aut fugit. Item ſenſus dum apprehendit ſenſibile non ſimpliciter & vere ſed quodãmodo affirmat, vel negat, intellectus aũt vere affirmat vel negat. Pro ampliori declaratione huius aſsignat Doct. ſan. in commento pręſentis lectionis rationem quare in ſenſu ex apprehenſione boni vel mali non ſtatim ſequatur deſiderium vel fuga, ſicut fit in intellectu. Huius enim ratio eſt. quia ſicut ſenſus non apprehendit bonum vniuerſale, ita appetitus ſenſitiuus non mouetur à bono vel malo vniuerſali ſed à quodam determinato bono, quod eſt delectabile ſecundum ſenſum, & à quodã determinato malo, quod eſt triſte ſecundum ſenſum. In parte autem intellectiua eſt apprehenſio boni & mali vniuerſalis, vnde & appetitus intellectiuæ partis (ſcilicet ipſa voluntas) mouetur ſtatim ex bono vel malo per intellectũ apprehenſo ſibi præſentato. Hæc illæ vbi ſupra. Dubitatur ſecundo, vtrum intellectus intelligat per abſtractionem à phantaſmatibus, & videtur ꝙ non. Nam intellectus intelligendo conuertit ſe ad phantaſmata, ergo intellectus non intelligit abſtrahendo à phantaſmatibus. Pręterea. Sicut ſe habet viſus ad colorem, ita ſe habet intellectus ad phantaſmata, vt conceſſum eſt, ſed viſus non poteſt videre colorẽ abſtrahendo à colore, ergo intellectus nõ poteſt intelligere abſtrahendo à phantaſmatibus. Præterea. Nihil poteſt intelligi ſine illo, quod cadit in definitione rei, ſed materia cadit in definitione rei naturalis, ergo intellectus non poteſt intelligere res naturales ſine materia. Sed materia eſt principium indiuiduationis, ergo ſequitur ꝙ intellectus nõ poteſt intelligere abſq; cõditionibus indiuiduantibus, & ſic non abſtrahit ſe à phantaſmatibus. Pręterea. Si intellectus intelligendo abſtraheret phantaſmatibus, vel ergo abſtrahere pertinet ad intellectum poſsibilem, vel ad intellectum agentem. non ad intellectum poſsibilem, cum eius ſit recipere, nec ad intellectum agentem. cũ eius ſit phantaſmata illuſtrare. & per conſequens magis in eis aliquid imprimere quam abſtrahere. Ad primum dicendum ꝙ intellectus intelligit ſemper conuertendo ſe ad phantaſmata, & etiam abſtrahendo. conuertendo quidem inquantum intelligit vniuerſale, quod habet eſſe in ſingularibus, abſtrahendo vero inquantũ intelligit vniuerſale non intelligendo ſingulare. Ad ſecundũ dicendum quòd non omnimoda ſimilitudo inter colorem per reſpectũ ad viſum & inter phantaſmata per reſpectum ad intellectum. Nam color ſecundum ſui naturam eſt per ſe viſibilis, ſed phantaſmata ſecũdum ſe non ſunt intelligibilia. & propterea requiritur virtus intellectus agentis, vt ſupra declaratum eſt. vnde nõ eſt ſimile. Ad tertium dicẽdum ꝙ materia ſignata eſt principium indiuiduationis, non autem materia communis, quæ ponitur in diffinitione rei naturalis. Ad quartũ dicendũ ꝙ abſtrahere à phantaſmatibus pertinet ad intellectũ agentem. inquantum ipſa (propter propinquitatem, quã habent ad ipſum) efficiunt habilia vt ab ipſis poſsit abſtrahi ſpecies intelligibilis præſentanda intellectui poſsibili.

TRACTATVS QVARTVS in tria Capita diuiſus.

1 *Agis de Principio motiuo abſolute.*
2 *Agis de eodem in comparatione ad diuerſa animalia.*
3 *De ordine vitium animæ inter ſe.*

Sequitur in textu. {Quoniam autem anima, &c.} Hic eſt quartus Tract. huius tertij Libri de anima, & eſt lectio decimaquarta eiuſdem, & in commento Sancti Thomæ.

ISTE eſt quartus Tractatus huius tertij, in quo Philoſophus determinat de potentia motiua & de comparatione potentiarum ad ipſam animã & de ſeinuicem. Qui quidem tractatus continet tria capitula. In primo capitulo Philoſophus determinat de potentia motiua in communi & ſecundum ſe. In ſecundo vero determinat de potẽtia motiua per reſpectum ad diuerſa animalia. ibi {Omnino igitur vt ſupra dictũ eſt.} In tertio capitulo oſtẽdit qualiter diuerſæ partes animæ ordinantur inter ſe ibi {Vegetabilem autem quidem.}

In primo

In primo igitur capitulo ponũtur duæ concluſiones,qua
rum. Prima eſt,quod diuiſiones potẽtiarum ab antiquis
Philoſophis aſsignatæ, ſunt inſufficientes, quarum . Pri-
ma eſt . Potentia rum quædam ſunt rationales, quædam
ſunt irrationales.Et hanc concluſionem probat Philoſo-
phus quatuor rationibus . Quarum prima eſt . Potentia
vegetatiua,& ſenſitiua ſunt potentiæ animę plus inter ſe
differentes quàm potẽtia irrationalis & concupiſcibilis,
& tamen iſtæ duæ potentiæ non comprehenduntur ſub
prædictis diuiſionibus,ergo nõ ſunt ſufficientes. Secun-
da ratio. Phantaſia eſt quædam potẽtia animæ,& tamen
non comprehenditur ſub prædictis,ergo, &c. Tertia ra-
tio. Vis appetitiua & vis intellectiua eſt quædam poten-
tia animæ diſtincta ab alijs,& tamen non continetur ſub
aliqua prædictarum diuiſionum, cum nulla earum diui-
datur in iraſcibilẽ & inconcupiſcibilem,ergo,&c. Quar-
ta ratio. Aliquæ ſunt potentiæ animę,quę ſunt principia
motiua augmenti & decrementi,& tamen de illis in prę
dictis diuiſionibus nulla fit mentio .ergo, &c. Secunda
concluſio. Principium motus localis videlicet , potentia
motiua non eſt potentia vegetatiua . Quæ patet duabus
rationibus Philoſophi. quarum Prima eſt.Motus ſecun-
dum locum ſemper fit propter aliquod deſideratum vel
imaginatum : ſed imaginatio & deſiderium,ſiue appeti-
tus non conueniunt potentiæ vegetatiue : ergo ſequitur
ꝙ principium motus localis non eſt potentia vegetatiua.
Secunda ratio eſt ad idem . Nam ſi potentia vegetatiua
eſſet principium motus localis,ſequeretur ꝙ plantæ mo-
uerentur motu locali. cum in eis ſit potentia, vegetatiua.
cõſequens eſt falſum,ergo,&c. Et ſi dicatur. Plantę mo-
uentur ſurſum & mouẽtur deorſum,& ad alias differen-
tias poſitionis : ergo mouentur motu locali . Dicendum
ꝙ non mouentur motu locali progreſsiuo, de quo eſt ad
propoſitum. Quod vero principium motus localis non
ſit ſenſus probatur tali ratione . Natura ſenſus eſt in om-
ni animali , ſi ergo ſenſus eſſet principium motus localis,
ſequeretur ꝙ omnia animalia mouerentur motu locali ,
quod eſt falſum . Sed ꝙ tale principiũ non ſit intellectus,
patet,quia aut eſſet intellectus ſpeculatiuus,aut practicus:
nõ primum, quia intellectus ſpeculatiuus ſolum verſatur
circa ſpeculabilia,non autẽ circa aliqua agibilia, inquan-
tum huiuſmodi ſecundum ꝙ fit motus localis . neq; in-
tellectus practicus,quia animalia bruta mouentur motu
locali progreſsiuo,quibus nõ ineſt intellectus practicus .
Circa prædicta dubitatur primo. vtrum appetitus intel-
lectiuus,qui dicitur voluntas ſit potentia diſtincta ad ap-
petitu ſenſitiuo,& videtur ꝙ non. Nam differentia acci-
dentalis obiectorum nõ facit differẽtiam ſpecificam po-
tentiarum,vt in ſecundo habitum eſt . Sed accidit obie-
cto appetitus,videlicet bono quod ſit apprehenſum à ſen
ſu vel ab intellectu , ergo appetitus intellectiuus & appe-
titus ſenſitiuus non realiter diſtinguuntur, cũ non diſtin
guãtur niſi per bonum apprehenſum ab intellectu & per
bonum apprehenſum à ſenſu . Præterea . Appetitus ſen-
ſitiuus ſicut & intellectiuus fertur ad rem ad extra ſed res
ad extra eſt ſingulare bonũ,ergo idem vt ſupra . Dicen-
dum ꝙ appetitus intellectiuus & ſenſitiuus ſunt duę po-
tentiæ ſpecie diſtinctæ.Cuius ratio eſt,quia potentia ap-
petitiua & potentia paſsiua apta nata eſt moueri à bono
apprehenſo. Sed manifeſtum eſt ꝙ bonum quod appre-
henditur ab intellectu aliter mouet appetitum quàm bo
num apprehenſum à ſenſu enim bonum, quod apprehen
ditur ab intellectu apprehendatur ſub ratione vniuerſa-
lis,bonum vero quod apprehenditur à ſenſu, apprehen-
ditur ſub ratione particularis,ergo ſunt duę potentię di-
ſtinctæ. Ad primum dicendum, ꝙ non accidit bono ſe-
cundũ quòd appetibile eſt quod ſit apprehenſum à ſenſu
vel ab intellectu, ſed conuenit ei per ſe, quia non poteſt
mouere appetitum niſi vt apprehenſum . Ad ſecundum
dicendum , quod licet res extra animã ſit quoddam bo-
num particulare in ſe conſideratum,tamen voluntas fer-
tur ad illud bonum non ſecundũ rationem particularem
ſed ſecundum rationem vniuerſalem. Dubitatur ſecun-
do , vtrũ appetitus intellectiuus diuidatur in iraſcibilem
& concupiſcibilem. & videtur quod ſic, quia Appetitus
dicitur concupiſcibilis à concupiſcentia, & Iraſcibilis ab
iraſcendo,ſed voluntas aliqua concupiſcit,quæ non per-
tinet ad ſenſum,videlicet,virtutes intellectiuas,vtputa ſa
pientiam. ergo aliquis eſt appetitus concupiſcibilis,& ex
oppoſito iraſcibilis . Dicendũ quod appetitus intellecti-
uus homo poteſt diuidi in iraſcibilẽ & concupiſcibilem.
Cuius ratio eſt quia illa potẽtia, quę reſpicit aliquod ob-
iectum vniuerſale ſecũdum communem rationem eius,
non diuiditur in potentias diſtinctas ſecundũ diſtinctio
nem partium ſubiectiuarũ, quæ continentur ſub illo ob-
iecto , ſed appetitus intellectiuus vtputa voluntas reſpi-
cit bonũ vniuerſale ſecundũ communem rationem eius,
ergo ſequitur quod nõ diuiditur in diuerſas potentias ſe-
cundum diuiſionem illius vel illius boni, ſicut viſus, qui
reſpicit colorẽ obiectiue . nõ diuerſificatur propter ſpe-
cificæ diuerſitatem illius coloris. Ad rationem dubij di-
cendũ quod concupiſcentia poteſt accipi dupliciter. Vno
modo abſolute prout dicit potentiam animę, & iſto mo-
do tantũ in voluntate eſt concupiſcentia. Alio modo ac-
cipitur cõcupiſcentia pro operatione animę, quę fit cum
quadam immutationem organi , vt in propoſito accipi-
tur,& iſto modo in voluntate non eſt concupiſcentia.

Sequitur in textu. {O mnino igitur ſicut,&c.}
Hæc eſt lectio decimaſexta huius tertij,
libri,& in commento S.Thomæ.

ISTud eſt ſecũdum capitulũ eiuſdem tractatus, in quo
Philoſophus determinando de potẽtia motiua per re
ſpectum ad diuerſa animalia ponit duas cõcluſiones.
quarum Prima eſt,quod Nihil eſt motiuum ſuijpſius ſi-
ne phantaſia. Hæc concluſio probatur tali ratione. Nam
vnumquodq; eſt motiuum ſuijpſius inquantũ eſt appe-
titiuum : ſed appetitus non eſt ſine phantaſia : ergo nihil
ſuijpſius eſt motiuũ ſine phantaſia. Pro cuius declaratio-
ne ſciendum eſt quòd phantaſia poteſt accipi dupliciter.
Vno modo proprie, prout diſtinguitur cõtra partem in-
tellectiuam,& iſto modo non accipitur hic . Alio modo
vt ſe extendit ad intellectũ ſecundum ꝙ materia phan-
taſialis dicitur materia intelligibilis,& iſto modo accipi-
tur hic . Contra prædicta ſic arguitur . Si vnumquodque
eſſet motiuum ſuijpſius ſecundum ꝙ habet phantaſiam
& appetitũ, ſequeretur ꝙ animalia imperfecta eſſent mo
tiua ſuijpſius,cum in eis ſit phantaſia & appetitus. conſe-
quens eſt falſum,ergo,&c. Pręterea. Homo mouet ſeip-
ſum,ſed mouet ſeipſum mediante ratione particulari, vt
ſtatim patebit . quæ quidem ratio non eſt phantaſia, ſed
cum phantaſia non diſtinguatur. ergo idem vt ſupra. Ad
primum dicendum ꝙ duplex eſt phantaſia vt ſæpius di-
ctum eſt videlicet, determinata & indeterminata. verum
eſt ꝙ in animalibus imperfectis eſt phantaſia indetermi
nata,non autem determinata, vt ad propoſitum . Ad ſe-
cundũ dicendum ꝙ vt dictum eſt . duplex eſt phantaſia,
quædam

quædam eſt indeterminata,& talis non eſt ratio. Alia eſt phantaſia determinata,& talis eſt duplex. quędã eſt ſenſibilis, quæ fit abſque deliberatione. & talis inuenitur in animalibus vtiq; perfectis. quæ etiam ratio non dicitur. Alia eſt phantaſia rationalis, quę videlicet. habet fieri cũ quadã deliberatione & diſcurſu, & talis reperitur in hominibus. quæ dicitur ratio. Secunda concluſio. Homo mouet ſeipſum mediante ratione. Hęc concluſio probatur tali ratione. Nam vnumquodq; eſt motiuum ſuijpſius inquantum eſt appetitiuum, vt dictum eſt. ſed appetitus non eſt ſine phantaſia, phantaſia autẽ in homine vocatur ratio. ergo, &c. Contra hanc concluſionem ſic arguitur. Nam ſi homo moueret ſeipſum mediante ratione, aut illa ratio eſſet ſpeculatiua, aut practica, non primum, quia pari rõne intellectus ſpeculatiuus eſſet principium motus. neq; ſecundum, cũ talis ratio verſetur circa vniuerſalia, vt in pluribus, ſecũdum quæ non fit motus localis. Dicendum ꝙ duplex eſt ratio. Quædam eſt ſpeculatiua, Alia eſt practica. Ratio ſpeculatiua non eſt principium motus. Ratio autẽ practica eſt duplex. Nam quædam eſt vniuerſalis, quædam eſt particularis. Ratio vniuerſalis nõ eſt principium motus localis, bene autem ratio particularis. Circa prædicta dubitatur. Vtrum ratio & intellectus ſint duæ potentiæ, & videtur quòd ſic. Nam ſicut ſe habet imaginatio ad rationem, ita ſe habet ratio ad intellectum: ſed imaginatio eſt potentia diſtincta contra rationem: ergo ratio diſtinguitur contra intellectum. Preterea. Sicut ſe habet ratio ad ſenſum, ita ſe habet ratio ad intellectum, qui quidem attribuitur angelis, ſed ratio & ſenſus ſunt diuerſæ potentiæ. ergo ratio & intellectus, cũ plus differant angelus & homo, quàm homo & brutum. Dicendum ad dubium ꝙ ratio & intellectus non diſtinguuntur eſſentialiter, ſed ſolum ſecundũ rationem, ſecũdum diuerſa officia actuum. Nam vna & eadem potentia intellectus, ſecundum ꝙ ſimplici apprehenſione eſt intellectiua, dicitur intellectus, ſecundũ vero quòd cum quodam diſcurſu à noto ad ignotũ intelligit, vocatur ratio. Et quia Angelus ſecũdum ſui naturam intelligit ſimplici intuitu ſine diſcurſu. Homo vero intelligit diſcurrendo ab vno in aliud, ideo intellectus appropriatur angelis, ratio vero hominibus. Et inde eſt ꝙ angeli vocantur ſubſtantiæ intellectuales, homines vero creaturæ rationales. Ad dicendum quòd illa ſimilitudo attenditur ſecundũ diuerſitatem actuum, non autem ſecundum diuerſitatem eſſentialem potentiarum. Sic etiam dicendum eſt ad ſecundum.

Cur Angelus intellectualis Homo vero rationalis.

Sequitur in textu. § Vegetabilem quidem animam, &c. § Iſtud tertium capitulũ comprehendit duas vltimas lectiones eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTud eſt tertium & vltimum capitulũ huius libri, in quo Philoſophus determinãdo de ordinatione potentiarum abinuicem per reſpectum ad corpus animatum ponit quatuor concluſiones, inferendo quatuor corollaria. quarũ Prima eſt. Omne viuens, quandiu viuit neceſſe eſt ꝙ habeat animam vegetatiuã. Hęc concluſio probatur tali ratione Philoſophi. Nam omne viuens, quandiu viuit, vtitur alimento: ſed vti alimento pertinet ad animã vegetatiuam: ergo neceſſe eſt ꝙ omne viuens, dum viuit, habeat animam vegetatiuam. Probatio maioris, quia omne viuens dum viuit habet augmentũ ſtatum vel decrementũ, ſed hoc non poteſt contingere niſi alimento, quia tempore augmenti oportet ꝙ plus conuertatur de alimento in ſubſtantiam aliti, quàm quod ſufficiat ad ſubſtentationem vel conſeruationem præxiſtentis magnitudinis. Tempore vero ſtatus æqualiter. Tempore vero decrementi minus. Contra hanc concluſionẽ ſic arguitur. Nam Deus viuit, vt probat Philoſophus. 12 Metaphy. & tamen in eo non eſt anima vegetatiua. ergo, &c. Dicendum ꝙ Philoſophus hic loquitur de generabilibus & corruptibilibus viuentibus. Secunda concluſio. Non omne viuens habet ſenſum. Hæc concluſio probatur duabus rationibus. quarũ Prima eſt. Nam non omne viuens habet corpus redactũ ad mediam proportionem qualitatũ, vt plantæ: ergo non omne viuens habet ſenſum tactus, qui requirit organum taliter diſpoſitum, & per conſequens non omne viuens habet ſenſum. quia vbi nõ eſt ſenſus tactus, ibi nullus eſt ſenſus. Secunda ratio. Senſus immutatur ſpiritualiter à ſenſibili. ſed plantæ ſolũ immutantur immutatione reali, ergo plantæ nõ habent ſenſum. ſed plantæ ſunt corpora viuentia, ergo, &c. Contra hanc concluſionem ſic arguitur. Plantæ ſunt creaturæ ſenſibiles, ergo videtur ꝙ ſint animalia, & per conſequens ꝙ habeant ſenſum, Patet ſequela. Cuicunque competit differentia, eidem competit illud, cuius eſt differentia. ſicut cui competit rationale eidem competit homo. Dicendum ꝙ ſenſibile poteſt accipi dupliciter. Vno modo paſſiue, & illo modo plantę ſunt ſenſibiles, i. aptæ natæ ſentiri: ſed vt ſic ſenſibile nõ eſt differentia animalis. Alio modo accipitur actiue pro eo, quod aptum natũ eſt ſentire, & iſto modo plantæ non ſunt ſenſibiles. Cum igitur ſenſibile iſto modo ſit differentia animalis, ſequitur ꝙ plantæ non ſunt animalia. Tertia concluſio. Neceſſe eſt ꝙ omnia animalia habeant ſenſum. Hanc concluſionẽ probat Philoſophus ſpecialiter de animalibus progreſsiuis. Nam, ſi animalia progreſsiua non haberent ſenſum, ſequeretur ꝙ non poſſent conſequi finem, ad quem natura ea ordinauit, & per conſequens eſſent fruſtra. Conſequens eſt falſum, cum natura non agat fruſtra, quia agit propter finem. Probatio ſequelæ, quia corpus animalis progreſsiui eſt organizatum & diſpoſitum propter motum, vt videlicet per motum vlterius alimentum conſequatur. per quod conſeruetur in eſſe. ſed hoc non poſſet fieri ſi non haberet ſenſum, quia non diſcerneret corruptiua, quæ poſſent eis obuiare, & ſic corrumperetur, & per conſequens nõ pergerent animalia ad finem, ad quem natura ipſa ordinauit. Secundo probat eadem cõcluſionem communiter de omnibus animalibus. Nam neceſſe eſt ꝙ omnia animalia habeant ſenſum tactus, ſi debeant ſaluari, ergo neceſſe eſt ꝙ habeant ſenſum. Probatio antecedentis. quia corpora animaliũ poſſunt immutari à qualitatibus tãgibilibus vſq; ad ſuã corruptionẽ, ergo neceſſe eſt quod habeãt ſenſum tactus ad diſcernendum conuenientia à corruptiuis. Ex quo infertur ſecundum Philoſophum quod neceſſe eſt quod omnia animalia habeant guſtum, cum guſtus ſit quidam tactus. Sed contra hanc cõcluſionem arguitur ſic. Aliqua ſunt animalia immobilia, ergo nõ eſt neceſſe quod omne animal habeat ſenſum ad hoc quod remaneat in eſſe per proſecutionem alimenti. Dicendum quod illa animalia habent eis aliquid adiunctũ, à quo trahunt alimentum. Quarta cõcluſio. Non omnia animalia habent omnes ſenſus neceſſario. Hęc concluſio probatur tali ratione. quia animalia poſſunt conſeruari in eſſe cæteris ſenſibus non exiſtentibus, ergo nõ neceſſario omnia animalia habẽt omnes ſenſus. Ex prædictis infert Philoſophus

2. Concluſio.

3. Concluſio.

4 Concluſio.

quatuor corollaria. Quorum primum eſt ꝙ corpus animalis nó poteſt eſſe incorruptibile. Cuius ratio eſt, quia corpus animalis debet eſſe (vt dictum eſt) redactum ad mediam proportionem qualitatum primarum, ſiue qualitatum tágibilium, ſed quodlibet corpus ſimplex habet aliquam qualitatem ſecúdum ſuperabundantiam vtputa ignis caliditatem & aqua frigiditatem, ergo, &c. Secundum corollarium. Remoto ſenſu tactus neceſſe eſt omnia animalia mori quia poſito ſenſu tactus ponitur animal, & remoto ſenſo tactus remouetur animal. Tertium corollarium eſt ꝙ ſenſus propter excellentiam ſenſibiliũ poteſt corrumpi. Quartũ corollarium eſt quòd, alij ſenſus præter ſenſum tactus non corrumpuntur quãtum ad eſſe animalium, ſed ſolum quantum ad bene eſſe vt ſatis de ſe manifeſtum eſt. Circa prædicta dubitatur primo. Vtrum ſolum in corporibus habentibus animam vegetatiuam ſit vita, & arguitur ꝙ non. Nam corpus cœleſte habet animam, & tamen corpus cœleſte non viuit, cum vita ſit operatio animæ vegetatiuæ, quæ nó eſt in corpore cœleſti, aut animæ ſenſitiuæ, quæ etiam non reperitur in eo, cum non ſit animal, vel etiam animæ intellectiuæ, quæ procul eſt à cœlo, cum cœlum non intelligat. Præterea. In Deo ſummo eſt vita, & tamen in Deo non eſt corpus, ergo non in corporibus habentibus animam eſt vita. Dicendum ꝙ vita poteſt accipi dupliciter. Vno modo pro operatione vitali, quæ ſequitur vnionem animæ ad corpus per modũ inhæſionis. Et primo modo ſolum in corporibus habentibus animã eſt vita. Alio modo accipitur vita pro operatione alicuius mouentis ſeipſum, quandiu enim aliquod mouet ſeipſum, dicimus ꝙ illud viuit, & iſto modo ſolum in corporibus habentibus animam ſolũ eſt vita. Ad primum dicendum quòd cœlum non habet animam inhærentem ſibi per modum formæ ſed forſitan habet animam ſibi aſsiſtentem ſicut motor aſsiſtis mobili, capiendo animam pro ſubſtãtia ſeparata. vnde non oportet quòd habet vitam. Ad ſecundum dicendum ꝙ Deus dicitur viuere ſecundo modo, non autem primo modo, de quo eſt hic ad propoſitum. Pro cuius declaratione conſiderandum eſt ſecundum Doctorem ſanctum in prima parte quòd quadruplex eſt gradus vitæ ſecũdum quòd quadrupliciter dicitur aliquid mouere ſeipſum. Nam aliquid dicitur mouere ſeipſum non quantum ad formam, per quam mouet, ſed quantum ad executionem motus, & iſto modo plantæ mouent ſeipſas & dicuntur viuere imperfecte tamen. Secundo modo aliquid mouet ſeipſum non ſolum quantum ad executionem motus, ſed etiam quantum ad formam, quę non eſt ei naturaliter inſita, ſed eam acquirit per ſuam operationem finem tamen per quem agit naturaliter habet ei inditum & iſto modo animalia mouent ſeipſa. Et quia perfectus mouent ſeipſa quam plantę, ideo perfectius dicuntur viuere. Tertio modo aliquid mouet ſeipſum. nó ſolum quantũ ad executionem motus, nec ſolum quantum ad formam, quæ eſt principium motus, ſed etiam quantum ad finem, videlicet vel hunc vel illum. & iſto modo homo dicitur mouere ſeipſum. & quia perfectius mouet ſe quam alia animalia, ideo perfectius dicitur viuere. Quarto modo aliquid mouet ſeipſum, non ſolum quantum ad prædicta tria, ſed quantum ad omnia, quæ requiruntur ad motũ non accipiens ab alio. Et iſto modo Deus dicitur mouere ſeipſum, & perfectius mouet ſeipſum quam cæteræ creaturæ cum omnes craturæ aliquid accipiant ab alio. Ideo Deus dicitur perfectiſsime viuere. & vt probatur Duodecimo Metaphyſicę, eſt ſua vita vnus æternitate, & trinus in vnitate exiſtens, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

SERIES CHARTARVM,

* A B C D E F G H I K L M.

Omnes ſunt quaterniones, præter * Ternio.

VENETIIS,

APVD HIERONYMVM SCOTVM.

M D L X X.